BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 B
31

13.15.c.50

SEPTIMVS DECRETALIVM CONSTITVTIONVM APOSTOLICARVM POST SEXTVM, Clementinas & extrauagantes vſque in hodiernum diem editarum,

CONTINVATIO.

VNIVERSI CORPORIS CANONICI Libris, titulis & Canonibus accurata locorum & materiarum diſtinctione reſpondens.

Opus nouum & neceſſarium.

Nunc primum in lucem prodiens paratitlis, notis & abſolutiſſimis ſcholijs digeſtum & elucubratum,

Opera

PETRI MATTHÆI I. V. D.

Additus etiam Index eſt geminus, vnus titulorum, alter rerum & verborum in primis memorabilium.

M. D.  *LXXXX.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Impreſſum Françofurti ad Mœnum.
Cum Gratia & Priui. Cæſ. Maieſt.

BIBL. DOM. PROF. ROM. IHS

Illuſtriſſimo

VIRTVTE, GENERE, ET AVTHORITATE AMPLISSIMO PRINCIPI CARdinali Caietano e latere Pontificis Maximi in Galliam Legato.

NIhil eſt Illuſtriſsime Præſul, quod magis piorum mentes in admirationẽ protrahat, nihil quod impios magis torqueat ipſa viſibilis huius Monarchiæ celſitudine, dignitate, & amplitudine, quæ occidentibus aliis regnis, conuulſis imperiis potens & ſublimis permanſit, quam ſi totus illabatur orbis impauidam ferient ruinæ. Fundata eſt hæc domus domini in vertice mõtium, illiusque regitur clauo nauis Chriſti qui nec à fidei aut religionis cynoſura vnquam ſeceſsit aut defecit. Illo Dominicæ fami-

liæ œconomia quid ſacrum, quid prophanum, quid verum, quid falſum, quid contortum ſit, intelligit. Illius eſt condere leges, quæ non tanquam è Delphicis reſponſis aut Dodoneis lebetibus, ſed à cœleſtis aulæ conſiliis excipiuntur, quem pij omnes τὸν κορυφαιότατον τῆς ἐκκλησιαστικῆς διατυπώσεως, *venerantur & ſuſcipiunt. Hinc Ius Pontificium prima laude tot ſæculis obſeruatum, tantis laboribus digeſtum progreditur. Quod quidem vt ius publicum & canonicum miros Eccleſiaſticæ diſciplinæ attulit fructus, afferetq́ poſtquã à Gregorio XIII. Pontifice Maximo recognitum, & à variis erroribus quos veritatis hoſtes in hoc vberrimo doctrinæ ſacro agro ſuperſeminauerant vindicatum eſt. Illud itaq́ mira opera exornatum, & noſtra opera integro volumine*

lumine locupletatum illuſtriſſimæ Celſitudinis tuæ iudicio offero, ea fretus audacia, quæ me ſummam conſtitutionem Pontificum, Sixto V. termaximo iampridem dicare iuſſit. Eo ſiquidem me conduxit præclari & excelſi tui nominis ſplendor, impulit ſumma neſcio quæ beneuolentia maximo virtutis philtro omnium affectus attrahens, quæ miſeris & propemodum deſperatis Galliæ rebus medebitur, vt ingenue vaticinatus ſum in illa oratione, quam nuper Lugduni in Comitijs ἔξω τοῦ φθόνου βελῶν *habui. Inde ſubodoratus ſum non ingratum fore hoc munuſculum Celſitud. tuæ, & ne pluribus tecum orationis vorticibus agam, minime huic rerum tempeſtati inutile, quod quidem pro maioris & altioris argumenti arrhabone tibi dico & vo-*

ueo. Vale. Deus Opt. Max. Illuſtriſſimam Celſitudinem tuam diu ſeruet incolumem. Lugduni. Cal. Martij, M. D. LXXXX.

T. Illuſtriſſimæ Celſitudini

Addictiſſimus

Petrus Matthæus J. C. Lugdunenſis.

QVAMVIS INDEX TITVLORVM, QVI IN SINGVLIS Septimi Decretalium libris ſunt, in fine partis huius, Indici rerum & verborum præmiſſus ſit, huc tamen illum ex eo loco repetere placuit.

LIBRI SEPTIMI DECRETALIVM PRIMI.

TIT. I.

DE ſumma trinitate & fide catholica. 1

TIT. II.

De reſcriptis & mandatis Apoſtolicis. 13

TIT. III.

De electione & electi poteſtate. 24

TIT. IIII.

De Cardinalibus. 36

TIT. V.

De ætate & qualitate ordinandorum. 50

TIT. VI.

De filiis presbyterorum. 53

TIT. VII.

De bonis eccleſiæ alienandis vel non. 56

TIT. VIII.

De officio Legati. 72

TIT. IX.
De Inſulis noui orbis. 74
TIT. X.
De beneficiorum collatione & impetratione. 81
TIT. XI.
De reſeruationibus. 119
Hic ſequitur titulus decimustertius. vnde neceſſe eſt duodecimum omiſſum fuiſſe, vel pro decimotertio duodecimum; pro decimoquarto, decimumtertium, & ita deinceps poni debuiſſe.
TIT. XIII.
De penſionibus. 134
TIT. XIIII.
De vnionibus beneficiorum. 136
TIT. XV.
De reſignationibus & permutationibus. 141
TIT. XVI.
De fructuum beneficii reſtitutione. 152

LIBRI SEPTIMI DECRETALIVM SECVNDI,

TIT. I.
DE foro competente & iuriſdictionis ordina-

ordinariæ poteſtate. 157

T I T. II.

De inuaſoribus & occupatoribus bonorum eccleſiæ. 177

T I T. III.

De annatis. 193

T I T. IIII.

De iure patronatus. 213

T I T. V.

De confeſſis. 218

T I T. VI.

De dolo & contumacia. 222

T I T. VII.

De ſequeſtris. 227

T I T. VIII.

De interdicto. 232

T I T. IX.

De appellationibus. 237

Hic deeſt titulus decimus.

T I T. XI.

De dilationibus & ceſſionibus bonorum. 250

T I T. XII.

De cambiis. 260

T I T. XIII.

De forma contrahendi cenſum. 262

TIT. XIIII.
De teſtamentis & vltimis voluntatibus. 266.
TIT. XV.
De nautis & naufragium patientibus. 279.

LIBRI SEPTIMI DECRETALIVM TERTII,

TIT. I.
DE vita & honeſtate clericorum. 283
TIT. II.
De clericis non reſidentibus in eccleſia vel præbenda. 290
TIT. III.
De ſpoliis clericorum. 310
TIT. IIII.
De comitibus palatinis. 325
TIT. V.
De magiſtris & Doctoribus. 328
TIT. VI.
De medicis. 335
TIT. VII.
De Conciliis. 341

TIT.

TIT. VIII.
De celebratione Miſſarum & ſacramento euchariſtiæ, & diuinis officiis. 358
TIT. IX.
De reliquiis & veneratione ſanctorum. 366.
TIT. X.
De iuramentis & iuriſiurandi obligatione. 372
TIT. XI.
De treuga & pace. 376
TIT. XII.
De votis & votorum profeſſione. 383
TIT. XIII.
De gratiis & diſpenſationibus. 386
TIT. XIII.
De indulgentiis. 389
Hic enim titulus, decimus nimirum tertius, bis poſitus eſt.
TIT. XIIII.
De quæſtorum tollendo abuſu. 392
TIT. XV.
De decimis. 400
TIT. XVI.
De religioſis domibus & montibus pie-

pietatis. 402

T I T. XVII.

De regularibus & religioſis extra clauſtra vagantibus. 416

T I T. XVIII.

De monialibus. 426

LIBRI SEPTIMI DECRETALIVM QVARTI,

T I T. I.

DE matrimoniis & ſponſalibus. 439

T I T. II.

De conſanguinitate & affinitate. 447

LIBRI SEPTIMI DECRETALIVM QVINTI,

T I T. I.

DE Iudæis. 455

T I T. II.

De his qui infidelibus aduerſus Chriſtianos auxiliantur. 476

T I T. III.

De hæreticis & ſchiſmaticis. 480

TIT.

TIT. IIII.

De libris prohibitis. 526

TIT. V.

De libellis famoſis. 545

TIT. VI.

De ſacrilegis. 550

TIT. VII.

De blaſphemis & aleatoribus. 554

TIT. VIII.

De homicidis & bannitis. 560

TIT. IX.

De falſis & falſum exponentibus. 588

TIT. X.

De ambitu. 597

TIT. XI.

De ſimoniacis, & ne quid detur vel exigatur. 612

TIT. XII.

De maleficis & incantatoribus. 621

TIT. XIII.

De teſtibus. 635

TIT. XIIII.

De monetarum tonſoribus. 637

TIT. XV.

De lenonibus. 640

TIT.

TIT. XVI.
De concubinariis & fornicatoribus. 642
TIT. XVII.
De duello & duellum permittentibus. 646
TIT. XVIII.
De taurorum & aliorum animalium agitatione & pugna. 651

SEPTIMI

SEPTIMI DECRETALIVM LIBER PRIMVS.

Tit. I.

De ſumma Trinitate, & fide Catholica.

Paulus IIII.

Trinitatem perſonarum in vnitate ſubſtantiæ, Chriſti diuinitatem eiuſq; de Spirituſancto in vtero virginis Mariæ conceptionem profitetur fides Catholica.

Cap. I.

CVM quorundam hominum prauitas atq; iniquitas eo vſq; noſtris temporibus ꝓceſſerit, vt ex illis, qui à catholica fide aberrant & deſciſcunt, plurimi quidẽ non ſolũ diuerſas hęreſes profiteri, ſed etiam ipſius fidei fundamenta negare præſumant, & eorum exemplo multos in interitum animæ deducant: Nos cupientes, pro noſtro paſtorali officio & charitate huiuſmodi homines, quantum cum Deo poſſumus, à tam graui & peſtilenti errore auocare, ac cæteros, ne in talem impietatem labantur, paterna ſeueritate admonere omnes, & ſingulos, qui hactenus aſſeruerunt, dogmatizarunt, vel crediderunt Deum omnipotentẽ non eſſe Trinum in * perſonis,

[a] & incõpoſita omninò indiuiſaq; vnitate ſubſtantię, in vnũ vnam et ſimplici diuinitatis eſſentia. Aut Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum non eſſe verũ Deum eiuſdem ſubſtantiæ per omnia cum Patre, & Spiritu ſancto, aut eundem ſecundum carnem nõ eſſe conceptum in vtero beatiſſimæ ſemperq; virginis Mariæ de Spiritu ſancto, ſed ſicut cæteros homines ex ſemine Ioſeph. Aut eundem Dominum ac Deum noſtrũ Ieſum Chriſtum non ſubijſſe acerbiſſimam crucis mortem, vt nos à peccatis & ab æterna morte redimeret, & Patri ad vitã æternam reconciliaret. Aut eandem beatiſſimam virginem Mariam non eſſe veram Dei matrem, nec perſtitiſſe ſemper in virginitatis [b] integritate, ante partũ ſcilicet, in partu, & ꝑpetuò poſt partum, ex parte omnipotẽtis Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Apoſtolica auctoritate requirimus & monemus, quatenus infra ſpatiũ trium mẽſium à publicatione pręſentiũ in Romana Curia, quo ad reſidentes in ea, modo infraſcripto, extra eã vero, quo ad alios in illa non reſidentes, modo & forma diœceſanos ſtatuendis, facienda incipiendorũ, quos pro primo, ſecundo, & tertio, ac peremptorio termino, ac monitione canonica eis & eorum cuilibet aſſignamus, ab eorum aſſertione, dogmatibus, & crudelitate huiuſmodi, ac quibuſcunq; alijs in fide prædicta erroribus, in quos hactenus lapſi ſunt, reſipuiſſe, & ad vnitatem eccleſiæ redeundo: aſſertionem, dogmata, & crudelitatem, ac alios errores huiuſmodi in manibus inquiſitorum hæreticæ prauitatis, ciuitatum, & locorum, quibus ad præſens degũt, realiter & cum effectu abiuraſſe, & infra alios tres menſes à die abiurationis huiuſmodi inchoandos, de eadem abiuratione venerabilibus fratribus noſtris

ſtris S. R. E. Çardinalibus, dictæ hæreticæ prauitatis inquiſitoribus generalibus plenam fidem feciſſe debeat. Et cum huiuſmodi errores [c] tam graues & nephādi ſint, vt illi, qui in eos decidunt, excuſationem non habeant, ſed ſubuerſi potius atq; immanes, quā hæretici meritò dici poſſint: hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſancimus, quòd tam illi, qui hactenus in ipſos errores, vel eorum aliquem, lapſi ſunt, & infra ſupradictum terminum non reſipuerint, & ea, quæ ſupra diximus nō adimpleuerint, quā omnes & ſinguli alij, qui in futurum in illos, vel illorum aliquem quomodolibet prolabētur, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel cōditionis exiſtant, pro ſubuerſis & elapſis in hæreſim haberi, & vt relapſi Curiæ ſæculari tradi, & per ipſam Curiam debitis pœnis in relapſos ſtatutis puniri poſſint, in omnibus & per omnia, perinde ac ſi verè & realiter in hæreſim relapſi eſſent, & eos relapſos eſſe conſtaret. Dat. Rom. ſept. Id. Aug. M. D. L. V.

[a] *Hac de re conſulatur Baſil. magnus 5. lib. de Spiritu ſancto. Athanaſius Epiſt. ad Serapio. Cyrill. Alexand. lib. 13. Theſau. c. 12.*

[b] *Antidicomaritæ ab Apollinari & Ducerita hæreticis orti, delirarunt mirum in modum, aſſerentes virginem Mariam poſt Chriſtum natum rem habuiſſe cum Ioſepho, nec remanſiſſe perpetuo virginem, quod falſiſsimum eſt. Epiphan. lib. 3. contra hæreſ. tom. 2. hæreſ. 78.*

[c] *Error in fide eſt cōtra credibilia, quæ ratione naturali probari poſſunt.*

NOT. * *Trinum in perſonis.)* Ignorantia diſcriminis inter perſonā & eſſentiā malè ſentire fecit primos iſtos hæreticos qui in ſacrā Trinitatem digladiari voluerunt, vt docet Euſebius Cæſariēſis 10. lib. hiſt. Eccleſ. cap. 29. Sciendum eſt itaque, quòd inter has voces: Eſſentia, Indiuiduum, Suppoſitum & perſona

apud Philoſophos hæc eſt differentia, quòd Eſſentia abſolutè cuiuſque rei naturam quæ in principiorum naturalium exiſtit coniunctione ſignificat, ſiue res ipſa exiſtat ſiue non. Indiuiduum eandem denotat eſſentiam ſed ab alijs diſtinctam, quæ ſanè diſtinctio per ipſam fit exiſtentiam. Suppoſitum non tantum indiuiduam ſignificat eſſentiam, ſed eandem quoque per ſeſe coherentem atque conſtantem. Hinc itaq; eſt, quòd ſuppoſitum ſubſiſtentia effici quemadmodum indiuiduum exiſtentia, tradunt Philoſophi. Perſona, quæ quidem eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. Eſſentia ergo & indiuiduum tam accidentibus quam generi ſubſtantiæ conueniunt. Suppoſitum ſolis ſubſtantijs & eiſdem tam animatis quam inanimatis. Perſona autem ſolis ſubſtantijs ratione præditis, non quod ſubſtantiam natura ſua ſignificet perſonæ vocabulum (ſcimus enim qualitatem ſignificare, & hoc ſenſu dicimus perſonam Philoſophi, perſonam Ducis) ſed quia cuiuſque rei propriæ qualitates notæ ſunt & ſigna quibus illam ab omnibus alijs diſtinguimus. Ad illam autem deſignandam diſtinctionem, perſonæ vocabulo nonnunquam indiuidui vagi loco vtimur, id quod vulgus ſuo licet more barbarè non tamen prorſus ineptè confirmat, quærit te quædam perſona, quod perinde eſt ac ſi dicatur, quærit te particularis quidam homo ab omnibus alijs diſtinctus, cuius proprium nomen ignoro. Argumento eſt etiam vox Græca πρόσωπον. dicunt quòd à vultu etymologiam contrahat. vultu ſiquidem homines maximè internoſcere ſolemus & diſtinguere. Hanc itaque ob cauſam neq; ineptè neque inſulſè perſonę nomen ad tria illa diuina ſuppoſita quatenus diſtincta ſunt ſignificanda tranſtulerunt Theologi. Vt enim ait D. Auguſt. lib. 7. de Trinit. c. 6. cùm dicerent in Deo tres eſſe res, interrogati quæ illæ tres res eſſent, appoſitè reſpondere non poterant, tres eſſe ſubſtantias, quod vna ſit Dei ſubſtantia, nec tria indiuidua, cùm id in accidentibus etiam reperiatur, nec tria ſuppoſita, quod ſaxis etiam id conueniat; nec tres patres aut tres filios aut tres ſpiritus ſanctos, quia vnus tantum eſt Pater, vnus Filius, & vnus Spiritus ſanctus. Superfuit ergo ſolum, vt tres dicerent eſſe perſonas, id quod licet Scriptura non dicat, nō tamen contradicit.

Eugenius IIII. In Concilio Florentino.

Fidei, & religionis Chriſtianæ aſſertio tuetur aduerſus Græcorum errores, de proceſſione Spiritus ſancti à Patre & Filio, & de reliquis doctrinæ Catholicæ capitibus.

Cap. II.

CONuenientes Latini & Græci in hac ſacroſancta Oecumenica Synodo magno ſtudio inuicē vſi ſunt, vt inter alia etiam articulus ille de diuina * Spiritus ſancti proceſſione, ſumma cum diligentia & aſſiduà inquiſitione diſcuteretur, [a] Prolatis verò teſtimonijs ex diuinis ſcripturis, plurimiſq; authoritatib. ſanctorū Doct. orientaliū & occidentaliū: aliquibus quidē ex Patre & Filio, quibuſdā verò ex Patre per Filiū procedere dicentibus Spiritum ſanctum, & eandem intelligentiam aſpicientibus omnibus ſub diuerſis vocabulis, Græci quidem aſſeruerunt, quod id, quod dicunt Spiritum ſanctum ex Patre procedere, non hac mente proferunt, vt excludant Filium: ſed quia eis videbatur (vt aiunt) Latinos eſſe aſſerere Spiritum ſanctum ex Patre & Filio procedere tāquam ex duobus principijs & duabus ſpirationibus, ideo abſtinuerunt à dicēdo, quòd Spiritus ſanctus à Patre procedat & Filio. Latini verò affirmauerunt nō ſe hac mente dicere Spiritum ſanctum ex Patre Filioque procedere, vt excludant Patrem, quin ſit fons atque principium totius Deitatis (Filij ſcilicet, ac Spiritus ſancti) aut quòd id, quòd Spiritus ſanctus procedit ex Filio, Filius à Patre non habeat, ſiue quòd duo ponant principia, ſeu duas ſpirationes: ſed vt vnum tantum aſſerant eſſe principiū

vnicamq́; ſpirationẽ Spiritus ſancti, prout hactenus aſſeruerunt. Et cùm ex his omnibus vnus & idem eliciatur veritatis ſenſus, tandem in infraſcriptam ſanctam & Deo amabilem eodem ſenſu eademq́; mente vnionem vnanimiter concordarunt & conſenſerunt. In nomine eius ſanctæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, hoc ſacro vniuerſali approbante Florentino Concilio diffinimus, vt hæc fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur & ſuſcipiatur, ſicque omnes profiteantur, quòd Spiritus ſanctus ex Patre, & Filio æternaliter eſt, & eſſentiam ſuã ſuumque eſſe ſubſiſtens habet ex Patre ſimul & Filio & ex vtroque ęternaliter, tanquam ab vno principio, & vnica ſpiratione procedit. Declarantes quòd id quod ſancti Doct. & Patres dicunt ex Patre per Filium procedere Spiritum ſanctum, ad hanc intelligentiã tendit, vt per hoc ſignificetur Filium quoq; eſſe ſecundum Gręcos quidem, cauſam, ſecundum Latinos verò, principium ſubſiſtẽtiæ Spiritus ſancti ſicut & Patrem. Et quoniam omnia quæ Patris ſunt, Pater ipſe vnigenito Filio ſuo gignẽdo dedit præter eſſe Patrẽ, hoc ipſum quod Spiritus ſanctus procedit ex Filio, ipſe Filius a Patre æternaliter habet, à quo ẽt ęternaliter genitus eſt. Diffinimus inſup explicationẽ verborum illorum, Filioque, veritatis declarandæ gratia & imminente tunc neceſſitate, licitè ac rationabilitet Symbolo fuiſſe appoſitam.

a *In vltima Seſſione Concilij Florentini Græcorum conuentus in ſententiam illam iuit, Sanctum ſpiritum ex Patre Filioque procedere, excepto ſolo Epheſio Epiſcopo, qui in eadem permanſit perfidia, Spiritum ſanctum nequaquam ex Filio procedere.*

NOT. * *Spiritus proceſſione.*) Ex quatuor primorũ Conciliorum

ciliorum Canonibus, veluti ex fideliſſimis veritatis oraculis reſoluta & definita eſt diſputatio illa de proceſſione Spiritus ſancti, quam Græci in Concilio Florentino recoctam hæreſim renouantes negabant. Præter hanc ſacram & inconcuſſam authoritatem cõſule Didymum Prophetam Hieronymi, lib. 2. de Spiritu. Athanaſium in lib. eiuſdem argumenti, & in ſuo Symbolo. Cyrill. Hieroſolymit. Catecheſ. 17. Baſilium lib. 5. contra Eunomium. Cyrillum Alexand. in Epiſt. ad Neſtorium, & antiquiſſimum huius erroris vindicem Martialem, Epiſt. ad Burdegalem, &c.

Idem ibidem.

Euchariſtia Sacramentum, pœnitentia & bonorum operum merita, ſuffragia Eccleſiaſtica, ſedis Romanæ primatum, & Apoſtolicam ſucceſſionem profitetur Orthodoxa religio.

Cap. III.

Diffinimus & declaramus in azymo, [a] ſiue ſine fermento pane triticeo, corpus Chriſti veraciter cõfici, ſacerdoteſq; in altari ipſorũ, Domini corpus cõficere debere, vnũquemq; ſcilicet iuxta ſuæ eccleſiæ ſiue occidẽtalis ſiue oriẽtalis conſuetudinem. Item ſi verè pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint, & omiſſis, eorum animas pœnis purgatorijs poſt mortem purgari, & vt à pœnis, huiuſmodi releuentur, & prodeſſe eis fidelium viuorum ſuffragia (Miſſarũ ſcilicet ſacrificia, & orationes, & eleemoſynas, & alia pietatis officia) quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri cõſueuerunt ſecundum Eccleſiæ inſtituta. Illorumque animas qui poſt Baptiſma ſuſceptum nullam omninò peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis corporibus, vel eiſdem exutæ corporibus, prout ſuperius dictum eſt, ſunt

purgatæ,in cœlum mox recipi,& intueri clarè ipſum Deum trinum & vnum ſicut eſt, pro meritorum tamen diuerſitate aliam alia perfectius.Illorum autem animas qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox in infernum deſcendere,pœnis tamen diſparibus puniendas. Item diffinimus ſanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbẽ obtienere primatum, * & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium, totiuſq; Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum patrem,ac doctorem exiſtere, & ipſi in beato Petro, paſcendi, regendi ac gubernandi vniuerſalem eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto,plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis œcumenicorum conciliorum, & in ſacris canonibus continetur. Reuocantes inſuper ordinem traditum in canonibus cæterorum venerabilium Patriarcharum,vt Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſecundus ſit poſt ſanctiſſimum Romanum Pontificem,tertius verò Alexandrinus, quartus autem Antiochenus, & quintus Hieroſolymitanus, ſaluis videlicet omnibus priuilegijs,& iuribus eorum.

[a] *Ambroſius lib.4.cap.4.de Sacram. Damaſcenus lib.4.cap. 14.Orthod.fid. Theophyl. ad 10.cap.Ioan. Cyrill. Catecheſ. myſt. 1.3.& 5.Cyprian.ſerm.de lapſis.*

NOT. * *Obtinere primatum.*) Hanc doctrinam firmiſſimæ fidei Chriſtianæ aſſertores vetuſtiſſimi ſuis teſtimonijs probarunt; Clemens Romanus, Iulius Epiſt.1.& in reſcripto ad orientales. Liberius ad D. Athanaſium & Epiſcopos AEgypti. Leo Epiſt. 84. Gregorius lib. 4. Epiſt. 32. Ipſique Imperatores hanc præcellentis primatus authoritatẽ in Petro & ſucceſſoribus venerati ſunt. C.de ſum. Trinit. Vide Nicephorum lib.22.cap.6. Vtriuſq; plagæ cum Orientalis tũ Occidentalis Patres id aſſeruerunt.

runt. Chryſoſtom. hom. 9. de pœnit. hominis. & in Pſal. 50. hom. 66. & 86. in Matthæum. Cyrillus vterque Catecheſ. 2. 11. 27. & lib. 2. in Ioan. Ambroſius ſerm. 47. Auguſtinus tract. 56. in Ioannem.

Pius IIII. In Concilio Tridentino.

*Promouendi ad beneficia & dignitates Eccleſiaſticas, cuiuſcunq; ordinis & inſtituti, fidei profeſſionem * hac præſcripta forma, cum ſolenni iuramento profiteri debent.*

Cap. IIII.

INiunctum nobis Apoſtolicę ſeruitutis officium requirit, vt ea quæ Dominus omnipotens, ad prouidam Eccleſię ſuæ directionem, ſanctis Patribus in nomine ſuo congregatis diuinitus inſpirare dignatus eſt, ad eius laudem, & gloriam incunctanter exequi properemus. Cùm itaque iuxta [a] Concilij Tridentini diſpoſitionem omnes quos deinceps Cathedralibus, & ſuperioribus Eccleſijs præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & alijs quibuſcunque beneficijs Eccleſiaſticis, curam animarum habentibus, prouideri continget, publicam orthodoxæ fidei profeſſionem facere, ſeque in Romanæ Eccleſię obedientia permanſuros ſpondere, & iurare teneantur: Nos volentes etiam per quoſcunq; quibus de Monaſterijs, Conuentibus, Domibus, & alijs quibuſcunque locis regularium quorumcunq; ordinum, etiam Militiarum quocunq; nomine vel titulo prouidebitur idem ſeruari, & ad hoc vt vnius eiuſdem fidei profeſſio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaq;, & certa illius forma cunctis innoteſcat, noſtræ ſollicitudinis partes in hoc alicui minime deſiderari, formam

ipſius præſentibus annotatam, publicari, & vbiq; gẽtium per eos ad quos ex decretis ipſius Concilij, & alios prædictos ſpectat, recipi, & obſeruari, ac ſub pœnis per Concilium ipſum in cõtrauenientes latis, iuxta hanc, & non aliam formam profeſſionem prædictam ſolenniter fieri, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium diſtrictè precipiendo mandamus, huiuſmodi ſub tenore; Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula, quæ continentur in Symbolo [b] fidei, quo ſancta Romana Eccleſia vtitur, videlicet: Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum, & ex patre natum ante omnia ſecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus eſt per Prophetas. Et vnam Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum: Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſeculi, Amen. Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones, reliquaſq;

eiuſdem

eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones, firmiſſimę admitto, &amplector. Item ſacram ſcripturam iuxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum ſcripturarum, admitto, nec eam vnquam, niſi iuxta vnanimem conſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoq; ſeptem eſſe verè, & propriè Sacramenta [c] nouæ legis, à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atquè ad ſalutem humani generis, licèt nõ omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionẽ, Ordinem, Matrimonium, illaq; gratiam conferre: & ex his Baptiſmum, Confirmationẽ, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoq;, & approbatos Eccleſię Catholicæ ritus in ſupradictorum omniũ Sacramentorum ſolenni adminiſtratione recipio, & admitto omnia, & ſingula quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in ſacroſancta Trid. Synodo definita & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propiciatorium [d] ſacrificium pro viuis & defunctis: atq; in ſanctiſſimo Euchariſtię Sacramento eſſe verè, realiter & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, vna cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fieriq; conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem: quam conuerſionem Catholica Eccleſia tranſſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tantum ſpecie totum atq; integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animaſque ibi detentas fidelium ſuffragijs iuuari. Similiter & Sanctos vna cum Chri-

ſto re-

ſto regnantes, venerandos, atque inuocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias eſſe venerandas. Firmiter aſſero, imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumq; vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam, Catholicam, & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco. Romanoque Pontifici, Beati Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo, ac iuro. Cætera item omnia à ſacris Canonibus, & œcumenicis Concilijs, ac præcipuè à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, diffinita, & declarata indubitanter recipio atque profiteor, ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas; ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quã in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & immaculatam vſq; ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè, Deo adiuuante tenere & confiteri, atque à meis ſubditis; ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit tueri, doceri & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Romæ Idib. Nouemb. 1564.

[a] *Concilium Tridentinum ſancit, ſine profeſſione fidei neminem Eccleſiæ, aut beneficij regimini admitti debere.*

[b] *Quatuor ſunt Symbola præter illud quod vocamus Apoſtolicum Athanaſianũ columen orthodoxæ fidei, vt vocat Nazian-*

ze-

renus,Nicænum,Epheſinum,Conſtantinopolitanum.

c *Concil.Floren.&Triden.gloſſ.de tranſact.c.veniens.Theolog.l.4.diſt.1.Gerſon.de ſeptem Sacram.Eccleſ.*

d *Concil.Trident.Seſſ.22.cap.2.*

NOT. * *Fidei profeſſionem.)* Iuxta huius conſtitutionis normam à Pio IIII. Pontifice præſcriptam fidei profeſſionem iurare tenentur, non ſolum ad beneficia & dignitates Eccleſiaſticas candidati & promoti, verum etiam Presbyteri qui confeſſionibus audiẽdis & ſacris exomologeſibus decernendis præficiuntur. Pariter qui Doctoratus inſignia, aut gradum in vtroq; vel altero iure, vel in artium aut Medicinæ ſcientia ſuſceperint, ij omnes ac ſinguli, antequam artem ſuam vel ſcientiam vllo pacto exerceant aut profiteantur, ex præſcripta hac fidei profeſſionis formula, optimam mẽtem in religionem Chriſtianam & Catholicam, teſtentur. Eadem cura incumbit ijs qui docendi munus publicè vel priuatim ſuſcipiunt.

TIT. II.

De reſcriptis, & mandatis Apoſtolicis.

Innocentius VIII.

*Reſcriptorum * & mandatorum Apoſtolicorum executionem impediẽtes, quibus pœnis coerceantur.*

CAP. I.

Omnes perſonæ tam ſæculares quam regulares, contra quas in Curia Romana cauſæ de iure vel conſuetudine commiſſæ ſunt, vel in futurum tam per appellationem, ſeu deuolutionem ad illam, aut alias quomodolibet committentur, & quæ citationes in vim commiſſionum Apoſtolicarum

rum decretas, vel decernendas, aut quæuis alia mãdata, ſeu reſcripta Apoſtolica, iuſtitiam vel gratiam continentia, quo minus iuxta illorum tenorem executioni demandentur, per ſe vel per alium ſeu alios, directè vel indirectè, quouis quæſito colore impedire, aut impediri facere, ſeu clericis vt beneficia eccleſiaſtica renuncient, aut iuri in illis ſibi competenti cedãt, vel vt à proſecutione cauſarũ, & iurium huiuſmodi deſiſtant, mandari facere præſumpſerint, aut pro illis impediendis, & renunciandis, ad Principes ſeu Officiales ſeculares, publicè vel occultè, per ſe vel alium, quouis quæſito colore recurſum habuerint, cauſam perdant, & omne ius tam in petitorio, quam poſſeſſorio, in re vel ad rem de qua agitur, eis competens, eo ipſo amittant, & ad beneficia ſic renunciata obtinendum inhabiles exiſtant.

Aliæ verò perſonæ eccleſiaſticæ, ſeu etiam ſeculares, quas cauſa huiuſmodi non tangit, executionem citationum huiuſmodi, aut aliorum quorumcunque mandatorum, ſeu reſcriptorum, & prouiſionum Apoſtolicarum, vt præmittitur, impedientes, aut impedientibus huiuſmodi, auxilium, conſilium, vel fauoré, publicè vel occultè, directè vel indirectè præſtantes, cuiuſcunque conditionis vel præeminentiæ exiſtant, ſententiam excommunicationis eo ipſo incurrant, à qua (præterquam in mortis articulo conſtituti, & ſatisfactione præuia) ab alio quam à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, & canonice intrante abſolutionis beneficium nequeant obtinere.

Notarij verò, ſiue tabelliones publici prędicti, qui de executionibus citationum & mãdatorum, ac prouiſionum huiuſmodi faciendis, aut quo minus fiant inhibitionibus, requiſiti fuerint, inſtrumenta publica deſu-

ca deſuper ad inſtantiam intereſſe habentium, ſeu intereſſe prætendentium (ſatisfacto tamen de congruo ſalario)conficere recuſauerint, [a] periurij reatũ incurrãt, ac executionem officij tabellionatus amittant,fiantq; infames eo ipſo, & eorum inſtrumentis ſiue ſcripturis publicis poſtmodũ per eos ſuper rogitibus poſtea factis,&cõficiendis,donec ab huiuſmodi reatu periurij abſolutionem & infamiæ abſterſionem obtinuerint,nulla fides in iudicio, vel extra adhibeatur. Dat. Rom.oct.Cal.Feb.An.1491.

[a] *Periurij criminis reos facit Notarios & Tabelliones neglectus executionis mandatorum Apoſtolicorum. Hac enim via peſſundatur ſupremæ authoritatis potentia, & parendi ſanctio, iuramento præſtita,vnde periurium enaſcitur. DD.l.ſi quis maior. C.de tranſactionib.Ripa c.ex parte.num.2.de reſcriptis.*

NOT. * *Reſcriptorum.)* Duplex eſt reſcriptum. Vnum iuſtitiæ,hoc eſt ad lites; alterũ gratiæ,id eſt,ad beneficia. Prioris meminit text. in l. etſi legibus. C.ſi contra ius vel vtil.pub. c. paſtoralis. cap.ſciſcitatus.& c.ſuper literis. de reſcriptis. Poſterioris,tex.c.gratia.de reſcrip.in 6.& Clement.grat.eo. Vide Rebuff. in praxi benef. tit.de diuiſione reſcriptorum.

Leo Decimus.

Statuta & ordinationes quæ ſiunt in iniuriam executionis reſcriptorum & literarum Apoſtolicarum, nullius ſunt vigoris aut roboris.

CAP. II.

LIcet fœlic.record.Bonifacius Papa IX. prædeceſſor noſter, ad quem fide dignorum relatione peruenerat,quod certi Prælati,quibus piæ memoriæ Vrbanus Papa VI. etiam prędeceſſor noſter conceſſerat,vt in eorum ciuitatibus, & diœce-

diœceſibus executio literarum Apoſtolicarum fieri non poſſet, niſi literæ ipſæ Prælatis ipſis, aut eorum officialibus prius exhibitæ, & per eos approbatæ forent, & eorundem Prælatorum officiales in conſuetudinem deduxerant: aliqui vero prætextu ſtatutorum prouincialium, ſeu ſynodalium etiam ſeruabant, quod nullus literas Apoſtolicas huiuſmodi exequi auderet, niſi poſtquam Pręlati, ſeu officiales ipſi per ſuas literas, quas Vidimus nuncupabant, mādarent, & cōcederent, vt iudices in ipſis literis Apoſtolicis deputati, & ſine licentia vel conſenſu quorumcunq; Pręlatorum, vel ſuperiorum, aut officialiū eorundē, literas Apoſtolicas exequi poſſent & deberēt. [a] Tamen nuper in publica ſignatura corā nobis nō nullæ ſupplicationes propoſitæ fuerunt, cōtinentes quod in Toletan. & Carthaginen. eccleſijs ſub colore falſitatibus obuiandi editæ fuerant conſtitutiones ſynodales, quibus caueri dicebatur, vt Tabelliones, & Notarij, etiam à partibus requiſiti, literas Apoſtolicas nullatenus recipere poſſent, niſi illæ prius per Archiepiſcopum Toletanum, & Epiſcopū Carthaginenſem pro tempore exiſtentes, aut eorum Officiales examinatæ forent, à nobiſque earundem Conſtitutionum confirmatio peteretur.

Nos petitionem huiuſmodi vti ratione carentem, cum Romani Pontificis geſta per inferiores [b] ſibi & ſubditos, ſine eius ſpeciali licentia examinari non debeant, indecens, & abſurdum, quinimo temerarium eſſe cenſentes, quod aliquis quauis occaſione literas Apoſtolicas ſine Romani Pontificis ſpeciali commiſſione examinare velle præſumat: propterea ſupplicationes ipſas, prout meritò reijciendæ erant, reiecimus, & coram nobis lacerari fecimus.

Ac conſtitutiones edentium temeritatem tali caſtigatione reprimere, ac ſuper his tale remedium adhibere volentes, vt alijs in poſterum committendi ſimilia aditus præcludatur, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, literas Bonifacij prædeceſſoris huiuſmodi tenore præſentiũ approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, illaſq; inuiolabiliter obſeruare debere decernimus.

Necnon quaſcunq; conſtitutiones ſynodales tam in dictis Toletan. & Carthaginen. quam quibuſuis alijs eccleſijs per vniuerſum orbem conſtitutis ſuper his factas, motu, ſcientia, authoritate, & poteſtate prædictis caſſamus, & annullamus, ac ſtatuimus, & ordinamus, quod iudices & executores in literis Apoſtolicis pro tempore deputati, ac Notarij & Tabelliones ſuper his requiſiti, literas ipſas Apoſtolicas ſine alicuius perſonæ cuiuſcunque eccleſiaſticæ, vel mundanæ dignitatis fuerit, licentia vel cõſenſu exequi poſſint & debeant. Et inſuper vniuerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, Primatibus, Epiſcopis, & alijs Prælatis, & perſonis eccleſiaſticis, necnon dilectis filijs Communitatibus ciuitatũ, & vniuerſitatibus caſtrorum, oppidorum, terrarum, & locorũ, ſub interdicti, ſingularibus verò perſonis eorum, etiam ſecularibus, ſub excommunicationis & anathematis pœnis, quas eo ipſo ſi contra fecerint, abſq; alia declaratione incurrant, & à quibus non niſi à nobis vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pont. canonice intrãtibus, præterquam in mortis articulo conſtituti, & debita ſatiſfactione præmiſſa, abſolui, & interdicti huiuſmodi relaxationem obtinere poſſint, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiẽdo mandamus,

B neiu-

ne iudices & executores literarum Apoſtolicarum, ac Notarios & Tabelliones ſuper his requiſitos, quo minus literas Apoſtolicas huiuſmodi exequi poſſint, quoquo modo, impedire præſumant, ac eos qui executionem literarum huiuſmodi impedientibus auxilium, conſilium, vel fauorem quouis modo directe vel indirecte, publice vel occulte præſtare præſumpſerint, etiam ſi Patriarchali, Archiepiſcopali, Primatiali, Epiſcopali, & quauis alia eccleſiaſtica vel mundana, etiam Imperiali, Regali, Reginali, aut Ducali, vel alia pręfulgeant dignitate, eidem excommunicationis, & anathematis ſententiæ, à qua, non niſi, vt præfertur abſolui poſſint, ſubiacere: ac ciuitates, terras, caſtra, oppida, & loca prædicta, & ad quę inobedientes & contrafacientes declinare, & in quibus moram trahere contigerit, eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, tam diu firmiter obſeruãdo, donec compuncti corde huiuſmodi interdicti relaxationem, debita ſatisfactione præmiſſa, meruerint obtinere, ac ibidem permanſerint, & per triduum poſt eorum inde diſceſſum, motu, ſcientia, auctoritate & poteſtatis plenitudine ſimilibus decernimus: ac ſub dictis pœnis etiam mandamus illis, in quorum libris conſtitutiones ſynodales, & prouinciales huiuſmodi deſcriptæ reperiuntur, ita deleri & caſſari faciant, vt amplius legi non poſſint. Dat. Romæ Calen. Mart. 1518.

[a] *Pontificis maximi authoritati detrahit ordinarij ſtatutũ impediens executionem reſcripti aut mandati Apoſtolici, quæ ſemper dependet à Papa, vt probat text. de reſcript. tibi qui. lib. 6.*

[b] *Superioris geſta non debent arbitrio inferioris perpẽdi aut examinari: cum inferior nõ poßit imponere legem ſuperiori ſuo. 21. diſt. inferior. de maior. & obed. de elect. ne Romani. in Cle.*

Clemens

Clemens VII.

Perſonæ excõmunicãtur, loca interdicto ſupponũtur, quorũ conſenſu, fauore & conatu literæ & reſcripta Apoſtolica ſine executione remanẽt.

CAP. III.

Reſcriptorũ & literarũ Apoſtolicarũ executioné impediẽtes, & illos qui impediẽtib' auxiliũ, cõſiliũ, vel fauoré directe, vel indirecte, publice vel occulte, aut quouis quęſito colore p̃ſumpſerint, ẽt ſi Patriarchali, Archiepiſcopali, Primatiali, Epiſcopali, & quauis alia eccleſiaſtica, vel mũdana, ẽt Imperiali, Regali, Reginali, Ducali, vel alia dignitate p̃fulgeãt, p alias noſtras literas in die cœnę Dñi publice lectas excõmunicauimus, & anathematizauimus, ꝓut ẽt tenore p̃ſentiũ eos eidẽ excomunicationis, & anathematis ſentẽtiæ, à qua nõ niſi vt prȩfertur, abſolui poſſint, ſubiacere, ac ciuitates, terras, caſtra, oppida, & loca, in quib. dicti inobediẽtes & cõtrafacientes manſerint, & ad quæ eos declinare cõtigerit, eccleſiaſtico ſuppoſita eſſe interdicto, tãdiu firmiter obſeruando, donec ad cor reuerſi interdicti huiuſmodi relaxationẽ, debita ſatisfactione p̃miſſa, meruerint à nobis, aut dictis ſucceſſoribus noſtris obtinere. Necnon oẽs & ſingulas ſententias, cenſuras & pœnas, quas dicti ordinarij, aut eorũ officiales cõtra huiuſmodi iudices, & executores literarũ Apoſtolicarũ, aut illas impetrãtes, ſeu notarios, & tabelliones ꝓpter executiones p eos factas, vel faciẽdas inflixerũt & ꝓmulgarũt, aut in futurũ quomdolibet infligent, aut promulgabunt, irritas, & inanes, ac nullius roboris, vel momenti exiſtere, eiſdem motu, ſcientia, auctoritate, & poteſtatis plenitudine decer-

nimus, & declaramus. Dat. Rom. 4. Cal. Ian. 1533.

a *Solenni illo diplomate, quod legitur Romæ die cœnæ Domini, ſingulis annis excommunicantur, qui executionē literarum Apoſtolicarū, aut aliarum expeditionum impediunt, & ad gratias impetrandas accedentes, prohibentur. Ac etiam appellantes ad laicam poteſtatem à grauamine vel futura literarum earundem executione.*

Gregorius XIII.

Concilij Tridentini decretum, de cognoſcendis cauſis coram ordinarijs locorum, Apoſtolicis reſcriptis non obeſt.

Cap. IIII.

Ad Romani Pontificis prouidentiam circumſpectam pertinere dignoſcitur, dubia ſuper ſacrorum Conciliorum decretis pro tempore inſurgentia, ſic ſuæ declarationis oraculo dilucidare, & interpretari, vt exinde litium diſpendia inter fideles quoſlibet valeant ſubmoueri. Accepimus ſanè nuper quodlibet multoties Romanus Pontifex, vt prouiſiones, & gratiæ per eum de beneficijs pro tempore vacantibus, ac ſuæ, & ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni, & ordinationi reſeruatis, in fauorem diuerſarum perſonarum ſibi gratarum, & acceptarum factæ, executioni debitæ demandentur, & ne (dum literæ Apoſtolicæ ſub plumbo deſuper expediuntur) beneficia ipſa ab aliquibus indebitè occupentur, aut aliqua in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta ſuſtineant, nonnunquam corporalem poſſeſſionem ipſorum beneficiorum, & illis annexorum, iuriumque, & pertinentiarum quomodocunque ſedis, & cameræ Apoſtolicarum nominibus apprehendi, ac omnes, & quoſcunque fructus, redditus,

ditus,& prouentus beneficiorum,&annexorum eorundem percipi, exigi, eosq; integros perſonis prædictis, poſtquam ipſas literas ſub plumbo expeditas haberent, vna cum dicta poſſeſſione conſignari, quãdoque verò, dum literæ ſub plumbo huiuſmodi expeditæ exiſtunt, vt ius ſuum vnicuique illorum conſeruetur,& temerariorum audacia debita caſtigatione compeſcatur, ac ipſæ literæ Apoſtolicæ facilius debitæ executioni, vt par eſt, demandentur, prouiſo, de beneficijs in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem beneficiorum, & annexorum, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum induci, & inductos in ea manuteneri amotis quibuslibet intruſis detentoribus ab eiſdem, aliaque fieri, & exequi per diuerſas ſuas in forma breuis, & ſub annulo Piſcatoris confectas literas mandet,&percipiat certis inibi modo,& forma tunc præſcriptis, dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ſeu alijs executoribus deſuper deputatis, quibus omninò parendum eſſe. Nihilominus, nonnulli beneficijs prædictis inhiantes, ac gratias prædictas illudere, earumque intruſiones, & detentiones improbe tueri ſatagentes, executionem literarum in forma breuis huiuſmodi, & facultatem per eas ipſis executoribus attributã diuerſis dubijs,& cauillationibus remorentur, & proceſſus per eoſdem executores deſuper habitos, & formatos, ac inde ſecuta quæcunq;, nulla, & inualida, nulliuſque roboris, vel momenti eſſe, neq; attendi debere contendunt, ſub prætextu, quòd in decreto ſacri Concilij Tridentini, ſeſſione vigeſimaquarta, capitulo vigeſimo, diſpoſitum fuerit, quòd cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum, quomodolibet pertinentes, etiam ſi beneficia-

B 3 les

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

les ſint in prima inſtantia coram ordinarijs locorum duntaxat cognoſcantur, exceptis [a] his, quæ iuxta Canonicas ſanctiones apud Sedem prædictam ſunt tractandæ, vel quas ex vrgēti rationabilibus cauſa iudicauerit ſummus Pontifex Romanus, per ſpeciale reſcriptum ſignaturæ ſuæ eius manu propria ſubſcribendum committere, aut auocare. Verū cum decretum huiuſmodi Concilij conceſſione prędictarum literarum in forma breuis, & illarum executionem nihil efficiat, neque per illos cauſa, ſeu inſtantia introducatur, ſed mere, executiue procedi mandetur, literæ quoque in forma breuis annulo Piſcatoris munitæ, non minoris ſint efficaciæ & auctoritatis, quam reſcripta ſignaturæ Rom.Pont. eius manu propria ſubſcripta; Nos in his noſtræ debitæ declarationis cautelam adhibentes, ac prouiſorum prædictorum ius aduerſus dubia & cauillationes huiuſmodi, æquitate & iuſtitia ſuadentibus perſeuerare volentes, necnon prædictarum, & quarumcunque literarum in forma breuis ſuper capienda poſſeſſione nomine Cameræ huiuſmodi, aut in fauorem literarum ſub plumbo expeditarum tam à prædeceſſoribus noſtris quam nobis, & dicta Sede hactenus conceſſarum, tenoris ac litis, & cauſæ, ſi quæ deſuper executæ ſint, ſtatum & merita, nominaque & cognomina iudicum executorum, & collitigantium pręſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes. Motu propio, non ad ipſorum prouiſorum aut aliorum nobis pro eis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtātiam, ſed ex certa ſcientia ac de mera noſtra deliberatione decernimus, & declaramus per conceſſionem literarum in forma breuis, ſub annulo Piſcatoris ſuper capienda poſſeſſione quorumcunq; beneficiorum

...diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatorum ſeu affe-
...orum Sedis & Cameræ Apoſtolicarum nomini-
...s apprehendenda, & eiuſdem poſſeſſionis in fauo-
...n prouiſorum ab ipſa Sede de eiſdem beneficijs
...lquam literas ſub plumbo ſuper prouiſionibus
...iuſmodi habuerunt expeditas relaxatione, nec-
...n aſſiſtétia ipſis prouiſis literas deſuper ſub plum-
... expeditas habentibus præſtanda, & aliorum ini-
... expreſſorum executione facienda, quæ mandata
...ecutiua ſunt, & ſummariam duntaxat cauſarum
...opter quas illæ emanarunt cognitionem requi-
...t, decretis Concilij [b] huiuſmodi non contraue-
...i, nihilque præiudicij illis inferri, vel eorum for-
...m in aliquo violari, neque indici aut cenſeri, vel
...cutionem literarum earundem propterea in ali-
...o ſuſpendi ſiue remorari, aut facultatem literarũ
...ecutores ipſos & ab eis deputatos ſub executoris
...ulrate ſibi per eaſdem literas, vt prefertur conceſ-
... vti, frui, gaudere, & contra illis non parentes ad
...larationem incurſus pœnarum, & cenſurarum in
...lem literis in forma breuis contentarum ac inuo-
...one brachij ſæcularis procedere, alia omnia &
...ula in eiſdem literis contenta (illarum tamen
...ma ſeruata) facere & exequi libere & licite po-
...ſe, & poſſe, necnon proceſſus deſuper habitos, &
...matos habendoſque, & formandos, ac inde ſecu-
...c ſequenda quæcunque firma, valida, & efficacia
...ſe, & eſſe & fore, ſuoſque integros, & plenarios
...ctus ſortiri debere in omnibus & per omnia.
...ſentes quoque literas de ſubreptionis vel ob-
...tionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quoquam
... defectu notari, impugnari, vel inualidari nulla-
...us poſſe.

[a] *c.nec licuit.17. diſt. c. maiores.de bapt. Vigilius Papa in E-piſt.ad Entherum,in fin. & Pelagius 2. in 1. Epiſt. circa fin. cum ſimilibus.*

[b] *Non refragatur conſtituto ſenſui Concilij Tridentini, etſi vetet Legatis ẽt de latere, Nuntijs, Gubernatorib. ecclesiaſticis, aut alijs quarumcunque facultatum vigore, non ſolum Epiſcopos in huiuſmodi cartis impedire, aut aliquomodo eorum iuriſdi-ctionem ijs præripere.*

Tit. III.

De electione & electi poteſtate.

Iulius II. In Concilio Lateranenſi.

Electio Pontificis Maximi Simoniaca nundinatione inducta, nulla eſt, nulliuſq; poteſtatis, adeo vt ſic electus exauthoretur ab omnibus dignitatibus & officijs cum ſuis ſequacibus, & complicibus Cardinalibus.

Cap. I.

CVm tam diuino quam humano iure in ſpiritualibus præcipue deteſtabiliter ſit ſimoniæ [a] labes prohibita, & longe magis in electione Romani Pontif. Vicarij Ieſu Chriſti Domini noſtri, abominabilis ſit & vniuerſali Eccleſiæ pernicioſa. Nos qui regimini eiuſdem vniuerſalis Eccleſiæ (meritis licet imparibus) annuente domino præſidemus cupientes quantum cum Deo poſſumus in præmiſſis pro tãtæ rei neceſſitate ac periculi magnitudine, vt tenemur, in poſterũ ſalubriter prouidere, de fra-

e fratrum noſtrorũ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Car-
inalium conſilio & vnanimi conſenſu hac noſtra
erpetuo valitura conſtitutione, Apoſtolica autho-
itate & de poteſtatis noſtræ plenitudine, ſtatuimus,
rdinamus, decernimus, & diffinimus, quod ſi (quod
Deus pro ſua clementia, & ineffabili bonitate auer-
at) cõtigerit, poſtquam nos, vel ſucceſſores noſtros
ucceſſiue ipſe Deus ab huiuſmodi vniuerſalis Ec-
cleſiæ regimine abſoluerit: humani generis inimico
procurante, & ambitione vel cupiditate ad hoc incli-
nante, ſeu impellente, electionem Romani Pontifi-
cis, ab eo, quem eligi contigerit, vel ab aliquo ſeu ali-
quibus de cœtu Cardinalium quomodolibet votum
dantibus per ſimoniacam hæreſim (in dãdo, promit-
tẽdo, vel recipiẽdo pecunias, bona cuiuſcunq; gene-
ris, caſtra, officia, vel beneficia, ſeu promiſſiones &
obligationes) commiſſam, per ſe, vel alium, ſeu alios
quomodocunque, & qualitercunque (etiam in dua-
rum partium, vel omnium Cardinalium vnanimi
concordia, quomodolibet, etiam per viam aſſum-
ptionis vnanimiter, nemine diſcrepante, etiam ſine
ſcrutinio factæ) celebrari, vel fieri: non ſolum huiuſ-
modi electio, vel aſſumptio, eo ipſo nulla exiſtat, &
nullam eidem ſic electo, vel aſſumpto adminiſtrãdi,
in ſpiritualibus & temporalibus, facultatem tribuat,
ſed etiam cõtra dictum ſic electum, vel aſſumptum,
de ſimoniaca labe, à quocunq; Cardinali, qui eidem
electioni interfuerit, opponi, & excipi poſſit, ſicut de
vera, & indubitata hæreſi: ita quod à nullo pro Ro-
mano Pontifice habeatur, quinimo ipſe ſit à priori
ſuo Cardinalatu, & alio quoque honore, Eccleſijs
Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriar-
chalibus Monaſterijs, & dignitatibus, & alijs quibuſ-

cunque beneficijs, & penſionibus, quæ tunc obtinebat in titulum vel in commendam aut alias quomodocunque, abſque alia declaratione priuatus * exiſtat. & idem electus non Apoſtolicus ſed Apoſtaticus & tanquam ſimoniacus & hæreſiarcha [b] & ad predicta omnia & ſingula perpetuo inhabilis habeatur, ſit. Nec eiuſmodi ſimoniaca electio per ſubſequentem ipſius intronizationem ſeu temporis curſum aut etiam omnium Cardinalium prestitam obedientiam vllo vnquam tempore conualeſcat.

[a] *Statuit Concilium Baſilienſe, ſeſſ. 24. ad intercludendas vias ſimoniæ, & fraudulenta electionis ſummi Pontificis, vt ſede vacantes ſtatim à decimo die Cardinales inuocata Spiritus ſancti gratia conclaue ingrediantur, iuramentoq; præſtito, nihil fauoris, ambitus, precij aut præmij ex electione aut vocis datione expectent.*

[b] *Reddit rationem Greg. in regiſtro, cur ſimoniacus dicatur hæreticus. Quiſquis, inquit, per pecuniam ordinatur, ad hoc vt hæreticus fiat, ordinatur. Nam ex hoc quod impreciabile licetur, veriſimile eſt eum male ſentire de ſanctitate Eccleſiæ. Turon. Conc. can. vltimo.*

NOT. * *Priuatus exiſtat.*) Pontificii iuris æquitate ſanctè conſtitutum eſt, ſimoniacum vel realem vel mentalem beneficio priuari. c. cum deteſtabile. de ſimon. in extrauag. Paris conſ. 15. num. 13. lib. 4. Gomes. in comment. reg. Cancell. de triennali poſſeſſore. q. 12. ad finem. Boetius q. 117. in fin. Nec facit ſimoniacus fructus ſuos. Felin. in c. niſi cum pridem. de renunt. in c. inſinuatum. nu. 15. & in c. ſimoniacè. nu. 6. de ſimonia.

Idem ibidem.

Pontifici ſimoniace electo nemo obedire tenetur, illiuſq; authoritati detrahere omnibus licet, & noua electione is è Pōtificio ſolio deturbādus eſt.

CAP.

CAP. II.

LICEAT omnibus & ſingulis Cardinalibus, etiam illis, qui huic ſimoniace [a] electioni: ſeu aſſumptioni conſenſerint, etiam poſt intronizationem, & adorationem, ſeu obedientiam, ac etiam vniuerſo Clero, populo Romano, necnõ ſubditis, & ſancti Angeli de Vrbe, ac quarumuis aliarũ Romanæ Eccleſiæ arciũ præfectis, Caſtellanis, Capitaneis & alijs officialibus, quocunque homagio, ſeu iuramento, vel cautione p̃ſtitis, nõ obſtantib.) à talis electi, ẽt intronizati, obediẽtia, & deuotione, impune, & quandocunq; diſcedere (ipſis, fidei Rom. Eccleſiæ, & obedientię futuri Rom. Pontificis canonice intrantis nihilominus aſtrictis permanentibus) & eum, vt Magum, ethnicũ, publicanum, & hæreſiarchã euitare. Ad cuius quoq; confuſionem poſſint Cardinales, qui p̃fatæ electioni ſe opponere voluerint, ſi præſumpſerint ſe regimini vñiuerſalis Eccleſiæ, prętextu talis electionis ingerere, auxilium brachij ſecularis contra eũ implorare. Nec tales ab eius obediẽtia diſcedentes, tanquã tunicę Dñi ſciſſores, aliquarũ ꝓpter dictũ diſceſſum pœnarũ, ſeu cenſurarum vltioni ſubiaceant. Cardinales vero, qui eũ ſic ſimoniace elegerunt, a ſuis ordinibus, etiam Cardinalatu, titulis, & honore, ac quibuſcunq; Patriarchalibus, Archiepiſcopalibus, Epiſcopalibus, & alijs prælaturis, ac dignitatibus, & beneficijs, quæ in titulum, vel commendam tunc obtinebant, vel in quibus, ſeu ad quę ius tunc habebant, abſque alia declaratione, priuati exiſtant, niſi ab illo penitus, & cum effectu diſceſſerint, & reliquis Cardinalibus, qui huiuſmodi ſimoniæ non conſenſerint infra terminũ octo dierum, poſtquam fuerint ab eis requiſiti, perſonali-

ſonaliter, ſi fieri poterit, alias per edictũ publicum, ſe abſque fictione, vel fraude vniuerint, & coniunxerint. Et tunc ſi præfatis alijs Cardinalibus ſe vniuerint, & coniunxerint: in priſtinum ſtatum, & ad priſtinos honores, & dignitates, etiam Cardinalatus, ac eccleſias, & beneficia, quibus præerant, & quæ obtinebant, reintegrati, rehabilitati, ac reſtituti & repoſiti ab huiuſmodi ſimoniæ labe, & cenſuris ac pœnis eccleſiaſticis quibuſcunque abſoluti, eo ipſo exiſtant.

[a] *Ius poteſtatis amittit ſimoniace electus, & ſoluũtur ibomni obedientiæ vinculo ſubditi. quod in Pontificis maximi electione. ſic obſeruari vult Conciliũ, Et ſi. Videtur autem indignũ curia Romana ſimoniæ crimen. Felin. in c. extirpandæ. §. qui vero. num. 53. de præb. Sicut & crimen ambitus aula Principis. Iul. Clar. §. Simonia.*

Idem.

Simoniacæ electionis conſcij, proxenetæ & mediatores ad inſtar reorum Maieſtatis pœnis ſubyciuntur, actiuis & paſſiuis. Cardinalibus vero nouum Pontificem eligendi æquiore tramite conceditur poteſtas.

Cap. III.

Mediatores vero & proxenetæ, trapezitæ tam clerici quam laici, cuiuſcunque dignitatis, qualitatis, & ordinis fuerint, ét Patriarchali, Archiepiſcopali, ſiue Epiſcopali, vel alia ſeculari, mũdana, ſiue eccleſiaſtica dignitate præditi, etiam quorumcunque Regum, & Principum Oratores, vel nunc j, huius ſimoniacæ electionis participes

[illegible] ſint omnibus ſuis eccleſijs, beneficijs, prælaturis, & feudis, ac alijs quibuſcunque honoribus, & bonis eo ipſo priuati, & ad ſimilia inhabiles, ac etiam actiue & paſſiue inteſtabiles, & eorum bona ipſo facto, ad inſtar reorum criminum læſæ maieſtatis, Fisco Apoſtolicæ ſedis applicentur, & deuoluantur, ſi prædicti delinquentes eccleſiaſtici fuerint, vel alias Romanæ Eccleſiæ ſubditi. Bona vero & feuda taliter delinquentium, non ſubditorum ſecularium, in partibus, Fiſco ſecularis Principis, in cuius territorio bona ſita fuerint, ipſo facto ſimiliter applicentur. Ita tamen, quod ſi infra tres menſes, à die quo notum fuerit illos ſimoniam commiſiſſe, vel participaſſe, Principes dicta bona fiſco ſuo actualiter hoc applicauerint, ex tunc illa fiſco Eccleſię Romanæ applicata cenſeantur & ſint eo ipſo, abſque aliqua ſimili declaratione. Promiſſiones quoque, & obligationes, ſiue ſponſiones propterea quandocunq;, etiam ante tempus dictæ electionis, etiam extra perſonas Cardinalium, per quoſcunq; alios quomodocunque factæ, cum quauis inexcogitabili ſolennitate, & forma, etiam iuratæ, conditionales, ſiue euentuales, & in forma excommiſſarum, ex quacunque cauſa, etiam depoſiti, mutui, cambij, confeſſionis de recepto, donationis, arrendamenti, vel venditionis, permutationis vel alterius cuiuſcunque contractus, etiam in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ, factæ, ſint nullæ & inualidæ, & ad agendum inefficaces, nulluſque earum vigore cogi vel conſtringi poſſit, in iudicio vel extra. Liceatque omnibus ab illis impune, abſq; aliquo metu, ſiue periurij nota, recedere. Et inſuper [illegible] Cardinalibus, qui electioni prædictæ ſimoniacæ interfuerint, & à præfato ſic electo diſceſſerint adhibitis

adhibitis ſecum alijs Cardinalibus, etiã illis, qui huiuſmodi ſimoniacæ electioni conſenſerunt, & poſtea eiſdem Cardinalibus indicta ſimonia non complicibus ſe vniuerint, ſi ſe cum eiſdem vnire voluerint, alioquin ſine eis ad alterius nihilominus Pontificis electionem non expectata alia ſententia declaratoria ſimoniacæ electionis huiuſmodi (eadem tamen præſente noſtra conſtitutione ſemper in ſuo robore permanente) libere alias tamen canonice deuenire, & Concilium etiam generale inducere & conſecrare in loco idoneo, prout eis videbitur expedire. Nõ obſtantibus quibuſcunque contrarijs conſtitutionibus, etiam in generalibus Concilijs editis. [b] Datum in Concil. Later. apud S. Petrum. 19. Cal. Feb. 1505.

[a] *Vide ſubſcriptis locis, In ſimoniæ Latera. & ſimoniæ mediatores. 1. q. 1. c. ſanctorum. ext. c. cum deteſtabile. 1. q. 1. ſi Epiſcopus. Bonauent. 4. d. 25 Durand. 25. q. 4. Adrian. quodl. 9. tit. 2. Angelus verbo ſimonia. §. 3. num. 4. d. 25. q. 3. Henricus Gaudenſ. quodlib. 6. q. 25. Caietanus in ſua ſum. verb. ſimonia.*

[b] *Alexand. Pap. III. licet de vitanda diſcordia. in 6.*

NOT. * *Simoniacæ electionis participes.)* Simonia committitur tam per dantes quam per accipientes, tam per agentes quam per conſentientes. c. per inquiſitionem. de electión. c. 2. de confeſſis. & ſcribit Abbas, in c. non ſatis. num. 4. de elect. Anchar. & Franc. in c. 1. de teſtib. in 6. Rom. ſing 327. Interea notandũ, quod ſol nõ culpandus eſt, ſi oculus luſcioſus nõ videat, nec damnanda ſanctarũ legum æquitas, ſi humana malitia labefactetur. Integra & ſancta ſunt omnia quæ Eccleſia decernit veluti fidei columna & veritatis. Inſidiatur tamen illius ſanctionibus publicus hoſtis, vt illa vel tranſmutet, vel falſo interpretetur, vel à vero ſenſu detorqueat. Quod quidem in electione ſummi Pontificis conatus eſt, ſed fruſtra. tanta enim integritate hæc inauguratio exequitur, vt nihil ſanctius, nihil incorruptius iudicetur. Quamobrem leges in Comitijs conclauis obſeruantur pro electione Papæ religioſiſſime, obſeruatur & fides.

& ſi.les.c.vti periculum.de elect.pro elect. vt eluceſcat omnibus quam longe abſit a fuco & ambitu,tum ſimoniaca pactione.

Leo Decimus, In Concilio Lateranenſi.

Electionum & poſtulationum quanto animi moderamine cura geri debeat, vt publicis Eccleſiæ officijs digni miniſtri inſtituantur & promoueantur, ætatis, morum, doctrinæ & vitæ candoris præuio examine.

Cap. IIII.

CVm piæ memoriæ Alexander Papa III. prędeceſſor noſter etiam in Lateran.Concilio decreuerit, vt ætas, morum grauitas, ac literarum ſcientia in perſonis promouendis in Epiſcopos & Abbates, diligenter inquiratur, nihilque magis Dei Eccleſiæ officiat, quam cum immeriti aſſumuntur Prælati ad regimen Eccleſiarũ, propterea in promotionibus Prælatorum, quarum à Ro.Pont. magna ratio haberi debet, eo præſertim, quod de promotis per eos ad Eccleſias, ſeu Monaſteria in extremo iudicio rationem Deo reddituri ſunt: Statuimus & ordinamus, vt deinceps perpetuis futuris tẽporibus, Patriarchalibus, Metropolitan. ac Cathedralibus Eccleſijs, & Monaſterijs, pro tẽpore vacan. de perſonis iuxta præfati Alexandri conſtitutionem * ętate matura, grauitate morum, literarumq; ſcientia prædictis, nõ ad alicuius inſtantiam per commendam, & adminiſtrationem, ſeu conſeruationem, aut alio quouis modo prouideatur, niſi ratione vtilitatis Eccle-

Eccleſiarum prudentiæ, nobilitatis, probitatis, experientiæ, atque curialitatis antiquæ cum competenti literatura, & in ſede Apoſtolica meritorum, aliter viſum fuerit faciendum. Idemq; in electis & poſtulatis, quorum electiones & poſtulationes per ſedem Apoſtolicam admitti conſueuerunt, voluimus obſeruari. Etſi de minoribus ætate 30. [a] annorum ** Eccleſijs aut Monaſterijs huiuſmodi contigerit prouideri, non diſpenſetur cum eiſdem; vt Eccleſijs citra vigeſimumſeptimum ætatis annum, Monaſterijs vero citra vigeſimumſecundum præeſſe valeant. Quin immo vt accuratius, diligentiuſque idoneæ perſonæ promoueantur, ſtatuimus, vt Cardinales, cui electionis, poſtulationis, aut prouiſionis Eccleſiæ, ſeu Monaſterij relatio cõmittetur, antequam in ſacro conſiſtorio (vt moris eſt) referat commiſſionem examinis ac vel donis huiuſmodi ſibi datam, vni cuiuſlibet ordinis antiquiori Cardinali in ipſo conſiſtorio per ſeipſum, vel ſi ea die, qua ſibi commiſſionis onus iniunctum fuerit, conſiſtorium non fuerit, per Secretarium ſuum, aut alium quemlibet ex ſuis domeſticis familiaribus notam illam facere debeat, qui tres priores alijs quam primum ſui ordinis Cardinalibus eam ſignificare teneantur, negotiumque electionis, adminiſtrationis, poſtulationiſue, aut promotionis ſummarie & de plano per ſcriptũ dictus relator examinet, & ſi qui contradixerint, his vocatis, idoneos, graues & fide dignos teſtes, & ſi expediens opus ſue fuerit, alios ex officio aſſumere, proceſſuſque & iura eiuſmodi relationis, vna cum dictis teſtium die faciendæ relationis, ſecum ad conſiſtorium deferre debeat, neque vllo modo referat, ſi præſens in curia promouendus, maiorem Cardinalium partem antea non

rea non adiuerit, vt quæ à referente collega ſint Cardinales audituri, oculata fide, quantum ad perſonam promouendi attinet, cognoſcere poſſint. Promotus vero, eoſdem Cardinales, qui præſentes in curia fuerint, ex antiquo more, conſuetudineque laudabili, quam primum viſitare teneatur. Quem quidem morem, laudabilemque conſuetudinem innouamus, ac inuiolabiliter obſeruari mandamus.

[a] *Cauillantur quidam annorũ rationẽ, vt illos metiantur pro arbitrio. Sed id cauetur Iuris placitis, qui annum volũt eſſe 365. dierum, vt per l. cum hæres. §. Stychus. ff. de ſtatu lib. gloſſ. in c. ſi propter. de reſcript. in 6. Adde Ioan. And. & Antonium de Butr. in c. licet. de ſuppl. negligent. Prælatorum. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Sed nota in hac electionum conſideratione ſufficere annum eſſe ad vltimam diem perductum, dum in fauorabilibus dies cæpta habeatur pro perfecta. l. qua ætate. vbi gloſſ. Bald. & Aretin. ff. de teſtamentis. & Alciat. l. anniculus. num. 1. ff. de rebus ſignif.*

* *Ætate matura, grauitate morum.*) Peripateticorum principis decretum eſt, neminem poſſe alijs imperare qui ſibi imperare neſcit, iuuenemque vix poſſe ſapere, quia prudentia requirit experientiam, quæ indiget tempore. Qui ergo præficiuntur alijs, ita temporis maturitate eluceant, vt domitis affectibus, qui iuuentutis imprudentia potiſſimum animum vrgent, præ ſe ferant ætatem, virtutis & prudentiæ indicem. Pontifex Canonum æquitati morem gerens, ætatem præſcribit eorum, qui ad beneficia & regimina eccleſiaſtica regenda eliguntur. Præter Concilium Tridentinum (ſeſs. 23. c. 11. & ſeq.) huiuſce rei multiplices habes Doctorum ſententias. Archidiac. in c. placuit. 77. diſtinct. Henric. in cap. conſultationi. de tempo. ordinand. Florent. in 3. part. tit. 14. cap. 16. §. 15. Card. in cap. vel non eſt compos. in fine.

** *De minoribus triginta annorum.*) Beneficium curatum obtineri non poteſt ſine diſpenſatione à minore vigintiquinq; annorum, c. cum in cunctis. de præbend. Ad canonicatum in

Eccleſia cathedrali vel collegiata ſufficit ætas tredecim annorum, gloſſ. in verb. ætatem. in cap. ſi eo tempore. de reſcript. in 6. Ad Epiſcopatum vero requiritur ætas annorum triginta, d. cap. cum in cunctis. facit text. in cap. presbyter. 78. diſt. gloſſ. & Doct. in Clem. generalem. de ætat. & qualit.

Pius IIII.

Electus ad regularium dignitates, electionis authoritate non gaudet, niſi per Pontificiam cõfirmationem.

Cap. V.

Pius Quartus tantis qui paulatim in religioſos irrepſerunt abuſibus & auſibus nimis licentioſis aliquando, ſicut par eſt, cupiens occurrere, ſuamq; ſedi præfatæ prærogatiuam afferre, omnes & ſingulas electiones quarumuis perſonarum ad regimina monaſteriorum, prioratuum, præpoſiturarum, & aliarum dignitatum conuentualium, ipſarumque electionum confirmationes per quoſcunque cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, & quauis etiã Archiepiſcopali, Patriarchali, aut maiori præfulgeant dignitate hactenus ſi præſumptas, nullas inualidas, ac pro nullis, inualidis & prorſus infectis habendas eſſe, [a] perſonaſque ſic vt præfertur electas & confirmatas, monaſteria, aliaſque dignitates huiuſmodi ſine legitimo titulo poſſediſſe & poſſidere, necnon illorum fructus, reditus & prouentus indebite percepiſſe & percipere. Ac perſonas ipſas ad abſolutionem, & habilitationem ſuper his, necnon confirmationem electionum de ſe factarum à ſanctitate ſua, ſeu Romano Pontifi-

Pontifice pro tempore exiſtente, aut ſede prædicta, infra ſex menſes à data præſentium computandos impetrandum ac literas Apoſtolicas ſuper huiuſmodi confirmatione in totum expediend. omnino teneri, declaraui. Et nihilominus hac ſua perpetuo valitura conſtitutione ſtatuit & ordinauit, quod nullus de cætero ſeu in regimine & adminiſtratione monaſterij vel alterius dignitatis conuentualis, ad quod ſeu quam illum eligi contigerit in ſpiritualibus vel temporalibus antequam rite celebrata electio à ſanctitate ſua aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente, & ſede prædicta confirmata, & literæ Apoſtolicæ deſuper expeditæ fuerint, per ſe vel alium, in toto vel in parte, quouis quæſito colore immiſcere, aut ad illud vel ſe recipi facere, vel alias pro eius prælato gerere præſumant. Decernens omnes & ſingulos qui ſecus fecerint, iure ſi quod illis ad monaſteria vel eorum regimina, & adminiſtrationes, ac alias conuentuales dignitates per electionem huiuſmodi fuerit quæſitum, eo ipſo priuatos, & deinceps ibi ineligibiles eſſe, ipſaque monaſteria & alias dignitates ab eadem ſede impetrari poſſe, qui vero ſimiles electiones confirmare præſumpſerit, eo ipſo ſuperiores ordinum videlicet ſuis dignitatibus priuatos, ordinarijs autem locorum etiam ſi Archiepiſcopali & maiori præcellant dignitate ingreſſum Eccleſiæ interdictum, eoſque ab Eccleſiarum ſuarum regimine & adminiſtratione ſuſpenſos exiſtere.

[a] *Ius nō acqritur electo ante confirmationē. gl. in c. noſtri. & in c. qualiter. & c. trāſmiſſam. de elect. & ibid. Inno. Iac. Aud. in c. ſi electo. de in integ. reſtit. lib. 6. Et qui exercet munus in electione*

collatum ante confirmationem, iure ſuo priuatur. DD. in c. auaritia. de elect. in 6. Felin. in c. ne Dei timorem. de ſimonia.

TIT. IIII.

De Cardinalibus.

Eugenius IIII. ex Concilio Conſtantienſ.

*Cardinalis creatio * non prius rata & valida habetur, donec Cardinalatus inſignia acceſſerint.*

CAP. I.

QVanquam ex libris Romani ordinis alias ceremoniarum nuncupatis & alijs Eccleſ. Romanæ libris ſeu antiquis Codicibus cõprehẽdi poſſit, & ex illis reſultet, quid nominis, tituli vel honoris per ſe certam pronuntiationem de alicuius perſona in eiuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalem per Romanum Pontificem pro tempore in ſecreto conſiſtorio factam eidem perſonæ in Cardinalem ſic pronunciatæ per promotionem huiuſmodi acquiratur. Quia tamen temporibus modernis, quibus aliquotiens nonnulli in ſecreto conſiſtorio in Cardinales aſſumpti fuerunt ſecrete, & eis ex bonis reſpectibus inſignia Cardinalatus ſaltem omnia, minime aſſignata fuerunt, nonnullorum aliter ſapere quam oportet ſapere ſatagentium aſtutas conſiderationes & inductiones ſubtiles, iuxta præmiſſa & eorum effectum non nulla dubia prodierunt. Nos ad ſubmouendum cauſam & occaſionem quorumcun-

cunq; dubiorũ, quę quomodolibet ſuper ijs inſurrexere hactenus, & poſſunt inſurgere, præſenti irrefragabili conſtitutione decernimus huiuſmodi pronũciationem ſic in ſecreto cõſiſtorio de quibuſuis per nos hactenus factam, ſeu in poſterum faciendam alicui ſic in Cardinalem in præteritum pronuntiato ſeu in poſterum pronuntiando, licet per eum ad Cardinalatus initium diſpoſitus videatur, nullum ius ſeu titulum re aut nomine acquiſitum fuiſſe aut acquiri potuiſſe hactenus ſeu poſſe, neque aliquem per quempiam per ſcripturam, vel nominationem pro Cardinali reputari vel haberi debuiſſe ſeu potuiſſe hactenus vel debere ſeu poſſe quomodolibet in futurum, donec & quouſque de ſimilibus conſilio & conſenſu ſic pronuntiato in Romana Curia præſentis Cardinalatus inſignia, videlicet per capelli rubei traditionem, ac tituli aſſignationem, annuliq;, iuxta morem conſuetum in digito immiſſionem, abſenti vero ab eadem Curia per huiuſmodi capelli miſſionem realiter ſint impenſa, aut ſaltem in generali cõſiſtorio. Quodque in Cardinalem ſic pronuntiatus, etiam poſtquam inſignia huiuſmodi omnia receperit, & etiam admiſſus fuerit & receptus, vt pręfertur, in electione Romani Pontificis pro tempore vocem actiuam aut aliquo alio actu habuiſſe vel habere potuiſſe aut debuiſſe, ſiue poſſe vel debere minime cẽſeatur, donec, & quoſcunq; per Romanum Pontificem pro tempore exiſten. de ſimilibus cõſilio & conſenſu ſibi in practicandis, conſulendis & deliberandis negotijs conſiſtorij antedicti, poſtquam in conſiſtorijs aliquibus mores in talibus obſeruari conſuetos expertus, interrogatus conſiliatiue aut conſultiue, reſponſum dandi expreſſa licentia tribuatur, ſeu

ad hunc effectum (vt verbis vtamur communibus) ei fuerit os apertum. Dat. Romæ Calend. Nouemb. 1431.

* *De Cardinalibus.*) De Cardinalium creatione, inſtitutione, & origine, vide ea quæ in ſum. conſtitu. in hanc ſanctionem diximus. Quod ſi hæc non ſatisfecerint, conſule locos authorum quos ibi adſcripſimus, nempe, *ex Theologis*, Aluarum Pelagium lib. 2. de planctu Eccleſiæ. art. 16. Thomam Vvaldenſem lib. 2. doctrinalis fidei, art. 3. c. 54. Ioan. de Turrecremata lib. 2. ſumma de Eccleſia. cap. 81. 82. 83. & 84. S. Anthoninum in ſum. Theologica. 3. part. tit. 6. Ioan. Anthonium Delph. lib. 2. de Eccleſia. Dominicum à Soto in 4. Sentent. 24. q. 2. artic. 4. Robertum Bolorminum lib. 1. c. 15. controuerſ. de clericis. *Ex Vtriuſ. Iur. Doct.* Andream Barbat. in tractatu, de præſtantia Cardinal. ad Baſſarionen. Mart. Laudenſem in tract. de Cardinal. Dominicum Iacobatium lib. 1. de Concilijs. art. 12. Ioan. Hieronym. Abb. in lib. de Cardinalib. Remundum Rufum in lib. defenſionum pro Pontifice & Cardinal. Rebuffum in praxi beneficiorũ. *Ex Hiſtoricis*, Onuphrium Patauinum, in libello, de Epiſcopatibus, titulis & Diaconiis Cardinalium. Volaterr. lib. 21. Vvolfgangum Lazium lib. 2. comment. Reipub. Rom.

Leo Decimus.

In domos Cardinalium vi & impetu irrumpentes, & in eis aliquid ſuſcipientes, pœnis à Pontificio iure decretis plectuntur.

Cap. II.

TEMERARIORVM quorundam qui S. R. E. Card. præcipuas Catholicæ Eccleſiæ columnas ea qua conuenit reuerentia, obſeruare contẽnunt, & in eorum res, & bona, manus violentas [a] auſu ſacrilego, inijcere non veren-

verentur, effrenata libido nos admonet, & inducit, vt ad eorum audaciam, antequam longius prorepat, comprimendam, ea quæ à prædeceſſoribus noſtris in dictorum Cardinalium dignitatis conſeruationem prouida ſunt conſideratione ſtatuta, pro illorum obſeruantia firmiori noſtræ innouationis munimine roboremus, extendamus, & ampliemus, prout temporum qualitas exigit, & tam eminenti in Eccleſia Dei dignitati conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè ab aliquibus citra temporibus damnabilis quidam in vrbe inoleuit abuſus, & licentia delinquendi, quo dum Apoſtolica ſede vacante, per Cardinales in conclaui exiſtentes, de futuri [b] Romani Pontificis electione tractatur, ſi qua de vno ex ijſdem Cardinalibus quod in Pontificem ſit electus, vox prodeat etiam non vera, illius domum vulgus armis aggreditur, & ſuper ea diripienda cum ipſius Cardinalis, conclaue nondum egreſſi familiaribus eam cuſtodientibus, vi contendit, & ſic etiam effractis foribus, aut pariete effoſſo, aditus pateat in prædam omnium bonorum quæ ibi extant, hoſtiliter corruit, niſi armatorum præſidio defendatur. nonnulliq; quandoq; reperiuntur ita temerarij & audaces, vt alijs etiam temporibus prætextu rixarum domos Cardinalium hoſtiliter & cum armis aggredi non vereantur, in eaque morantes offendere & vulnerare, ex quibus Cardinalatus honori, quibus ſacroſancta militans Eccleſia, tanquam purpureo tota decoratur amictu, non parum detrahitur, & eorum generatur contemptus, & homicidiorum & aliorum ſcandalorum occaſio exhibetur.

Nos igitur huiuſmodi temerarios conatus debita volentes animaduerſione reprimere, ſacro approbante Concilio, fœl. record. Honorij III. & Bonifacij VIII. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum contra aliquem dictæ Eccleſiæ Card. hoſtiliter [c] inſequentes, & illis præſentia, conſilio, aut fauore aſſiſtentes, eoſue ſciẽter receptantes, aut defendentes, & eorum domos & ædes, vt ſupra, inuadentes, & eorum poſteros, bona, editas conſtitutiones auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium innouamus. Decernentes eas vbique debere perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruari. Et nihilominus conſtitutiones eaſdem cum omnibus & ſingulis in eis contentis cenſuris & pœnis, ad omnes & ſingulas perſonas cuiuſcunque ſtatus, conditionis & excellentiæ exiſtentes, qui alicuius dictorũ Card. domum tam tempore dicti conclauis, etiam ſi in Romanum tunc Pontificem ſit electus, quam alias quãdocunque, & ex quacunque cauſa armata manu inuadentes, & in ea violenter, hoſtiliter aliquid diripientes, aut quenquam ex inibi exiſtentibus vulnerantes, & eorum ſocios, & eos qui id fieri mandauerint, vel factum eius nomine ratũ habuerint, ac ipſis inuaſoribus conſilium in præmiſſis vel fauorem pręſtiterint, & defenderint, extendimus & ampliamus. Romæ in publica ſeſſio. Lateranenſ. Synd. 1516. 17. Cal. Aprilis.

[a] *Clement. ſi quis ſuadente. de pœnit. 17. q. 4. Nauarus c. 27. num. 50. ſum. Lat.*

[b] *Illius quem populus ſcit futurũ Pontificem ædes diripit & ſpoliat inſolenti & violenta conſuetudine.*

[c] *Quæ pœna imponatur occidentibus Cardinalem patet in gloſſ. c. illud. verſic. cauſam. in fin. de pœnis. in 6.*

Pius

Pius V. Ex Bonifacij Noni Decreto.

Hoſtiliter offendens Cardinalem per ſe vel alium, ſit reus læſæ maieſtatis, & punitur.

Cap. III.

INfœlicis ſæculi pericula miſerati, dolorem comprimere nõ valemus, quod nefarij homines, iuſtorum ſanguinem ſitientes, ad illorum quoque perniciem infeſtiore animo incumbant, quos Spiritus ſanctus membra conſtituit præcipua Eccleſiæ Dei, quam ſuo ſibi ſanguine acquiſiuit. Magna igitur ratione poſt alios fœlicis recordationis Bonifacius Papa VIII. de fratrum ſuorũ conſilio perpetua conſtitutione ſanciuit, vt ſi quis ſanctę Romanæ Eccleſiæ Cardinalem fuerit hoſtiliter inſecutus, aut percuſſerit, aut ceperit, aut mandauerit id fieri, ſociuſque fuerit facientis, factumue ratum habuerit, ſeu dederit conſilium, vel fauorem, aut receptauerit, aut defenderit ſcienter eundem, tanquam læſæ maieſtatis [a] reus, perpetuo ſit infamis; & præterea diffidatus, bannitus, & inteſtabilis. Omnia eius ædificia ruinæ perpetuæ ſubiaceant, nullus ei debita reddere, nullus ei in iudicio reſpondere teneatur, bonis omnibus fiſco, vel reipublicæ applicatis. Idem etiam feudis, beneficijs, & officijs ſpiritualibus, & temporalibus ſit ipſo iure priuatus, ſed & ipſe inſectans, excommunicationis ſententiã incurrat, quam ſolus Roman. Pont. excepto mortis articulo, valeat relaxare. Sed ne hęc quidem conſtitutio, propter abdita conſceleratorum conſilia, omnino ſatis eſſe noſcitur ad huiuſmodi ſacrilegia amplius prohibenda.

Qui enim alicui vim inferre ſibi proponunt, id ſecreto, in occulto, vt maximè machinãtur veluti impium illud facinus indicat in perſonam dilecti filij noſtri Caroli, tituli ſanctæ Praxedis preſbyteri Cardinalis * Borrhomæi, Eccleſiam Mediolanẽſem ſanctiſſimis inſtitutis ſtudioſe informantis, proxime attentatum. Quę res nos grauius commouet, vehemẽtiuſq; excitat, omnia exquirere, vt nobiliſſimæ corporis noſtri partes vndiq; protegãtur. Quibus enim præſidio erimus, quibus ſuppetias afferemus, quos denique tutabimur, ſi templi Dei baſes, ſi clariſſima Eccleſiæ lumina, ſi ſpeciales filios, qui pro animabus populorum, pro fide, pro iuſtitia, pro vnitate peruigilant, inultos deſeramus? Itaq; ſanctioni prædictæ de ſimili fratrum noſtrorum conſilio adijcientes, ſtatuimus, vt quiſquis, etiam à nudo cõſilio, aut ſimplici fauore, aut omnino à cæteris prædictis alienus, quempiam authorum, adminiſtratorum, vel cõſciorum cõiurationis, ſiue conſpirationis, aut commiſſi, committendiue criminis in perſonam Cardinalis, illorumue fautorum, receptorum, vel occultatorũ, ſiue ex renunciatione ſibi protinus vel per interpoſitam perſonam aut literas facta, cognouerit, ſiue ex ſcripturis, cœtu, conatu, concurſu, inſidijs, aliiſue ſignis & indicijs qualemcumq; ſcientiam habuerit, vel etiam coniecerit, quiue horum quicquam intellexerit, quantumcunq; res alias occulta ſit, quam primũ id Ro. Pont. ſi in Curia fuerit, ſin aũt, ordinario loci, vel ſi Cardin. ipſe ordinarius extiterit, propinquiori Epiſcopo, & ſi crimen nondum commiſſum fuerit, etiam ipſi Cardinali properet reuelare. Quicunque verò etiam non ſubditus, & omnino extraneus defecerit, cuiuſcunq; dignitatis fuerit, prædicto ſit excommu-

communicationis laqueo innodatus, pariterq; maieſtatis reus infamiam, & omnes pœnas prædictas eo ipſo incurrat. Eadem nihilominus cõſtitutione quoad reliquas eius partes, ac cæteris omnibus ſanctionibus canonicis, & ciuilibus, ad talium coercionem editis, in ſuo robore duraturis. Porro ſi quis ad ſanitatem reuertẽs, rem adhuc incognitam retexerit, omni noxa penitus liberetur. Cæterum loci ordinarij ſecreto [b] caſum ad ſe delatum, prædicto Põtifici primo quoq; tempore nũtiare, & interim rem omnem ab iſtis pquirere, & ſi neceſſitas tunc poſtulet, ſeculare quoq; brachium adhibere. Dat. Rom. 14. Calen. Ian. 1569.

[a] *Læſæ maieſtatis reus efficitur, qui Cardinalem offendit. Ioan. And. in c. ad Apoſtolicæ. §. perpetrauit. de ſenten. & re iud. in 6. in verſ. Cardinales. Præpoſitus in c. in primis. §. de perſona. num. 20. 2. q. 1. Anchor. in c. fœlicis. de pœnis. And. de Afflict. in c. 11. col. 8. in tit. quæ ſint.*

[b] *Hic caſus eſt reſeruatus ſummo Pontifici per bullam in cœna Domini.*

* *Cardinalis Borrhomæi.)*. Optimi Præſulis & integerrimi Paſtoris verè Diui Ambroſij in Mediolanenſis Eccleſiæ regimine ſucceſſoris, meminit præſens conſtitutio. In quẽ anno 1569. tres facinoroſi pſeudomonachi ex ordine humiliatorum coniurationem perfidiſſimam trucidationis fecerant, & cuidam, non quidem ſacris initiato, ſed tamen eiuſdem ordinis profeſſo apoſtatæ negotium id efficiendi dederant, qui Mediolani commoratus, captata occaſione in domo Archiepiſcopali, in Cardinalem flexis genibus in oratorio precantem, ſclopeto glandem conieeit, ſed diuina manu Antiſtitem protegente, globus non penetrauit. Qui coniecerat, poſt aliquot dies captus ac Mediolanum ductus, coniurationem detexit, & manu truncatus, candentibuſque forcipibus laceratus, extremo tandem mortis ſupplicio affectus eſt. Coniurati etiam comprehenſi, & initæ inter ſe coniurationis ſcelus faſſi, ſummo Pontifice conſentiente, degradati, capite plectuntur.

Leo

Leo Decimus, In Concilio Lateteranenſi.

Cardinales, qui ſedi Apoſtolicæ, & communi omnium Chriſti fidelium Patri aſſident, præclaris virtutibus, & integris moribus illuſtres eſſe debent.

Cap. IIII.

Cum ſanctæ Romanæ Eccleſię Cardinales cęteros omnes in ipſa Eccleſia poſt ſummum Pontificem honore ac dignitate præcedāt, conueniens ac debitum eſt, vt vitæ munditia, ac virtutum ſplendore cunctis [a] præfulgeant. Quapropter non modo hortamur eos ac monemus, verum etiam ſtatuimus, & ordinamus, vt de cætero quilibet Cardinalium pro tempore exiſtens, iuxta doctrinam Apoſtoli, ita ſobrie, caſte, ac pie viuat, vt non ſolum à malo, ſed ab omni etiam ſpecie mali abſtinens, coram hominibus luceat, Deumque in primis, operibus honorificet. Sint omnes vigiles, ac diuinis officijs, miſſarumque celebrationibus intenti, habeantque capellas ſuas in loco honeſto, prout facere conſueuerunt. Sitq; eorum domus, familia, menſa, ſupellexque non faſtu, aut pompa, neq; ſuperfluis rebus, neque aliquo modo reprehenſibilis, ne peccandi, excedendique modum licentia inde naſcatur, ſed vt æquum eſt, modeſtiæ & frugalitatis ſpeculum dici mereantur. Illis itaque ſint contenti, quæ ſacerdotalem præ ſe ferant modeſtiam, ac prælatos & quoſcunq; alios inſignes viros ad Romanam Curiam venientes, benigne, honorificeque, tam publice quam priuatim tractent, & apud nos & ſucceſſores noſtros gratio-

gatioſe,liberaliterque eorum negocia commendata ſuſcipiant. Præterea miniſterium indecorum Epiſcoporum, Prælatorumque in domibus non habeāt, ne cæteris præeſſe inſtituti, & ſacro charactere inſigniti, in vilia deſcendant miniſteria, paſſimq; paſtoralis officij contemptum inducant. Eos itaque quos vel nunc habent, vel in poſterum ſunt habituri, honorifice, vt fratres, ac iuxta eorum ſtatus condecentiam, tractent. Cumque Rom. Pontifici communi omnium Chriſtifidelium patri aſſiſtant, perſonarum acceptatores, vel aduocatos eos fieri, valdè inconueniens eſt.

Propterea ſtatuimus, ne partialitatem ſuſcipiant aliquam, neque principum, aut communitatum, vel quorumcunque aliorum contra quempiā niſi quantum iuſtitia & æquitas poſtulat, eorumque dignitas, & conditio requirit, promotores aut defenſores fiant, ſed a priuata omni paſſione ſeiuncti, ſedādis & componendis inter quoſcunque litibus, omni diligentia vacent, incumbantque principum, & quorumcunque aliorum ac præſertim pauperum, & religioſorū iuſta negocia pio promoueant affectu, oppreſſos & iniuſte grauatos iuxta vires ſuas, & officij debitum adiuuent. Tituli ſui loca, ſi præſentes in curia fuerint perſonaliter; Si vero abſentes, per Vicarium idoneum ſemel ſaltem ſingulis annis viſitent, clericos & populos Eccleſiarum titulo ſuo ſubiectarum, cum diligentia inquirant, vigilentq; circa cultum diuinum & bona dictarum Eccleſiarum, moreſque in primis & vitam clericorum & parochianorū ſolerter explorent, eoſque omnes & ſingulos ad recte, honeſteque viuendum paterno moneant affectu. Pro augmento autem diuini cultus, & ſalute animæ

mæ ſuæ, quilibet Cardinalis, vel in vita donet, vel in mortis articulo relinquat ſuo titulo, quantum ſit ſatis ad preſbyterum vnum commodè ibi ſuſtentandu, vel ſi Eccleſia indigeat reparatione, vel alia ſubuentione, tantum illi relinquat, vel donet, quantum cōſcientiæ ſuæ videbitur. Et cum minime deceat, affines, & conſanguineos præſertim bene meritos, & ope indigentes negligere, ſed illis prouidere iuſtum & laudabile ſit, non propterea tamē vel beneficiorum multitudine, vel Eccleſiaſticis reditibus ita eos impleri cōuenire arbitramur, vt cæteri damnum ex huiuſmodi largitionis intemperantia patiantur, & inde ſcandalum naſcatur.

Statuimus itaq;, vt Eccleſiarum bona temere non effundant, ſed ea in pijs & ſanctis operibus exponāt, quorum cauſa magni, & opimi reditus per ſanctos patres ſtatuti, & ordinati fuerunt. Volumus etiam, vt Eccleſijs eiſdem Cardinalibus commendatis, etiam ſi Cathedrales, Abbatialeſue, aut Prioratus, vel quæcunq; alia beneficia Eccleſiaſtica fuerint, abſq; omnī prorſus excuſatione procurent, ac omni conatu ſuo prouideant debite inſeruiri Cathedralibus dignos & idoneos Vicarios, ſeu ſuffraganeos, prout conſuetudo fuerit, cum digna & competenti mercede apponentes, reliquis autem ſibi commendatis Eccleſijs aut Monaſterijs de iuſto Clericorum, vel Capellanorum, ſeu religioſorum, aut Monachorum Deo ſufficienter & laudabiliter ſeruientium, munere prouidentes ędificia quoq;, poſſeſſiones, & iura quæcunq; in ſtatu conuenienti conſeruent, & diruta inſtaurēt, ſicut ad bonorum prælatorum & commendatariorum officium ſpectat.

ª *Doctrina & morum ſplendore conſpicui eſſe debent, quod*

ſint

ſint veluti prudentiſſimi Conſiliarij, & Senatores illius, cui vices ſuas in terris credidit Chriſtus, vt de rebus arduis, cum opus fuerit, exactè conſultent. c. vnic. de ſchiſmat. in 6. vbi Archidiaconus cum tota Doctorum ſententia monet viros eruditos & celebres, ad hoc ſublime officium aſſumendos. Barbat. in tract. de præſtantia Cardinal. Hieronymus Manfredus in tract. de Cardinalatu. cap. I.

Idem ibidem.

Familiæ Cardinalium quo magis perſonis illuſtribus ſubſunt, eò cultu illuſtriore modeſtiæ eniteſcere debent.

Cap. V.

STatuimus etiam, vt Cardinales circa numerum familiarium, equorumq;, ſuis impenſis alendorum, magna vtãtur circumſpectione, ac diligenti prouidentia, ne maiorem numerum quam ſua facultas, conditio, ac dignitas patiatur, habentes, luxus ac prodigalitatis vitio notari poſſint, neue rurſus auari, ſordidique habeantur, ſi in magnis & amplis reditibus pauciſſimis victũ præbeant, cum domus Card. patens [a] hoſpitium, portuſue ac refugium proborum & doctorum maxime virorum, & pauperum nobilium honeſtarumque perſonarum eſſe debeat. Sint igitur circa modum & numerum tenendi prudentes, ac de familiarium qualitate in primis curioſi, ne ex alienis vitijs turpem ſibi contrahant infamiæ notam, vulgoq; obloquendi, calumniandique iuſtas præbeant occaſiones. Et cum maxime prouidendum ſit, vt non ſolum coram Deo cui primum placere debemus, ſed etiam coram hominibus opera noſtra probẽtur, vt cæteris exemplo adimi-

ad imitandum poſſimus eſſe, ordinamus vt quilibet Card. ſe domus ac familiæ ſuæ optimum rectorem, præfectumq; oſtendat eſſe, tam circa ea quæ extrinſeca omnibus apparent, quam quæ intus latent abſcondita. Habeat itaque eorum quiſque Sacerdotes, & Leuitas, honeſtis veſtimentis indutos, attenteque prouideat, ne quis in familia ſua quoquo modo beneficiatus & in ſacris ordinibus conſtitutus, veſtes portet verſicolores, nec eo habitu vtatur qui ordini Eccleſiaſtico parum conueniat. Quare in preſbyteratus ordine conſtituti, veſtes colorum quæ clericis à iure non prohibeantur, deferre debeant, vſque ad talos ſaltem demiſſas, & habentes dignitates in cathredalibus, & canonici ẽt dictarum cathedralium, ac primam dignitatẽ in collegiatis habentes, & Cardinalium capellani Miſſas celebrãtes, caputium deferre in publico teneantur.

Scutiferis vero paulo ſupra talos concedantur, parafrerarij, quia in aſſiduo ſunt motu, miniſterioq; funguntur laborioſiore, breuioribus, ac magis expeditis veſtibus vti poſſint, etiam ſi faciũt clerici, dummodo in preſbyteratus ordinem ſint conſtituti. Ita tamen, vt ab honeſtate non diſcedant, ſed ita viuant, vt mores Eccleſiaſticis ſuis ordinibus non diſcrepẽt. Reliqui vero clerici temperate ac modeſte omnia faciant, & tam ipſi clerici beneficiati quam in ſacris ordinibus conſtituti, comam, neque barbam, non nutriant, [b] neque mulas aut equos cum phaleris, ornamentiſque ex valluto aut ſerico factis, habeant, ſed eiuſmodi rebus ex panno tantum, aut corio ſimpliciter vtantur.

[a] *Epiſcoporum domus (ait diuus Hieronymus) omnium commune debet eſſe hoſpitium. Laicus vnum, aut duos, aut paucos reci-*

recipiens, implebit hoſpitalitatis officium. Epiſcopus, niſi omnes receperit, inhumanus eſt. Vide Can. 40. Apoſt.

b *Anathematis pœna minatus eſt Anicetus clericis comam nutrientibus, iubens illos deſuper caput in modum ſphæræ radere. c. prohibetur. 23. diſt. cuius mandatum confirmauit Carthaginenſis Synodus 4. cap. clericus. de vita & honeſtate clericorum.*

Paulus IIII.

Lites & cauſæ Cardinalium euocantur, & Pontificis deciſioni reſeruantur.

Cap. VI.

Lites & cauſas inter quoſcunque ſanctæ Romanæ Eccleſię Cardinales ſuper quibuſuis rebus & bonis, tam eccleſiaſticis ſecularibus, vel quorumuis ordinum regularibus coram quibuſuis iudicibus, in quauis inſtantia, ac etiam in negotio executorio, vel reſtitutionis in integrum, quomodolibet vertentes & pendẽtes, ad nos in eiſdem ſtatu & terminis, in quibus reperiuntur, aduocamus, cognitionemque & deciſionem illam [a] nobis reſeruamus, deciſioniq; & terminationi per nos ſuper illis faciendæ, appellatione quacunque etiam alias de iure admiſſibili reiecta & poſtpoſita, ſtandum, acquieſcendum, & patienter omnino parendum & obediendum fore ſtatuimus & ordinamus, ac ſimiliter in titulis & cauſis, quæ de cætero inter eoſdem Cardinales exoriri contigerit, obſeruari volumus. Romæ 1555. 9. Ianuarij.

a *Summum Pontificem in litium deciſionibus Cardinales habent iudicem.*

Leo Decimus, In Concilio Lateranenſi.

Pompa funebris Cardinalium, quo ſumptu perſolui debeat.

Cap. VII.

EXpensæ funebres [a] Cardinalium computatis omnibus, centum & quinquaginta florenorum ſummam excedere non debẽt, niſi exequutorũ prouidentia iuſtis allegatis cauſis ac rationibus, plus exponendum eſſe duxerit. Exequiæ & caſtrum doloris, prima & nona die fiant, infra octauã verò Miſſæ de more celebrentur.

[a] *Vt ſepulturæ ius natura ipſa & lege religioſum ſit, tamen vt immoderatam pompam & ſuperbiam Chriſtiano nomine indignam arceat, Satis eſt, inquit Ambroſius, officij defunctis fidelium corporibus impendere, dum Eccleſiæ antiquis inſtitutis morem gerimus in eorum exequijs & ſepulturis.*

Tit. V.

De ætate & qualitate ordinandorum.

Pius Quintus.

*Nemo ad ſacros ordines admittatur ſine titulo * beneficij, penſionis aut patrimonij.*

CAP. VNIC.

CVM non deceat diuino myſterio aſſcriptos cum ordinis dedecore [a] mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere, ſacro Tridentino Concilio [b] inter alia decretum fuit, ne quis deinceps clericus ſecularis, quáuis alias moribus, ſcientia, & ætate eſſet idoneus, ad ſacros ordines promoueretur, niſi prius legitime conſtaret eum beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſtè, ſufficienter, pacificè poſſidere, vel alias ordinari non poſſet, niſi iuxta decreti ab ipſo Concilio deſuper editi formam & tenorem. Cum autem nulla in huiuſmodi decreto religioſorum Clericorum mentio facta fuerit, ac propterea nonnulli (vti moleſtè accipimus) cæterorum ordinum religioſi ſeu Canonici, vel Clerici, intra clauſtra monaſteriorum, ſeu domorum more regularium in communi viuentes, qui nonnunquam, ſeu nonniſi ad certum tempus profeſſionem emittunt, & ex clauſtro exire, & dimitti ad ſæculum redire liberè & licitè poſſunt, religionis prætextu abſque titulo ſufficientis beneficii, nec iuxta dicti decreti tenorem ad ſacros ordines ſe promoueri prætendant, & à nonnullis Epiſcopis paſſim promoueantur, atque inde plerunque illud inconueniens eueniat, vt ſic ptomoti, & è clauſtro exeuntes, & per ſæculum vagántes, vel mendicare, vel ſordidum quæſtum exercere, non ſine ipſorum dedecore, ac ordinis vilipendio, & quam plurimorum Chriſti fidelium ſcandalo [c] cogantur. Nos igitur, qui ſingulorũ Dei miniſtrorum honorẽ, & decus (quantũ in nobis eſt) ſinceris exoptamus affectib. motu proprio, & ex certa noſtra ſciẽtia, deq; Apo. poteſt. plenitudine, hac ꝑpetuo valitura

valitura ſanctione, decretum prædictum de Clericis ſecularibus loquens, ad omnes & ſingulos etiam cuiuſcunque ordinis Clericos religioſos ſiue ſeculares, more religioſorum viuentes, in communi non profeſſos, harum ſerie extendimus, & ampliamus, ac religioſis, & aliis prædictis non profeſſis, vt ad ſacros ordines promoueri, necnon omnibus & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, gratiam, & communionem ſedis Apoſtolicæ habentibus, vt ordines ipſos huiuſmodi religioſis perſonis impendere, niſi obſeruata forma dicti decreti nos virtute ſanctę obedientię, & ſub indignationis noſtræ pœna interdicimus, & prohibemus, ac contrafacientes per annum à præſtatione talium ordinum ipſo iure ſuſpendimus. Romæ Idibus Octob. 1568.

a *cap. Diaconi ſunt. circa med. 93. diſt.*

b *Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2.*

c *Sicut Epiſcopus non debet Eccleſiam benedicere niſi certo dotatam. 1. q. 2. c. planum. ita nec debet Clericum ordinare, niſi certo titulo penſionis aut beneficij ſit donatus, ne victus difficultate indigna neceſſitate prematur ad turpia.*

NOT. * *Titulo beneficij, penſionis, aut patrimonij.)* Huius rei ſimile habemus Vrbani decretum his verbis: Sanctorum canonum ſtatutis conſona ſanctione decernimus, vt ſine titulo facta ordinatio irrita habeatur, propter quod ordinatus ad ſacros ordines ſine titulo, ab ordinatore iuſte petit titulum, & illi prouidere tenetur ordinator, vt vult Innocent. 3.

Tit. VI.

*De filijs * Preſbyterorum.*

Clemens VII.

Filij Presbyterorum beneficijs, quibus olim patres præfuere quacunque diſpenſationis gratia intercedente, non inſtituantur.

Cap. vnic.

AD canonum conditorem non eſt dubium pertinere, cum ſtatuta à ſe, vel prædeceſſoribus ſuis, ad animarum Chriſtifidelium ſalutem edita, propter eorum abuſum, qui ſucceſſu temporum malitia hominum ſuccreſcēte, magis indies dignoſcitur obeſſe, quam prodeſſe animaduertit, ne vlterius obeſſe valeat, prouidere. Sane poſtquam fœli. recor. Alexander Papa III. prędeceſſor noſter, filios præſertim Sacerdotum in Eccleſiis paternis ſuccedere prohibuerat, [a] eaſque nihilominus, media intercedente perſona, filios ipſos habere diſpoſuerat, cum paſſim Sacerdotes, vt eccleſiis ſuis eorum filii potirentur ſatagentes, in Alexandri prędeceſſoris huiuſmodi diſpoſitione confiſi, eccleſias ſuas, quas ad eorum peruenire filios geſtiebant, in fauorem perſonarum, quę eccleſias ipſas, etiam illarum poſſeſſione non habita, in ipſorum reſignantium filios, ex fornicatione genitos, illico mox reſignare, ipſiq; filii eccleſias ipſas, diſpenſatione ſup defectu natalium, quē ex dictis Sacerdotib. reſignantibus geniti, patiebantur, etiã patris nomine expreſſo, obtenta conſequi hactenus conſueuerint, profe-

ćto pernicioſum ſemper, & abominabile, ac in grauem diuinæ maieſtatis offenſam tendere, videlicet, quod ipſi preſbyteri eorum crimen, quod erat occultum, non ſine turpitudine, ad inordinatum ſpuriorum filiorum amorẽ detegere non erubeſcerent.

Iudicauimus propterea quod vbi tempus, quod omnia palam facit, & præſentium ratio quid in futurum cauendum ſit, admonere, merito monemur, & ad tollendum huiuſmodi abuſum, neceſſarium arbitrati ſumus eiuſdem Alexandri prædeceſſoris canonem corrigere potius, quam talia, cum tanto hominum ſcandalo tolerare. Habita igitur ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus matura deliberatione, de eorum conſilio & vnanimi cõſenſu, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus & ordinamus, quod de cætero filii preſbyterorum ex fornicatione nati, eccleſias cathedrales, etiam metropolitanas, ac monaſteria, quibus eorum patres præfuerũt, ſeu illa, & illas dignitates ẽt maiores & principales pſonatus, adminiſtrationes & officia ẽt curata, & electiua, & alia quæcunq; beneficia eccleſiaſtica cũ cura, & ſine cura, ſęcularia, & quorũuis ordinum ad regularia, quæ preſbyteri & clerici ac religioſi eorum patres [b] in titulum, vel commendam, aut adminiſtrationem ad tempus, ſeu in perpetuum aliquando obtinuerunt, nullo vnquam tẽpore quoquo modo obtinere poſſint, nec cum eis ſuper hoc diſpenſare intendimus. Et ſi quas diſpenſationes per nos concedi contigerit, tanquam per præoccupationem & contra mentem noſtram, inconceſſas eis nullatenus ſuffragari, taleſq; diſpenſationes noſtris volumus ſuffragare tẽporibus, & ꝙ nobis licere

non

nō patimur, noſtris ſucceſſoribus indicamus. Romæ 1533. 3. Non. Iunii.

[a] *Concil. 9. Tolet. in cap. 10. grauius animaduertit. Alexand. 3. part. 19. cap. 3. & in Concil. Later. cap. 14. arcentur à beneficiis ſpurii, quibus olim patres præfuere. Solus tamen Papa diſpenſat cum illegitimo, vt poßit promoueri ad ſacros ordines, vel ad beneficia curata. ſubſiſtente tamen cauſa neceſſaria, Epiſcopus diſpenſare poteſt.*

[b] *Ratio excogitari poteſt huiuſmodi, ne beneficia iure hæreditario & ſanguinis, concedi videantur. c. ex tranſmiſſa. & cap. conquerente. de filiis presbyt. c. 2. de prabend.*

* NOT. *De filijs presbyterorum.*) Poſt Clementem Septimum Concilium Tridentinum decretum, de non ordinandis aut promouendis ad beneficia Eccleſiaſtica confirmauit. ſeſſion. 25. cap. 25. his verbis: Vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo conſecratis, quos maxime puritas ſanctitaſque decet, longiſſime arceatur, non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio, in Eccleſia vbi eorum patres beneficium aliquod Eccleſiaſticum habent aut habuerunt, quodcumque etiam diſſimile beneficium obtinere, nec in dictis Eccleſiis quoquo modo miniſtrare, nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere. Quod ſi in præſenti pater & filius in eadem Eccleſia beneficia obtinere reperiantur, cogatur filius ſuum beneficium reſignare, aut cum alio permutare extra Eccleſiam, intra trium menſium ſpatium, alias ipſo iure eo priuatus exiſtat, & ſuper iis quæcunque diſpenſatio ſurreptitia cenſeatur. Ad hæc reciprocæ reſignationes ſi quæ poſthac à parentibus clericis, in fauorem filiorum fient, vt alter alterius beneficium conſequatur, in fraudem huius decreti, & canonicarum ſanctionum factæ omnino cenſeantur, nec collationes ſecutæ, vigore huiuſmodi reſignationum, ſeu aliarum quarumcunque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipſis clericorum filiis ſuffragentur. Hactenus Concilium.

Tit. VII.

De bonis Eccleſiæ alienandis, vel non.

Paulus II.

Bonorum Eccleſiaſticorum alienatio, inconſulto ſummo Pontifice, & neceſſitate non vrgente, nulla eſt.

Cap. I.

AMbitiosæ cupiditati, illorum præcipue, qui diuinis & humanis affectatis, damnatione poſtpoſita, immobilia & pretioſa mobilia Deo dicata, ex quibus Eccleſiæ, Monaſteria, & pia loca reguntur illuſtranturque, & eorum miniſtri ſibi alimoniam vendicāt prophanis vſibus applicare, aut cum maximo illorum ac diuini cultus detrimento, exquiſitis mediis vſurpare præſumunt, occurrere cupientes: omnium rerum & bonorum eccleſiaſticorum alienationem, omneque pactum per quod ipſorum dominium cōceſſionem, hypothecam, locationem, & conductionem, vltra triennium, necnon infeudationem, vel cōtractum emphyteoticum, præterquam in caſibus à iure * permiſſis, ac de rebus & bonis in emphyteoſim ab antiquo concedi ſolitis; & tunc cum eccleſiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus & bonis ſeruando ſeruari non poſſunt, pro inſtantis temporis exigētia, hac perpetuo valitura conſtitutione fieri prohibemus,

mus, prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus, prohibitionibus & decretis aliis ſup hoc editis, quæ tenore præſentium innouamus, in ſuo nihilominus robore permanſuris.

Si quis contra huius noſtræ prohibitionis ſeriem de bonis & rebus eiſdem quicquã alienare præſumpſerit, alienatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio, & infeudatio huiuſmodi nullius omnino ſit roboris vel momenti: & tam qui alienat, quam is qui alienatas res & bona prædicta receperit, ſententiam excommunicationis incurrat, alienanti vero bona eccleſiarum, monaſteriorum, locorumque piorum quorumlibet, inconſultoRoma.Pontifice, aut contra præſentis conſtitutionis tenorem, ſi Pontificali vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingreſſus eccleſiæ ſit penitus interdictus. & ſi per ſex menſes immediate ſequentes ſub interdicto huiuſmodi, animo (quod abſit) perſeuerarit indurato, lapſis menſibus eiſdem, à regimine & adminiſtratione ſuæ eccleſiæ vel monaſterii cui præſidet, in ſpiritualibus & temporalibus ſit eo ipſo ſuſpenſus. Inferiores vero prælati, commendatarii, & alii eccleſiarum rectores beneficiati, vel adminiſtrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, præpoſituris, præpoſitatibus, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliiſque eccleſiaſticis cum cura & ſine ſecularibus & regularibus beneficiis, quorum res & bona alienarunt duntaxat, ipſo facto priuati exiſtant, illaque abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur: poſſintque per locorum ordinarios vel alios ad quos eorum collatio pertinet, perſonis idoneis (illis exceptis quæ propterea priuatæ fuerint) libere de iure conferri, niſi alias diſpoſi-

tioni Apoſtolicæ ſedis ſint ſpecialiter aut generaliter reſeruata : & nihilominus alienatæ res & bona huiuſmodi ad eccleſias, monaſteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiuſmodi pertinebant, liberę reuertantur. Rom. Cal. Martii. 1467.

[a] *Res Eccleſiæ ex propria natura non poſſunt alienari, quia humanæ conuentioni nullatenus ſubijciuntur. Afflict. deciſ. 75. & ib. Cæſar Vrſillus in addit. num. 1. Iure tamen conceditur certis vrgētibus caſibus neceßitatis maioris vtilitatis alienatio. Cor. in 2. volum. conſ. 18. Barb. in 5. vol. conſ. 6. in 2. colum. & ſeq. Ludo. Roman. conſ. 36.*

Iulius Tertius, Simoni de Puteo, & Ioanni Baptiſtæ, Cardinalibus.

Alienationes contra formam à Paulo II. præſcriptam facta, reuocantur.

CAP. II.

INDEMNITATI Eccleſiarum, vt ex debito noſtri paſtoralis officii tenemur, volentes prouidere circumſpectioni veſtræ, quorũ eximia integritas, ſingularis prudentia, exacta diligentia, & in rebus gerendis dexteritas, ac aliæ præclaræ virtutes, veteris experientiæ documento nobis iam dudum cognitæ ſunt per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per vos ſeu alios, quos ad hoc cum ſimili aut limitata poteſtate duxeritis deputandos, vocatis prout vobis videbitur, bonorum male alienatorum, contra formam [a] conſtitutionis per fœl. recorda. Paul. Pap. II. editę, vocatis poſſeſſoribus vel detęntoribus, ſuper nullitate & inuali-

inualidatione locationum & alienationum huiuſmodi ac indebita occupatione ſummarie & ſimpliciter ſine ſtrepitu & figura iudicii, ſola facti veritate inſpecta auctoritate noſtra diligenter inquiratis, ac bona & iura illa beneficiorum & piorum locorũ, quorum antea erant, in ius & proprietatem reuocetis & reducatis, & poſſeſſores de indebite perceptis ad ſatisfaciendum cogatis & compellatis. Rom. 23. Maii. 1552.

[a] *Rerum Eccleſiaſticarum alienationes duo copulatiuè requirunt, videlicet, formam, id eſt, ſolennitatem & iuſtam cauſam alienandi. c. 1. de rebus Eccleſiæ non alienand. in 6. gl. in verb. redire. in c. 1. extr. de in integ. reſtitut.*

De ſolennitatibus & formis requiſitis in rerum alienatione Eccleſiaſt. DD. tradunt paſſim. in c. 1. & in cap. cum Apoſtolicæ. extr. de his quæ fiunt à præl. ſine conſenſu. c. & præſertim ibi Io. de Imol. in conſil. 115. 116. Dom. de Gemin. in cap. 1. de rebus Eccleſ. non alienand. Roland. à Valle, conſil. 15. in 1. tom. Andr. Barbat. in conſil. 14. num. 2. Philip. Decius, in conſil. 142.

Paulus III.

Pro præſidio belli ſuſcipiendi aduerſus Turcæ furores, cameræ Apoſtolicæ cenſus alienandi facultas conceditur.

Cap. III.

IN ſacra beati Petri ſede cum plenitudine poteſtatis, meritis licet imparibus, diuina diſpoſitione locati, ad ea (vt debemus) libenter intendimus, per quæ orthodoxæ fidei defenſioni, ac reipublicæ Chriſtianæ ſtatui valeat ſalubriter prouideri. Sane vniuerſo orbi notum eſſe credimus, immaniſſimum Turcharum tyran

tyranuum, poſt innumerabiles per eius anteceſſores Chriſtiano nomini in diuerſis mũdi partibus clades illatas, multaq; regna & dominia eius ditioni adiecta, nouiſſime tempore noſtri Pont. Regnum Neapolitanũ pluribus illis locis prędatis inuaſiſſe, & notabilia damna tam in locorum deuaſtatione, quam in perſonarum aſportatione feciſſe, lõge etiam plura facturus, niſi Chriſtianiſſimi in Chriſto filii Caroli [a] Romani Imp. ſemper auguſti, & dicti Regni Regis pietas, virtus, & ſtrenuitas, qui ad hoc non ſine maximis expenſis, potentem claſſem parauerat, obſtitiſſet, præmiſſiſque non contentum, ciuitatem Caſtri noui, Chriſtianis illam acriter defendẽtibus, immaniter trucidatis, expugnaſſe. Quæ etſi potius vindicanda, quam cum Chriſtianitatis ignominię, & damni renouatione recenſenda forent, tamen nõ poſſumus non ea dolenter referre, propter euidens periculum, quod reipublicæ prædictæ ex nouis belli apparatibus per tyrannum, ad penetrandum Panoniam ad præſens tumultuantem, & fines Germaniæ, ac Italiam, ad quam idem tyrannus putans inde facile quod reliquum eſt Chriſtianitatis in ſuam poteſtatẽ redigere, inſatiabili ſiti anhelat inuadendum & occupandum, terra marique nouiter inſtructis, cernimus imminere. Et cum periculo huiuſmodi, quod indies maiores vires habiturum dubitatur ex iis, quæ in pluribus Chriſtianitatis partibus, circa veram religionem innouata ſunt, & innouantur, occurrere omnino intendamus: conſiderantes ad præmiſſa magna eſſe opus impenſa, & quod de Chriſtianorum Principum ſubſidio, non quantum res ipſa expoſtulat nobis promittere valemus, propter bella, & calamitates, quibus tẽporibus præteritis affecti fuerunt;

quod-

quodque vires noſtræ ex alienationibus rerũ & bonorum ſanctæ Rom. Eccleſiæ per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros factis, & magnis expenſarum profluuiis, quæ pro nonnullis Apoſtolicæ ſedis neceſſitatibus pluries nos ſubire oportuit, tenuiſſimæ ſunt, cogitauimus pecunias modis omnibus, qui nobis poſſibiles ſint, exquirere, vt illarũ auxilio truculentam rabiem dicti tyranni retundere, ac aliis Chriſtianæ fidei neceſſitatibus prouidere valeamus. Habita igitur cum venerabilibus fratribus noſtris, eiuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, in conſiſtorio noſtro ſecreto diſcuſſione & deliberatione matura, de ipſorum fratrum conſilio, & vnanimi aſſenſu, ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quam plurimorum Romanorũ Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum, qui ſimilibus vel aliis tunc vrgentibus neceſſitatibus, nonnulla bona eccleſiaſtica vendiderunt, veſtigiis inhærentes dilectis filiis Guidoni Aſcanio Sfortiæ, S. Euſtachii Diacono Cardinali Camerario, & Hieronymo Ricanati de Capite ferreo Theſaurario noſtris, quos ad hęc commiſſarios & exequutores noſtros facimus ac deputamus: quod per ſe vel aliũ, ſeu alios de eorũ mandato, quoſcunque canones, reſponſiones, & recognitiones, & cenſus perpetuos, vel temporales quibuſuis nominibus nuncupentur, & ad quaſcunque ſummas aſcendant, ſub quibuſuis caducitatis, & aliis pactis, & conuentionibus, ac obligationibus, necnon modis & formis conſtitutos, quæ in extinctionibus, ac liberationibus infraſcriptis ſpecificari volumus, ſuper quibuſuis caſalibus, vineis, domibus, poſſeſſionibus, prędiis, tenimentis, & aliis bonis immobilibus cuiuſcũq; qualitatis, valoris, ęſtimationis,

nis, etiam ſpeciali nota dignis exiſtentibus, Cameræ Apoſtolicæ, & Romanæ, ac quarumcunque Eccleſiarum, etiam cathedralium, & metropolitan. ac Patriarchalium, ac baſilicarum, nécnon monaſteriorũ, cõgregationum, ordinum, ac aliorum religioſorum & piorum locorum, ét quantũmcunq; priuilegiatorum, & exemptorum, ac habentium ꝙ in generali, ac étiam ſpeciali, & indiuidua expreſſione, niſi certis modis & formis ſeruatis non veniant, nec comprehẽdãtur in vrbe prędicta, & extra illius muros, necnon quibuſuis ciuitatibus, terris, & locis temporali dominio dictæ Romanæ Eccleſiæ exiſtentibus conſiſtentium (monaſteriis monialium, ac hoſpitalibus hoſpitalitatem ſeruantibus, & locis hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani duntaxat exceptis) feudi, emphyteoſis, liuelli, cenſus, canonis, reſponſionis, locationis, & cuiuſuis alterius contractus, vel conceſſionis, iure, cauſa, occaſione, vel alias, quomodolibet per quoſcunque etiam Epiſcopali, vel alia maiori eccleſiaſtica vel mundana dignitate & excellentia præditos ſoluendos, ſeu debitos, pro pretio ſeu pretiis, quod ſeu quæ Camerarius, & Theſaurarius noſtri p̃ſati repererint, ſine aliqua cauſæ cognitione, ac vllis tractatibus, vlliſue ſolennitatibus deſuper habitis & ſeruatis, ac ſine requiſitione & conſenſu eorum, qui de iure vel alias requiri & conſentire deberent, extinguere: & caſalia, vineas, domos, poſſeſſiones, prædia, tenimenta, & alia bona prædicta, illorumq; feudatarios, emphyteotas, cenſuarios, liuellarios, locatarios, conductores, ac vtiles dominos à cenſuum, canonum, reſponſionum, & recognitionum huiuſmodi in pecunia numerata, vel alia ſpecie debitorum præſtatione perpetuo affrancare & liberare, illiſque

liſque de nouo caſalia,& alia bona prædicta infeudare,locare,&concedere(recompenſa tamen Cameræ Eccleſiis,monaſteriis,ordinibus,congregationibus, & locis, ac aliis prædictis, quorum cenſus, canones, reſponſiones, recognitiones, & alia iura huiuſmodi extinguentur pro concurrenti reditus annui quantitate aſſignata) ita tamen quod paribus conditionibus conductores,& alii,quibus alias per extinctionẽ huiuſmodi præiudicaretur, quibuſcunq; aliis præferantur:necnon quæcunq; inſtrumenta & ſcripturas, ac alia deſup neceſſaria, & opportuna facere,& exequi libere & licite poſſint,& valeant,plenam & liberam licentiam,facultatem,& auctoritatem concedimus. Decernentes extinctiones, affrancationes, liberationes,inueſtituras,conceſſiones, & alia per dictos Camerarium, & Theſaurarium deſuper fienda, & exequenda perpetuæ firmitatis robur obtinere, aut feudatarios,& vtiles dominos, ac alios præfatos, eorumque hæredes & ſucceſſores, ac alios, quorum intereſt, vel intereſſe poterit, modo aliquo contra tenorem præſentium deſuper moleſtari, impediri, vel inquietari non poſſe, ſed illos, & caſalia, vineas, domos, poſſeſſiones, bona, & iura huiuſmodi franca,libera, & allodialia fore, & eſſe, ac Eccleſias, monaſteria, ordines, congregationes, & loca prædicta, eorumq; præſules,& rectores & nũc pro tẽpore exiſtentes vllo vnquam tempore præmiſſis ſe opponere;aut ab illis reclamare, vel beneficium reſtitutionis in integrũ,ſub læſionis, vel alio quocunque prætextu petere, vel impetrato vti non poſſe neque debere.Romæ 11.Cal.Ian.1540.

[a] *Nunquam defuit optimi huius Principis afflictis Chriſtianæ reipublicæ rebus, animus, dum ipſo potiſſimum vndique quæreretur*

teretur immani Turcæ impetu, qui occupata Pannonia, excidiũ non ſolũ Italiæ, verumetiã toti Europæ minaretur. Quamobrem Cæſar, vt diuerſis terris tyranni furorẽ retardaret, in Africam claſſem parat, comitiaque Ratiſponæ celebrat, cum Turcis reſiſtendi, tum religionis componendæ cauſa.

Paulus IIII.

Bonorum Eccleſiaſticorum alienationes ipſis Eccleſiis & piis locis damnum & intolerabilem iniuriam referentes, annullandæ & reuocandæ ſunt.

Cap. IIII.

Rervm & bonorum Eccleſiæ illicitas alienationes conniuentibus oculis pertranſire nequeuntes, quinimo cupientes eis quantum cum Deo poſſumus, opportunum remedium adhibere, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes & ſingulas alienationes, & in emphyteoſim, a ſeu cenſum perpetuum, aut tertiam, vel aliam generationem, ſeu hominis vitam, aut aliud tempus vltra triennium locationes, vel conceſſiones, ſeu permutationes, hypothecas, & obligationes, de quibuſuis caſtris, terris, oppidis, ciuitatibus, & locis, aut aliis bonis immobilibus, ſeu rebus & iurib⁹, tam ſpiritualibus, quã temporalibus, eiuſdẽ Romanæ, & quarũcunq; cathedralium, ẽt metropolita. & aliarũ eccleſiarum, necnon monaſteriorum, domorum, & aliorum regularium locorum, & quorumuis beneficiorum eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura, ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, necnon hoſpi-

hoſpitaliũ,& aliorum piorum locorum quorũlibet, per quoſcunque etiam Romanos Pontifices,prædeceſſores noſtros, ſeu eorum auctoritate, vel mandato Camerarios ſuos, & clericos Cameræ Apoſtolicæ præſidentes, ac quoſuis eccleſiarum, monaſteriorũ, & domorum prælatos, & beneficiatos, necnon hoſpitalium, & aliorum regularium, & piorum locorum rectores, cuiuſcunque dignitatis,ſtatus,gradus, ordinis, & conditionis exiſtentes, etiam ſi Cardinalatus honore pollerent,in damnum eccleſię,ſeu non ſeruatis ſolennitatibus à iure requiſitis,aut alias nulliter hactenus factas, & contractus ſuperinde ſub quibuſuis formis, & verborum expreſſionibus habitos & celebratos,etiam ſi iuramento vallati exiſtant, & quantumuis longa temporis præſcriptione robur ſumpſiſſe dici poſſint,ac ipſius Romanæ Eccleſiæ fauorem aut commodum cõcernant, eorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur,præſentibus pro expreſſis habentes, Apoſtolica auctorite,tenore præſentium reſcindimus, irritamus,caſſamus,& annullamus, ac viribus omnino euacuamus, ac pro reſciſſis, irritis, caſſis, & nullis, ac penitus infectis haberi volumus. Ipſoſque detentores ad caſtra, terras, oppida, ciuitates, & loca occupata, ac bona, res, & iura prædicta Rom. & cathedralibus, etiam metropolitan. ac aliis eccleſiis, necnon monaſteriis,domibus, hoſpitalibus, & beneficiis, ac regularibus, & piis locis relaxandum, & de fructibus,tam hactenus perceptis,quam in poſterum percipiendis realiter ſatisfaciendum teneri,& ad id cogi & compelli poſſe omnibus iuris remediis. Prid.Idus Iulii.1555.

[a] *Perpetua locatio ſeu Emphyteuſis, conceſſio immobilis rei*

 Eccle-

Eccleſiæ, ex Concilio apud Syluanum habito, interdicitur & prohibetur. text. in c. hoc conſultiſſimo. 2. de rebus Eccleſ. non alienand. in 6. l. quod verò. l. ius ſingulare. ff. de legib.

Cum huius conſtitutionis rigor varias excitaſſet lites pro fructuũ reſtitutione ex temporis præſcriptione, prudenter Pius IIII. ſingulari reſcripto illam ad ius commune, & iuris communis terminos reduxit, quod pendentes & futuras cauſas, ac ſi nunquam emanaſſent, veterum canonibus ſatis abunde prouiſum indemnitati Eccleſiarum exiſtimauit. quo verò ad deciſas abſoluit condemnatos à cenſuris, & cauſas mandat reuideri ſecundum iuris communis diſpoſitionem. Vide ſummam conſtitutionem, ſub Pio IIII. conſt. 6.

Pius IIII.

Romanæ Eccleſiæ, & Cameræ Apoſtolicæ bona alienata, in illius damnum aut ſine paris valoris recompenſa vel neceſſitate, ſeu euidenti vtilitate, pro non alienatis habeantur & reſtituantur.

Cap. V.

VENDITIONES, * ceſſiones, infeudationes, locationes, donationes, permutationes, hypothecas, conceſſiones, & alias omnimodas alienationes & cõtractus, quæcunque, quotcunque, & qualeſcunq́; ac in quorumuis Principum ac Cardinalium, Patriarcharum, & aliorum Prælatorum fauorem vel eorum contemplatione per prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem præfatá neceſſitate, vel euidenti vtilitate ſedis huiuſmodi id non exigente, ſeu ſine aliqua vel ſaltem minime correſpectiua neque competenti recompenſa [a] factos, & conceſſos, ac confirmatos, & approbatos, ĉt ſi quantumuis longiſſima temporis præſcriptione robur

robur ſumpſiſſe dici poſſint, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo reuocamus, reſcindimus, caſſamus, irritamus, annullamus, ac viribus omnino vacuamus. Declarantes venditiones, ceſſiones, infeudationes, locationes, donationes, ꝑmutationes, hypothecas, cõceſſiones, & cęteras alienationes præmiſſas nequaquã tenuiſſe, nec tenere, nullumq; emptoribus, ceſſionariis, feudatariis, locatariis, donatariis, aliiſq; rerum ipſarum detentoribus nec aliquẽ poſſidendi titulũ ꝑ eas quæſitum eſſe, nec eiſdẽ eccleſię ſedi, & cameræ ꝑiudiciũ afferre potuiſſe. Ac ciuitatũ, terrarum, & aliorũ locorum eorundẽ habitatores, vaſallos, & ſubditos, dictis illorũ detentoribus nullum vaſallagii, fidelitatis vel ſubiectionis, aut aliud ius vel obediẽtiam alienationum huiuſmodi, vel etiam iuramenti per eos illis præſtiti, quod etiam eis harum ſerie relaxamus, prætextu debere aut illis aſtrictos eſſe. Quinimo detentores ipſos ad eadem ciuitates, terras, caſtra, oppida, & loca ſedi, & cameræ pręfatis realiter, & cum effectu reſtituenda, & relaxanda, ac eorum detentores ad fructuum inde poſt [b] obitum concedentis hactenus perceptorum, & in poſterum percipiendorum, reſtitutionem in vtroq; foro omnino teneri, & ad id etiam ſententiis, cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis, necnon priuationis quorumcunque aliorum feudorum eccleſiaſticorum per eos etiam legitime obtentorum, & inhabilitatis ad illa aliaque deinceps obtinenda, ac aliis iuris, & facti remediis cogi, & cõpelli poſſe. Ac decernentes præſentes vim ꝑpetuæ legis habere, neq; de nullitatis vitio ſeu intẽtionis noſtræ vel alio quouis defectu notari ſeu impugnari poſſe, ſed illas omni exceptione remota, validas & efficaces

 fore,

fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & inuiolabiliter obſeruari. Romæ 15. Calend. Decemb. 1565.

[a] *Ex cauſa maioris vtilitatis alienatio valet, ſi quippe Eccleſia vtiliori & meliori re quapiam recompenſetur, vt in ca. vi ſuper. de reb. Eccle. non alienan. & not. A. Berous in conſil. 88. in cauſa mota. vol. 1. nu. 25.*

[b] *Succeſſor poteſt reuocare male alienata. Panorm. in capit. Epiſcopi. in princip. de rebus Eccleſ. non alienandis. & in c. de donationibus.*

NOT. * *Venditiones.*) Dilapidationes bonorum Eccleſiæ omnibus ſanctionibus prohibentur, aliorum tamen alienationes ſuadet vrgens neceſſitas. Quamobrem Clemens VII. vt cōpeſceretur furor tyrannidis Eccleſiæ hoſtis ſæuiſſimi Turcæ, qui Rhodum, Belgradum, Regnum Vngariæ antemurale ditionis Chriſtianis dicauerat, illas in belli ſacri præſidiū permiſit. ſum. conſtit. ſub Clem. 3.

Pius V.

Infeudationum & alienationum bonorum Eccleſiæ perſuaſores & mediatores excommunicantur.

Cap. VI.

TRACTANTES, conſulētes, aut alias verba facientes de infeudationibus aut alienationibus [a] de ciuitatibus & locis immediatè ad nos & ſedem Apoſtolicam ſpectantibus & pertinentibus, etiam deuolutis, etiam in feudum cōmuniter & pluries dari ſolitis, ſiue ex cauſa permutationis aut alias quomodolibet etiam contemplatione meritorum erga ſedem præfatam aut ſub prætextu neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis faciendis, ſeu de poſtulandis à nobis & ſede præfata quibuſuis perſo-

perſonis cuiuſuis dignitatis, in Duces, Vicarios, Gubernatores ſeu quemuis alium titulum ad vitam, vel in perpetuum, vel longum tempus, ciuitatum, oppidorum, arcium & locorum prædictorũ, ac propterea de eligendis oratoribus ad nos & ſucceſſores noſtros ſuper præmiſſis, vel eorum occaſione mittendis proponentes tam ipſi quam oratores, munus huiuſmodi recipientes, aut alii quicunque alienationes per ſe vel alium ſe alios inſinuantes vel ſuadentes, eo ipſo ſententiam incurrant excommunicationis, & ſedis Apoſtolicæ rebelles etiam in primo capite læſæ maieſtatis, & proditores ciuitatum & locorum præfatorũ ac loca eorum fiſco ipſo iure deuoluta & incorporata ſint & eſſe cenſeantur, omnibus dignitatibus, & quomodolibet obtentis beneficiis, priuati exiſtant, neque ad ciuitates & loca præfata vllo vnquam tempore remitti poſſint, & ſi aliquando eos reintegrari contigerit, nihilominus infames remaneant, illiſque bonorum & dignitatum portæ perpetuo claudantur. Rom. 4. Cal. April. 1566.

[a] *Spec. in tit. de emphyteuſ. §. nunc vero aliqua. verſ. 113. prope fin. Bald. in l. cum virum. C. de fideicom. Barto. in l. ex diuerſo. §. etiam. in gl. vbi. ea. quæ. ſol. mat. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. 12. q 2.*

Prima conſtitutio quam tulit Gregorius XIII. fuit præſentis confirmatio. an. I. Pontificatus, 6. Cal. Iunii. 1572.

Sic & Gregorius IX. vt habetur in capite Sum. conſtitu. prohibuit alienationum licentias, vt quod licitum non expedit, licitum non putetur, decretum confirmans Symmachi Papæ, qui bono numine fulſus decreuit, etiam Papæ non licere prædia Eccleſiæ alienare aliquo modo pro aliqua neceſſitate, nec in vſumfructum tradere rura, niſi tãtummodo domus, quæ in quibuſdam vrbibus non modica impenſa ſuſtentantur, qua lege o-

mnes cuſtodes &prçlatos aſtringi voluit, vt donator, alienator, venditor, honorem perderent, & qui ſubſcriberet cum eo qui reciperet, niſi reſtitueret, anathema foret. Licere etiam voluit, quibuslibet eccleſiaſticis perſonis contradicere, & cum fructibus alienata repoſcere, quod non tantum in Apoſtolica eccleſia ſeruandum eſſe dixit, verumetiam vniuerſis eccleſiis per prouincias arbitratus eſt conuenire. Quamuis tamen eccleſiaſticarum rerum alienatio ipſi iuri tum ciuili tum canonico exoſa ſit. tit. 1. C. de ſacris eccleſ. gloſſ. tamen in cap. quamuis. ponit tres caſus in quibus licitum ſit etiam vaſa myſtica alienare. c. ſicut omnino. 12. q. 2. & l. ſancimus. C. ibid. in quibus eſt hæreſeos extirpatio pro eccleſiæ defenſione. Ioan. Andr. & DD. gloſſ. in c. 2. de in integ. reſtitut. Cardina. in cap. 1. colum. 3. de depoſito.

Sixtus V.

Bonorum immobilium Gallicanæ Eccleſiæ alienatio permittitur in ſubſidium belli ad extirpandas hæreſes.

Cap. VII.

Cvm chariſſimus in Chriſto filius noſter Hẽricus Francorum Rex Chriſtianiſſimus ſuis literis & nuntiis nobis ſignificauerit, ſe iam omnes propemodum modos tentaſſe reducendi hæreticos, [a] qui iam aliquam partem regni ſui infecerant, in viam veram & Catholicam, ac tot retroactis ſeculis in illo regno vſitatam magna cum pietatis laude, & ipſius regni tranquillitate, nec tamen quicquam proficere potuiſſe, volens ſatisfacere debito ſuo erga Deum omnipotentem, per quem Reges regnant, paci etiam & quieti Regni ſui conſulere cupiens, ſcriptum eſt enim, *Omne regnum in ſe diui-*

diuiſum, deſolabitur. conſcientiæ etiam ſecuritati, & animæ ſuæ ſaluti, qua nulla res eſt pretioſior, proſpicere intendens, quando alia via non licuit, ad arma ſuccurrendum duxit, quo hanc peſtem ex ſuo regno eijceret & eliminaret: eodem etiam tempore non ſolum conſeruationi Eccleſiarum ac perſonarum & bonorum Eccleſiaſticorum, ſed etiam recuperationi eorum, quæ ab his hæreticis detinentur, & impie tractantur, diligenter intenderet: cum alioqui de his omnibus rationem Deo redditurus, diuini iudicii vltionem merito reformidare cogatur, ſi remiſsè ac negligenter negotium Dei ac religionis, Eccleſiarum etiam & bonorum occupatorum tractarit. Quare cum iam arma ſumpſerit, hoc ſancto propoſito conſtantiſſime obfirmatus, iuſtum eſſe duxit, vt Clerus etiam Galliæ partem oneris ſuſtineat, quod etiam ipſe idem Franciæ Clerus legitime congregatus, neceſſarium iudicauit iſtis bellorum tempeſtatibus Regi ſuccurrendum eſſe, etiam per alienationem bonorum immobilium; Nobis itaque ſupplicari fecit, vt dicto Clero facultatem vendendi bona mobilia vel immobilia, vſque ad valorem centum millium ſcutorum in reditibus annuis concederemus: Nos conſiderantes, quod ſi bellum hoc eum exitum habuerit, quem & optamus, & aſpirante regiis conatibus diuina clementia firmiter ſperamus, Eccleſiaſticus ordo non ſolum conſeruabit quæ nunc poſſidet, ſed recuperabit iam ab hæreticis occupata, quorum non parua ſumma eſt, poſtulatis regiis libenter annuimus, ita tamen vt hic ordo ſeruetur, in præſens, quinquaginta tantum millia alienentur: quæ ſumma vt quam minimo Eccleſiarum

detrimento efficiatur, & fideliter atque vtiliter in vſum deſignatum erogetur.

[a] *Licitum eſt hæreticos bello oppugnare, poſtquam de illorũ pertinacia & rebellione conſtiterit. Auguſt. lib. 22. contra Fauſt. Manichæum. Gregorius lib. 1. Epiſt. Epiſtola 72. AEneas Syluius lib. de origine Bohemorum. Rationibus vult vinci, hæreticos non armis Bernardus, ſed intelligitur hæc ſententia de illis ſolis, qui nondum fuerunt de ſuis erroribus moniti, non de pertinacibus & relapſis. Alph. de Caſtro. de iuſta hæret. punit. lib. 2. cap. 14.*

Tit. VIII.

De officio Legati.

Leo X. In Concilio Lateranenſi.

*Legati * reſidere tenentur in locis ad quæ deputantur.*

Cap. I.

NVllis Cardinalibus prouincias ac ciuitates legationis titulo obtinentes eas per locum tenentes [a] aut officiales quoſcunque adminiſtrare liceat, ſed perſonaliter ipſi pro maiori parte temporis adeſſe atque eas omni vigilantia regere & gubernare teneantur, & qui nunc titulum legationis obtinent, aut pro tempore obtinebunt, ſi in Italia intra tres menſes, ſi extra Italiam quinque, à die præſentis publicationis ad ſuas prouincias ire, ac maiorem temporis partem ibi reſidere teneantur, niſi de noſtro & ſucceſſorũ noſtrorum

ſtrorum mandato pro aliquibus grauioribus negotiis in Romana Curia retineantur, vel ad alia loca, prout neceſſitas poſtulat, mittantur, & tunc in dictis prouinciis ac ciuitatibus vicelegatos, auditores, locumtenentes, cæteroſque conſuetos officiales cum debitis prouiſionibus ac ſalariis habeant. Qui præmiſſa omnia & ſingula non ſeruauerit, emolumentis quibuſcunque legationis careat. Quæ quidem propter hoc antiquitus ordinata & inſtituta fuerunt, vt opportuna legatorum præſentia populis eſſet ſalutaris, non vt ipſi laborum & curarum penitus expertes, lucro tantum, ſuæque legationis titulo inhiarent. Rom. 3. Non. Maii. 1515.

[a] *Ille cuius ad legationis functionem induſtria eſt electa, non poteſt alteri committere vices ſuas, niſi hoc expreſſe habeat in mandatis. Inno. & DD. in c. is cui. de officio delegat. & per gloſſ. & Bart. in l. inter artifices. ff. de ſolut. & in l. continuus. §. ſi ab eo. ff. de verbor. oblig. l. 1. ff. de officio eius cui eſt mandata Iuriſdictio.*

NOT. * *Legati.)* De legatis ampliſſimum habes ſcholion ſub Pio IIII. apud ſummam conſtitutionum, fol. 487. ex priſcis Hiſtoricis, & Iuris placitis contextum. Summorum Pontificum legati præ cæteris illuſtriores dignitate, & nominis ſplendore habentur. fulgent enim vt olim Proconſules præſtantiſſima dignitate, & maiores ſunt omnibus ordinariis. c. ſanè. & c. cum olim. de officio deleg. In cuius rei ſignum papalibus vtuntur inſigniis. vt ex text. in cap. antiqua. §. Dominicæ. de priuileg. tradit Condiel. tract. de legat. q. 5. & ſicut Papa honorari debent. l. vnica. ff. de offic. præfect. Spec tit. de leg. §. 1. Probus in addit. ad Monach. in c 1. num. 5. de offic. leg. Sic & legatus de latere dicitur eſſe maior omnibus in prouincia poſt Romanum Pontificem, & habere iuriſdictionem ſuper omnes Prælatos, etiam exéptos & immediate ſubiectos Papæ. c. 1. de offic. leg.

TIT. IX.

De Inſulis noui orbis.

Alexander VI.

Ad propagandam fidem Chriſtianam, noui orbis Inſulæ conceduntur iuri & dominio Regis Catholici, Ferdinandi Arragon.

CAP. VNIC.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ferdinando [a] Regi, & Iſabellę Reginę Caſtellæ, Legionis, Arragonum, Sicilię, & Granatę, illuſtribus ſalutem & Apoſtolicã benedictionem. Inter cætera diuinæ maieſtati beneplacita opera, & cordis noſtri deſiderabilia, illud ꝑfecto potiſſimum exiſtit, vt fides Catholica & Chriſtiana religio, noſtris præſertim temporibus exaltetur, ac vbilibet amplietur & dilatetur, animarumq; ſalus procuretur, ac barbaricæ nationes deprimantur & ad fidem ipſam reducantur. Vnde cum ad hanc ſacram Petri ſedem diuina fauente clementia (meritis licet imparibus) euecti fuerimus, cognoſcentes vos tanquam veros Catholicos Reges & Principes, quales ſemper fuiſſe nouimus, & à vobis præclare geſta toti pene iam orbi notiſſima demonſtrant, nedum id exoptare, ſed õi conatu, ſtudio & diligentia, nullis laboribus, nullis impẽſis, nulliſq; parcẽdo periculis, ẽt proprium ſanguinem effundẽdo efficere, ac omnem animũ veſtrum, omneſq; conatus ad hoc iamdudum dedicaſſe, quemadmodum recuperatio regni

regni Granatæ [b] à tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos, cum tanta Diuini nominis gloria, facta teſtatur, digne ducimur non immerito & debemus illas vobis etiam ſponte & fauorabiliter concedere, per quę huiuſmodi ſanctum & laudabile ab immortali Deo cœptum propoſitum indies feruentiori animo ad ipſius Dei honorem, & imperii Chriſtiani propagationem proſequi valeatis. Sane accepimus quod vos dudum animum propoſueratis aliquas inſulas & terras firmas, remotas & incognitas, ac per alios hactenus non repertas quærere & inuenire, vt illarum incolas & habitatores ad colendum redemptorem noſtrum, & fidem Catholicam profitendum reduceretis, hactenus in expugnatione & recuperatione ipſius regni Granatæ, plurimum occupati, huiuſmodi ſanctum & laudabile propoſitum veſtrum ad optatum finem perducere nequiuiſtis, ſed tandem ſicut Domino placuit, regno prædicto recuperato, volentes deſiderium adimplere veſtrum, dilectum filiũ Chriſtophorum *Columbum, virum vtique dignum & plurimum commendandũ, ac tanto negotio aptum, cum nauigiis & hominibus ad ſimilia inſtructis, non ſine maximis laboribus & periculis ac expenſis deſtinatis, vt terras firmas & inſulas remotas & incognitas huiuſmodi, per mare, vbi hactenus nauigatum non fuerat, diligenter inquireret, qui tandem (Diuino auxilio facta extrema diligentia in mare Oceano nauigantes) certas inſulas remotiſſimas, & etiam terras firmas, quæ per alios hactenus repertæ non fuerant, inuenerunt, in quibus quam plurimæ Gentes pacifice viuentes, & vt aſſeritur, nudi incedentes, nec carnibus veſcentes, inhabitant, & vt præfati nuntii veſtri

poſſunt

poſſunt opinari,gentes ipſæ in inſulis & terris prędictis habitantes, credunt vnum Deũ creatorẽ in cœlis eſſe,ac ad fidem catholicã amplexandum,&bonis moribus imbuendum ſatis apti videntur, ſpeſq; habetur,quod ſi erudirentur,nomen Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti,in terris & inſulis prædictis faterentur, ac præfatus Chriſtophorus in vna ex principalibus inſulis p̃dictis,iam vnã turrim ſatis munitã, in qua certos Chriſtianos, qui ſecum iuerant,in cuſtodiam, & vt alias inſulas ac terras firmas, remotas & incognitas inquirerent,poſuit,conſtrui & ędificari fecit, in quibus quidem inſulis & terris iam repertis,aurum, [c] aromata, & aliæ quamplurimæ res prætioſæ diuerſi generis & diuerſæ qualitatis reperiuntur,vnde omnibus diligenter, & præſertim fidei Catholicæ exaltatione & dilatatione (prout decet catholicos Reges & Principes) cõſideratis, more progenitorum veſtrorum claræ memoriæ Regum, terras firmas,& inſulas prædictas,illarumque incolas & habitatores vobis diuina fauente clementia,ſubiicere, & ad fidem Catholicam reducere propoſuiſtis. Nos igitur huiuſmodi veſtrum ſanctum & laudabile propoſitum plurimum in Domino commendantes, ac cupientes, vt illud ad debitum finem perducatur, & ipſum nomen Saluatoris noſtri in partibus illis inducatur,hortamur vos quam plurimum in Domino, & per ſacri lauacri ſuſceptionem,qua mandatis Apoſtolicis obligati eſtis, & viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti attente requirimus, vt cum expeditionem huiuſmodi omnino proſequi & abſumere proba mente orthodoxæ fidei zelo intendatis, populos in huiuſmodi inſulis & terris degentes, ad Chriſtianam religionem ſuſcipiendum inducere velitis

velitis & debeatis, nec pericula nec labores vllo vnquam tempore vos deterreant, firma ſpe fiduciaque conceptis, quod Deus omnipotens conatus veſtros fœliciter proſequetur. Et vt tāti negotii prouinciam Apoſtolicæ gratiæ largitate donati, liberius & audacius aſſumatis, motu proprio non ad veſtram vel alterius pro vobis ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ne noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes inſulas & terras firmas inuentas & inueniendas, detectas & detegendas verſus occidentē & meridiem fabricando, & conſtruendo vnam lineam à Polo Arctico ſcilicet Septētrione, ad Polum Antarcticum ſcilicet meridiem, ſuæ terræ firmæ, & inſulæ inuentę & inueniendę ſint verſus Indiam, aut verſus aliam quamcunque partem, quæ linea diſtet à qualibet Inſularum, quæ vulgariter nuncupatur, *de los Azores y cabo verde*, centum leucis verſus occidentē & meridiem, ita quod omnes inſulæ, & terræ firmæ repertæ & reperiendæ, detectæ & detegendæ, à præfata linea verſus occidentem & meridiem per alium Regē aut Principem Chriſtianum non fuerint actualiter poſſeſſæ vſque ad diem natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti proximi præteritum, à quo incipit annus præſens milleſimus quadringētesſimus nonageſimus tertius, quando fuerunt per nuntios & Capitaneos veſtros inuentæ aliquæ prædictarum inſularum, auctoritate omnipotentis Dei, vobis in beato Petro conceſſa, ac Vicariatus Ieſu Chriſti, qua fungimur in terris, cum omnibus illarum Dominiis, ciuitatibus, caſtris, locis & villis, iuribuſque & indictionibus ac pertinentiis vniuerſis, vobis, hæredibuſq; & ſucceſſoribus veſtris (Caſtellæ & Legionis Regibus) in perpetuum

petuum tenore præſentium donamus, concedimus, & aſſignamus, voſque & hæredes ac ſucceſſores præfatos illarũ dominos, cum plena, libera, & omnimoda poteſtate, auctoritate, & iuriſdictione, facimus, cõſtituimus & deputamus, decernẽtes nihilominus p huiuſmodi donationẽ, conceſſionẽ & aſſignationẽ noſtrã nulli Chriſtiano Principi, qui actualiter pręfatas inſulas & terras firmas poſſederit vſq; ad dictũ diẽ natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ius quæſitum, ſublatum intelligi poſſe aut auferri debere. Et inſuper mandamus vobis in virtute ſanctæ obedientiæ (vt ſicut pollicemini, & non dubitamus pro veſtra maxima deuotione, & regia magnanimitate, vos eſſe facturos) ad terras firmas & inſulas prædictas, viros probos & Deum timentes, doctos, peritos, & expertos, [d] ad inſtruendum incolas & habitatores præfatos, in fide Catholica, & bonis moribus imbuendũ deſtinare debeatis, omnem debitam diligẽtiam in præmiſſis adhibentes, ac quibuſcunque perſonis, cuiuſcunque dignitatis, etiam imperialis & regalis ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quam eo ipſo, ſi contrafecerint, incurrant, diſtrictius inhibemus, ne ad inſulas & terras firmas inuentas & inueniendas, detectas & detegendas, verſus occidentem & meridiem, fabricando & conſtruendo lineam à Polo Arctico ad Polum antarcticum, ſiue terræ firmæ, & inſulæ inuentæ & inueniendæ ſint verſus Indiam, aut verſus aliam quamcunque partem, quæ linea diſtet à qualibet inſularum, quæ vulgariter nuncupantur, *de los Azores y cabo verde*, centum leucis verſus occidentẽ & meridiem, vt præfertur, p mercibus habendis, vel quauis alia de cauſa accedere præſu-

præſumant abſq; veſtra ac hæredum & ſucceſſorum veſtrorum prædictorum licentia ſpeciali. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. In illo à quo imperia & dominationes ac bona cuncta procedunt confidentes quod dirigente Domino actus veſtros, ſi huiuſmodi ſanctum & laudabile propoſitum proſequamini, breui tempore cum fœlicitate & gloria totius populi Chriſtiani veſtri, labores & conatus exitum fœliciſſimum conſequentur, Romæ 4. Nonas Maii.1493.

[a] *Ferdinandus fuit eo nomine quintus Hiſpaniarum Rex, Ioannis Arragonum Regis filius, qui Procerum conſenſu vxorem duxit Iſabellam, vt fœdere coniugij duo ditiſſima regna, Arragoniæ & Caſtellæ vnirentur. an.1471.*

[b] *Bæthicam prouinciam vlterioris Hiſpaniæ quã Granatam hodie appellant, à Melite Rege Mauro genere, & religione Mahumetano cum magnis Saracenorum copijs, ſeptingentos octoginta annos occupatam, Ferdinandus & Iſabella receperunt.*

[c] *Zelo fidei aliud calcar vtilitatis addit, vt præter acerrimũ propagandæ Chriſtianæ fidei ſtudium, ad beatas etiam Arabiæ gazas, & Indici littoris opulenta commercia mentem & cogitationem adijcerent Catholici Principes.*

[d] *Anno 1492. nauium cura & commeatus ampliſſimi & cõpletiſſimi apparatus Chriſtophoro Columbo Genuenſi miro deſiderio nouas Regiones peragrandi flagranti, datus eſt. Nauigandi verò ante centeſimum annum, vel apud Heſperios populos tanta fuit inſcitia, maritimo videlicet vſu Aſtrolabij nondum excogitato, vt ab ora diſcedere & alto Oceano ſe committere nequaquam auderent, ſed littora caute legẽtes, vbi ad æſtus maris, aut breuia periculoſa peruenerant, quaſi repagulis quibuſdam à natura ſeu numine obiectis reciperent illico ſeſe, & longius tendere quodammodo nephas arbitrarentur.*

NOT.

NOT. * *Chriſtophorum Columbum.*) Prima nauigationis Chriſtianæ ad nouas inſulas claruerunt ſub hoc ſtrenuæ fortitudinis Duce, ſed iam eluceſcere cœperant ſub Henrico Ioannis Luſitaniæ Regis filio, qui religionis propagandæ ſtudio flagrans, cum ex Aphrorum ſermone, tum ex Mathematica ratione certiſſimis compererat argumentis, ab ora Mauritaniæ continentes, ac perpetuas regiones vltra æquatorem extendi, quæ ſi pedibus peragrari, ardores, aut ſolitudines vetuiſſent, mari certe, modo perſeuerantia non deeſſet, adiri, cognoſcique poſſe cõfideret. Is primus ad inacceſſas illas nationes aditum aperuit ſuis triremibus. Illo mortuo, Alphonſus V. cœpta proſequutus eſt. Alphonſum Ioannes imitatur hoc laudabili trophæo, immenſiſque laboribus, quæ bonis auibus auſpicati fuerant, exequitur, intento inſtrumento Aſtrolabii, illudque quod antea ad colligendos ſtellarum motus duntaxat Aſtronomi adhibere cõuenerant, præclaro ſane intento, ad vſum rei maritimæ, opera petitiſſimorum Mathematicorum Rotheri & Ioſephi, Martini Bohemi, tranſtulit ad curſum nauium in pelago, quãuis ignoto, regendum, vt vel abductus à conſpectu familiarium ſibi ſyderum nauta, quam tamen cœli plagam, quam remota ab orbe noſtro loca teneret, aliqua poſſet ratione coniicere. Tantum vtilitatis & emolumenti cum laude attulit hæc iterata expeditio, vt breui tempore nihil celebrius per totum orbem audiretur ipſo Luſitaniæ nomine. Cuius gloriæ æmulatione accenſus Chriſtophorus Columbus Ligur, aliud experimentum ſuæ peritiæ trans noui orbis terminos proponit, in occidentali plaga, quæ nondum peruia fuerat. Luſitanum Regem optimę ſuæ mẽtis certiorem reddit, à quo cum veluti rei impoſſibilis & fabuloſæ perſuaſor, eiiceretur, ad finitimum Caſtellæ Regem Ferdinandum ſe contulit, quem tandem toto ſeptennio continuis precibus eo compulit, vt ſibi tria nauigia regiis expenſis ad Hiſpalim oræ Bęticæ præberentur. Non infœliciter ceſſit periculum. Inuidẽt Caſtellanis Luſitani, quod multũ antiquæ nauigationis laudi detraheretur, & à poſſeſſione legitima Oceani pelli viderentur. Actio diſcuſſa per legatos & Iuris interpretes, tandem Pontificiæ deciſioni proponitur. Is cognita Regum cauſa, ne quando lis ad arma deduceretur, vltra Heſperidum inſulas, ad trecenteſimam fere leucam & quadrageſimam ducto à Septentrionibus ad Auſtralem polum, circulo totum terrarum orbem ex æquo bifariam ſecuit. Quæ pars vergebat in Orientem,

hanc

hanc Ioannes facta ſibi ob iuris antiquitatem optione deſumpſit, occidua Ferdinando relicta. Ex eo tempore in perueſtigandis ignotis regionibus ab Luſitano & Caſtellano mira vtrinque virtute certatum eſt.

TIT. X.

De beneficiorum collatione & impetratione.

Iulius Secundus, in Concilio Lateranenſi.

Beneficiorum aut dignitatum tam regularium quam ſæcularium adminiſtrationem neglecta expeditione literarum Apoſtolicarum, aut illis non expeditis ſuſcipere, fraudis eſt reſtitutioni fructuum obnoxia.

CAP. I.

ROMANI Pontificis circumſpecta prouidentia ad ea libenter intendit, per quæ animarum periculis, Eccleſiarum & Monaſteriorum diſpendiis obuietur, Cameræq; Apoſtolicæ (cui diuerſa impenſarum onera, pro Eccleſiæ Romanę ſtatu conſeruando, quotidie incumbunt) indemnitati debite prouideatur. Cupientes igitur, ne prouiſiones, conceſſiones, & gratiæ Apoſtolicæ ſedis, & præcipue quæ à nobis emanarunt, & pro tempore emanabunt, diu maneant in ſuſpenſo, ſed perfecte ad actum iuxta Apoſtolicas conſtitutiones, deducantur. [a] Et ne Eccleſiarum, monaſterio-

rum,& eccleſiaſticarum dignitatum prælati quicunque, ſeu commendatarii & adminiſtratores, abſque titulo & literis Apoſtolicis in animarum ſuarum periculum regimini & adminiſtrationi eorũdem ſe ingerere, aut alias illis ſe immiſcere p̃ſumant, præſenti conſtitutione perpetuo valitura declaramus, quod conſtitutiones Bonifacii, * Alexandri, Pii, & Innocentii, ͣprædeceſſorum noſtrorum iuxta illarum tenores perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruẽtur, quoad pœnas & cenſuras etiam priuationis in eis expreſſas. Dat. Rom. 5. Cal. Aug. Pontific. noſtri. an. 2. Dõm. 1505.

[a] *Nec recipi nec licitè regi poteſt beneficium literis non expeditis. Bell. deciſ. 698. Oldrad. conſ. 226. Bald. in c. 1. per quos fiat inueſtit. in vſib. feud. & Milus in ſuo repert. in verb. gratia. Facit & regula cancellariæ, qua cauetur, quod nemini gratia ſuffragatur niſi literis expeditis.*

NOT. * *Bonifacij, Alexandri.*) Pontifices quorum meminit Iulius hac ſua conſtitutione, ſanxerunt, ne quis adminiſtrationibus Eccleſiarum & beneficiorum ſe immiſceret, niſi perfectis & expeditis debita forma gratiarum & conceſſionum tabulis, ſub pœna priuationis eccleſiarum, monaſteriorum, & prioratuum huiuſmodi, & omnis iuris eis ex prouiſionibus quomodolibet acquiſiti, & excommunicationis. Expeditionem autem infra annum à data prouiſionis factæ continuè computandam cenſuerunt.

Controuerſia nondum ſatis reſoluta eſt, an quis tutè poſſit beneficio frui conceſſo gratia Papæ, nondum tamen expeditis literis. Poſſe plurimis rationibus aſſeritur. Veriſſimum eſt ſiquidem præſtito conſenſu Papæ per Fiat, aut aliud eiuſmodi generis verbum, gratiam fieri. Solennitas autem extrinſeca, expeditionis literarum eſt de iure poſitiuo, ergo ſi omittatur expeditio literarum facta gratia ſuper collatione beneficii tam conferens quam recipiens erit tutus in foro conſcientiæ, ſecus verò in iudiciali, argumento eorum quæ voluit Speculat.

culat. in titul. de adult. in fin. & per doctr. in rubr. C. de ſuffragan. Vide ea quæ tradit Caſſan. in deciſion. iuris, ſuper regul. cancel. deciſi. 36.

Pius Quintus, In Concilio Tridentino.

Parochialium Eccleſiarum collationes citra formam à Concilio Tridentino præſcriptam factæ, nullius ſunt effectus aut iuris.

Cap. II.

STATVIT Synodus Tridentina [a] vt occurrente vacatione * parochialis eccleſiæ etiam generaliter, vel ſpecialiter, etiam vigore indulti in fauorem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, aut alias quomodolibet reſeruatæ, vel affectæ, debeat Epiſcopus habita notitia vacationis Eccleſiæ, ſi opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis aſſignatione conſtituere, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de Rectore prouideatur. Et deinde Epiſcopus, & qui iuſpatronatus habet, intra decem dies, aut aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum aliquos clericos ad regendum Eccleſiam idoneos, examinatoribus iuxta formam eiuſdem Synodi deputatis, nominet, & non niſi ab eiſdem examinatoribus per curſum aliorum examinatorum etiam tanquam magis idoneo ab Epiſcopo iudicato & electo de eccleſia prouideatur: alias prouiſiones, ſeu inſtitutiones oẽs præter formã

prædictam factæ, ſurreptitiæ [b] cenſeantur. Sed quoniam res humanæ ſemper in deterius prolabuntur, niſi ſit qui eas retineat, ac debitæ executioni demandet, & verendum ſit, ne propter conſtitutionum huiuſmodi tranſgreſſionem, maximi abuſus oriantur: nos ad quorũ notitiam nõ ſine graui noſtra moleſtia puenit nonnullos ex venerabilibus fratribus noſtris, Archiepiſcopis & Epiſcopis, occurrente vacatione, parochialium eccleſiarum eas nullo aut minus rite ſeruato examine, præſertim illo, quod cõcurſum fieri debet ex Concilio Tridentino, vel etiam rite ſeruato, perſonis minus dignis, carnalitatis aut aliũ humanæ paſſionis affectum, non rationis iudicium ſequentes, cõtuliſſe & de eis prouidiſſe, volentes quãtum cum Deo poſſumus huiuſmodi ac etiam futuris periculis occurrere, eorundem prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones præfatas, etiam innouando, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium omnes & ſingulas collationes, prouiſiones, inſtitutiones, & quaſuis diſpoſitiones parochialium eccleſiarum ab eiſdem Epiſcopis, & Archiepiſcopis, ac quibuſuis aliis collatoribus, tam ordinariis quã delegatis S.R.E. Cardinalibus, ac ſedis Apoſtolicæ Legatis, vel nuntiis, præter & contra formam ab eodẽ Concilio Tridentino, pręſertim in examine per concurſum faciẽdo pręſcriptam, factas aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momẽti fore, & eſſe, nullumqne prouiſis ius, aut titulum etiam coloratum poſſidendi præbere, & parochiales eccleſias huiuſmodi, vt prius ante collationes huiuſmodi vacabant, ex nunc vacare ſtatuimus, decernimus, & declaramus, eaſque omnes pro tempore ſic vacantes noſtræ & ſedis Apoſtolicæ, ſeu eorum quibus ius confe-

conferendi eas, præterquam Epiſcopis, & Archiepiſcopis, qui curam dicti examinis iuxta decretum Concilii habere debent, competet, diſpoſitioni reſeruamus. Inſuper ne parochiales eccleſiæ diu in ſuſpenſo maneant in maximum animarum periculum, quarumcunque parochialium eccleſiarum, quarum dum pro tempore vacant, ad Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & Patriarchas, & quoſuis alios ordinarios collatores in menſibus ordinariis collatoribus, etiam per noſtras regulas aſſignatis prouiſio & collatio ſpectat & pertinet, de quibus idem Epiſcopi & ordinarii prædicti intra ſex menſium ſpatium à die vacationis earundem perfecto examine iuxta formam Concilii Tridentini præfati non prouiderint, ac illarum etiam, quarum collationes nobis, & dictæ ſedi generaliter vel ſpecialiter & ex quauis cauſa reſeruatę, ſeu effectæ exiſtunt, aut alias ex indulto ſedis Apoſtolicæ competunt, ad quas occurrente illarum vacatione Epiſcopi & Archiepiſcopi præfati perſonas per examen, concurſu multo habito, iuxta dicti Concilii Tridentini formam approbatas, & magis idoneas non elegerint, aut electas nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, aut iis ad quos collatio ſpectabit, pro collatione obtinenda intra quatuor menſium ſpatium à die illius vacationis non ſignificauerint, necnon parochialium eccleſiarum ſimilium, qui Iuriſpatronatus eccleſiaſtici, vel aliorum ſeu clericorum & laicorum ſimul fuerint, ſi præſentatus intra tempus eiſdem patronis: a iure præfixum præuio examine iuxta formam dicti Concilii approbatus petatur, inſtitutioque ipſa per duos menſes à die pręſentationis dilata fuerit, collationem, prouiſionem, inſtitutionem, ac omnimodam diſpoſitionem nobis & ipſi

ſedi, ac perſonis indulta huiuſmodi conferendi, prouidendi, ſeu inſtituendi obtinentibus reſpectiuè reſeruamus, data tamen in parochialibus iuriſpatronatus optione ipſis patronis, vt ſi inſtitutio ad ordinarios ſpectabit, ipſis ordinariis illam facere negligentibus, & vltra dictos duos menſes differentibus, poſſint pro huiuſmodi inſtitutione obtinenda habere recurſum ad metropolitanum, vel viciniorem ordinarium, aut ad ſedem Apoſtolicam. Prohibentes et eiſdem ordinariis, ne tempus decem dierum eiſdem ordinariis & patronis ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos clericos coram deputatis examinatoribus præfixum, vltra alios decem dies prorogare audeant, vel præſumant. Diſtrictius inhibentes, ne quis præter Romanos Pontifices, aut alios indulta huiuſmodi obtinentes, vt præfertur, quacunq; ſit ſuper hoc auctoritate munitus, de huiuſmodi beneficiis ſic reſeruatis (vt præfertur) diſponere, vel circa illa etiam per viam permutationis, vel alias renouare quoquo modo præſumat.

[a] *Concil. Trident. ſeß. 23. can. 1. reformat. cum igitur. Clem. 5. in Concil. Viennenſ. ext. de ſepult. c. dudum. ext. de elect. c. licet canon. in 6.*

[b] *Decreto Concil. Lateran. c. 26. non ſolum deijcitur indignè promotus ad aliquod beneficium, verum etiam indignè promouens punitur, cuius hic verba repetere libuit. Sācimus quod, quatenus quiſquam fuerit ad regimen animarum aſſumptus, is ad quem pertinet ipſius confirmatio diligenter examinet, & electionis proceſſum & perſonam electi, vt cum omnia cōcurrerint, munus confirmationis impendat.*

NOT. * *Parochialis Eccleſia.)* Beneficia quibus ſolertior animarum cura imminet, parochiales Eccleſias appellamus, deducto ab antiquis priſcarum gentium phanis, nomine. Para-

chus

chus enim, ſecundum Ciceronem ad Atticum, dicitur παρὰ τὸ παρέχειν, quod præbere ſignificat. nam parochorum officio olim interfuit legatis aut magiſtratibus, & qui publicæ vtilitatis gratia aliquo dimittebantur, ligna & ſalē, & ſimilia præbere ac ſuppeditare. Athen. lib. 4. παρέχειν στεγὴν, ἅλας, ἔλαιον, ὄξος, quod Latini præbere tectum, ſalem, oleum, acetum, dicunt. Budęus parochos vocat eiuſdem phani incolas, & parochiam locū ſacramq; viciniam. Incola (inquit Pompon. de verb. ſignif. l. pupillus.) & qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit, quem Græci Parœcon appellant. Bud. in Pandect. annot. ad l. vltim. de municip.

Idem ibidem.

Reclamare poſſunt electioni minus digni digniores in Eccleſiis parochialibus licita appellatione.

Cap. III.

Vt non ſolùm dignis, ſed magis idoneis repertis [a] iuxta Concilii decretum parochiales eccleſiæ conferantur, volumus & decernimus, quod ſi Epiſcopus * minus habilem, poſthabitis magis idoneis, elegerit, poſſint ij qui reiecti fuerint à mala electione huiuſmodi ad metropolitanū, vel ſi ipſe eligēs metropolitanus, aut exēptus fuerit, ad viciniorē ordinariū vti noſtrum, & ſedis huiuſmodi delegatū, aut alias ad ipſam ſedē Apoſtolicā appellare, ac prælectū ad nouum examen corā ipſo appellationis iudice, & eius examinatoribꝰ prouocare, & conſtito de prioris eligentis irrationabili iudicio eoque reuocato, parochialis magis idoneos per eundem iudicem appellationis auctori-

tate noſtra (quatenus collatio ad Epiſcopum à quo appellatum fuit, ſpectaret) conferatur, alias eiſdem magis idoneo per iudicem appellationis approbato conferenda remittatur ad eum, ad quem collatio, prouiſio, vel inſtitutio ſpectabit. Hæc tamen appellatio interpoſita interim non impediat, aut ſuſpẽdat, quo minus electio per ordinarium primo loco facta interim debitæ demandetur executioni, & prouiſus ab eadem eccleſia cauſa appellationis huiuſmodi dependente, non amoueatur. Et, ſi quis à ſententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad ſedem ipſam Apoſtolicam appellabit. Si ſecus in præmiſſis omnibus, & ſingulis actum, aut attentatum fuerit, irritum decernimus & inane.

ª *Dignioris ſemper, vtilioris & magis idonei fieri debet electio in beneficiorum quorumlibet collatione. Huic ſententiæ adſtipulatur tota ſcholaſticorum Theologorum ſchola. tom. 22. q. 63. & quæſt. 185. artic. 3. Alexander de Hales, 2. part. quæſt. 136. memb. 2.*

NOT. * *Minus habilem, poſthabitis magis idoneis.*) Ex Origene deſumptum eſt Gratiani decretum illud 8. q. 1. de legitima miniſtri electione. Requiritur, inquit, in ordinando Sacerdote præſentis populi ſuffragium, vt ſciant omnes & certi ſint, quia qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad Sacerdotium. Hinc tamen ſuboritur non leuis cõtrouerſia, vtrum ſemper dignior eligendus ſit, & quomodo dignoſci poſſit, quoue modo perpendi poſſit iniuria quæ ex hac mala electione fit magis digno. Vt hæc omnia eluceſcant, Couarruuiæ ſententiam inſequemur, qui digniorem non appellat doctiorem vel ſanctiorem, ſed eum qui iuxta munus & rem, cui præficiendus eſt, aptior eius miniſterio apparet, quique pro rei conditione partes ſuſceptas exequitur. Nã frequẽtiſſimè qui doctior eſt, nõ ita cõuenit muneri publico, ſicut alter, qui doctus eſt, non ita tamẽ vt doctiori aliquantulum non cedat. Et licet committatur electio

ctio in aliquem tanquam in bonum virũ, non reprobatur eius electio, licet potuerit eligere meliorem. ſufficit enim quod indignum non eligat. Idem videtur voluiſſe Bal. in l. id quod pauperibus. 22. q. C. de Epiſcopis & Cler. Eligi poteſt dignus, quamuis extet dignior. Barb. vol. 2. conſil. 20. col. 12. Feder. conſil. 98. Dec. conſil. 129. vol. 1. Bald in d. l. cum quidam. Qui verò ſcienter & iniuriæ conſcius eligit minus dignum, electionis iure priuari debet. c. cum in cunctis. in fin. de elect. Barb. conſil. 33. volum. 2. nec excuſatur ob ignorantiam. Socin. c. cum filiusfamil. §. in hoc. de verb. oblig.

Paulus Quartus.

Beneficij cuiuſcunque impetratio, quæ ſuppoſitam dolo malo in examine prodit perſonam, & conditione quap[illegible]m paciſcitur quæſtus aut priuati lucri gratia, eſt falſa, eſt & irrita.

Cap. IIII.

FRAVDIBVS & dolis, ac hæreſi ſimoniacæ quantum cum Deo poſſumus, efficaciter occurrere volentes, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, atque decernimus, quo de cætero omnes & ſinguli, qui occaſione beneficiorum obtinendorum ſe alios eſſe ſimulauerint, & tanquam tales ſe in examine ſuppoſuerint, aut beneficia pro perſonis id ignorantibus, ſeu pro ſe, vel pro aliis cum [a]oblatione alicuius penſionis annuæ, aut pro aliis, cum ſpe penſionem annuam, aut aliud quantumuis modicum temporale commodum ab eis conſequendi vel pro ſeipſis principaliter, animo & intentione ea poſtmodum in fauorem aliorum, etiam quantumuis idoneorum, & benemeritorum, cum ſimili penſione,

aut commodo, aut etiam ſine eo reſignandi obtinere procurauerint, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, etiam ſi Epiſcopali, aut alia maiori dignitate eccleſiaſtica, vel Cardinalatus honore ſeu mundana, etiam Regia, Ducali, aut Marchionali præeminentia præfulgeant, excommunicationis & anathematis, ac maledictionis æternæ ſententiam, à qua niſi à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui nequeant, necnon priuationis omnium & ſingulorum beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura ſecularium, & quorumuis ordinum regularium per eos in titulum, vel commendam, aut alias quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda pœnam eo ipſo abſque alia deſuper faciendа declaratione incurrant, ita vt conſtito ſolum ſummariè & extraiudicialiter, quod ipſi contra tenores præſentium, aliquid fecerint, per curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalem auditorem, ſeu viceadiutorem, vel eius locumtenentem, pro talibus & vt tales publicari poſſint. Et nihilominus, ſic vt præfertur, obtentæ prouiſiones, & commendæ, aliæque diſpoſitiones nullæ ſint, irritæ & inanes, nullumque ius alicui in ipſis beneficiis vel ad illa tribuant, & ab aliis libere impetrentur. Volumuſque præſens decretum etiam quoad Monaſteria monialium, & alia beneficia per moniales aut alias mulieres obtineri ſolita, locum habere.

[a] *Beneficiorum impetrationes, reſignationes, & permutationes, ſi certo pacto legantur, ſunt verè ſimoniacæ nundinationes. nam liberæ eſſe debent, & ab omni contentione alienæ.*

Crauet.

Crauet.conſil.122.Natta conſil.293.nu.2.lib.2.Rebuffus in praxi beneficiorum tit.quot modis beneficia acquirantur.num.4.

Iulius Tertius.

Qui retinent aut poßident beneficia eccleſiaſtica priuſquam Apoſtolicis literis ius poſſeßionis probetur, beneficiÿs illis priuantur, & ad alia obtinenda perpetuo fiunt inhabiles.

CAP. V.

IVLIVS Papa tertius, cui nuper innotuit, quod licet alias fœl.recor. Greg. X. * ſanciuerit, quod nullus ex tunc de cætero adminiſtratioẽ dignitatis ad quam electus eſſet priuſquam celebrata de ipſo electio [a] confirmaretur, ſub œconomatus vel procurationis nomine, aut alio de nouo quæſito colore in ſpiritualibus vel temporalibus per ſe, vel per alium pro parte, vel in totũ, gerere vel recipere, aut illis ſe immiſcere præſumeret, omnes illos, qui ſecus feciſſent, iure ſi quod illis per electionem quæſitũ foret decernens eo ipſo priuatos. Sanctiones ipſas ad inferiora beneficia [b] eccleſiaſtica quæcunque & quomodocunque qualificata amplians & extẽdens hac ſua perpetuo valitura conſtitutione ſtatuit & ordinauit, quod omnes & ſingulæ perſonæ eccleſiaſticæ, tam ſeculares, quam quorumuis ordinum regulares, cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, etiam ſi Epiſcopali, vel ** Archiepiſcopali, aut Patriarchali, vel alia maiori dignitate præfulgeant, quod de cætero literis, ſuper diſpenſation.retinendi beneficia per eos antequam promoueantur, aut eorum electiones confirmentur

mentur obtenta, eis per ſedem eandem pro tempore conceſſis minime confectis, beneficia ipſa retinere, aut poſſeſſionem alicuius; ſeu aliquorum beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura, vel ſine cura ſæcularium vel quorumuis ordinum regularium quæcunque, & qualitercunque qualificatorum eis dicta auctoritate Apoſtolica conferri, ſeu commendari, aut in eorum fauorem, & commodum vniri, ſeu alias diſponi conceſſion. literis Apoſtolicis ſuper collatione, ſeu commenda, aut vnione, ſeu alia diſpoſitione huiuſmodi non expeditis per ſe, vel per alium, ſeu alios eius nomine, etiam ſupplicationum ſeu ſumptorum vel trāſumptorum huiuſmodi, aut collationum eis poſtmodum de ipſis beneficiis, tanquam etiam tunc certo modo in ſupplication. expreſſo vacātibus, ordinaria vel alia quauis auctoritate factarum prætextu, apprehēdere præſumpſerint, aut per alios apprehenſam, ratam & gratam habuerint, ipſorum beneficiorum non poſſeſſores, ſed meri & nudi detentores, ac violenti, & ſine aliquo titulo in eis intruſi cenſeantur, & pro talibus habeantur, & reputentur, nec fructus ſuos faciant, ſed ad illorum reſtitutionem, vt præfertur, teneantur, & obligati exiſtant, conſtitutiones ſeu dictæ cancellariæ regulæ de annali, & * * * triennali poſſeſſore in illis locum non habeant, nec eiſdem detentoribus, & intruſis in aliquo ſuffragentur, quinimo beneficia per eos tempore ꝓmotionis ſuæ, aut eorum electionis, confirmationis, obtenta, literis ſuper diſpenſatione ea retinendi ſibi conceſſa non expeditis retinentes, aut poſſeſſionem beneficiorum literis Apoſtolicis ſuper illis non confectis apprehēdentes, ſeu per alios apprehenſam ratam & gratam habentes, beneficia ſic retenta, aut ap-

pre-

prehenſa, & omne ius, q͏̄ in illis, vel ad illa pro tempore quomodolibet habuerint, eo ipſo amittant, illiſque, & illo priuari, ac de illa de cætero obtinenda perpetuo inhabiles, nec illa vlterius, & prætextu noui tituli aut nouæ commendæ vel vnionis, ſeu alterius diſpoſitionis, etiam Apoſtolica auctoritate facta aſſequi valeant, ſed beneficia ipſa tanquam de iure, & facto vacantia aliis conferri, ſeu commendari, & per quoſuis tam ab eorum ordinariis collatoribus, quam à ſede prædicta libere impetrari poſſint, & ſi beneficia ipſa litigioſa fuerint, collitigantes in omni iure, & ad omne ius quod beneficia retinentibus, aut poſſeſſionem apprehendentibus huiuſmodi in eiſdẽ beneficiis, vel ad illa quomodolibet competebat, aut competere poterat, eo ipſo abſque aliquo iuris, aut hominis miniſterio ſurrogentur & ſurrogati eſſe cenſeantur, ac in eorum fauorem cauſa deſuper pẽdens aduocata, & lis extincta fuiſſe, & ſimiliter eſſe cenſeantur. Quodque de cætero ſupplicationes, etiam manu noſtra, & motu proprio ſignatæ, niſi habuerint clauſulam, quod eorum ſola ſignatura ſufficiat, nullam aliam quam per literarum ſuper illis cõficien. fidem aut probationem faciant, ſeu præſtent, nec vlla eis in aliquo alio caſu fides adhibeatur aut adhiberi poſſit.

[a] *Not. quod antequam petatur confirmatio, debet precedere conſenſus electi, & per qua verba debeat conſentire, vide 8. queſt. 1.*

[b] *Habet locum conſtitutio non ſolum in cathedralibus & regularibus eccleſiis, ſed etiam in qualibet electione, confirmanda, etiam in minoribus beneficijs, & hoc propter identitatem rationis Ioan. Andr. in §. cæter. cap. quam ſit. de elect. Petrus de Anch. & Domi. ibid.*

NOT.

NOT. * *Gregorius X.)* Hic Pontifex in generali Concilio Lugdunenſi, vt habetur c. auaritiæ. de elect. & elect. poteſt. in 6. ſtatuit electos ante confirmationem adminiſtrare non debere, vel per ſe vel per alios in totum, vel in parte, ſub quocunque robore, & qui cõtra fecerint, ipſius iuris æquitate priuari ab omni iure ex electione quæſito.

NOT. ** *Epiſcopali aut Archiepiſcopali.)* In hiſce dignitatibus, vt inquit Rebuffus reg. de pub. reſign. gloſſ 18. num. 35. iure priuatus eſt qui adminiſtrat ante confirmationem, nec poteſt ſe opponere ne incidat in pœnam illius c. auaritiæ. nec impetrare literas tuendæ poſſeſſionis aut manutenentiæ, quia non habet ius ſolidum ante confirmationem.

NOT. *** *Regulæ de annali & triennali.)* Quamuis poſſeſſor triennalis non debeat moleſtari in poſſeſſorio, nec in petitorio, id tamen intelligendum eſt poſſeſſione literis Apoſtolicis confirmata, alias irrita eſt poſſeſſio, & fructuum reſtitutioni obnoxia. Vide Gomes. in reg. cancel. de triennal. q. 17.

Leo Decimus in Concilio Lateranenſi.

Pluralitatis beneficiorum exercitatiſſimus abuſus extinguitur.

Cap. VI.

DISPENSATIONES ad plura [a] incompaſſibilia vltra duo niſi qualificatis iuxta formam iuris communis non concedantur, niſi ex magna & vrgenti [b] cauſa. Et perſonis cuiuſcunq; dignitatis parochiales eccleſias & earum ꝑpetuas vicarias ac dignitates maiores & principales, etiam per viam vnionis, vel commendæ ad vitam vltra quatuor obtinen. ex nũc terminum duorum annorum præfigimus, vt interim quatuor tantum ex eis retentis reliquas dimittere teneantur, & beneficia dimittenda huiuſmodi reſignari valeant in mani-

manibus ordinariorum ad effectum, vt de illis prouideatur perſonis per eos nominandis, quacunque reſeruatione etiam generali, etiam ex qualitatibus reſignantium perſonarum reſultante non obſtãte, quo elapſo termino niſi dimiſerint omnia vacare cenſeãtur, ac poſſint libere vt vacantia impetrari, taleſq; præterea retinentes pœnas extrauagantis execrabilis, recolendæ memoriæ Ioannis Papæ XXII. etiam prædeceſſoris noſtri incurrant.

[a] *De beneficijs incompatibilibus vide Ioan. Staphileũ tract. de grat. & expert. tit. de qualitate & ſtatu beneficiorum.*

[b] *Pluralitas beneficiorum tum Diuino tum Cæſareo iure damnatur. Pontificio quidem c. ſanctorum. 70. diſtinct. c. clericus. 21. q. 1. & c. 1. 89. diſt. Imperator maximè improbat quempiam habere duas militias. l. his quidem. C. qui militare non poſſunt. l. 12. & duo quidem collegia. l. 1. ff. de coll. illicit.*

Pius Quartus.

Ad beneficia quibus cura animarum iungitur, vita & morum tum doctrinæ ſplendore inſignes, prouehi debent examine præuio, ac diœceſanorum teſtium fide & depoſitione mediante.

CAP. VII.

INter multiplices curas decernimus & declaramus parochiales eccleſias & alia beneficia eccleſiaſtica curata, perſonis ſic examine præuio, & per diœceſanorum, ac teſtium fidẽ, & depoſitionẽ idoneis reptis, ac præſtito per eos iuramento, & obligatione, de apud illa certo tunc expreſſo tempore reſidendo [a] per nos collata, quæ poſtmodum per eaſdem perſonas iuramento

& ob

& obligatione huiuſmodi neglectis, etiam in eiſdem manibus noſtris, etiam ex huiuſmodi permutationis cauſa reſignata, ſeu quouis modo, etiā per iuris ceſſionem literis non expeditis dimiſſa fuerint, ac ea in quibus prout, vt præfertur, tenebantur debito tempore non reſederint, tam de iure quam de facto, vt prius videlicet adhuc eo, quo dum de illis per nos eis vt præfertur prouiſum, ſeu prouideri conceſſum exiſtit modo; eo ipſo vacare, & ſic, ac ſeu per infraſcriptam priuationem vacantia impetrari, & de illis tanquam ſedis præfatæ, etiam propter præmiſſa reſeruatis, per nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, & non alios collatores diſponi poſſe, ac collationes, & prouiſiones de huiuſmodi beneficiis tam idoneis repertis, quam aliis ex earum reſignatione, ſeu ceſſione ius habentibus perſonis, cuiuſcunque qualitatis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, etiam ſi Pontificali dignitate præfulgeant, nullius roboris vel momenti exiſtere, & viribus eneruatas, eoſque huiuſmodi beneficiis priuatos eſſe, & cenſeri debere: Ita tamen, quod propter vacationem, & priuationem prædictas eorundem beneficiorum poſſeſſores, ſeu in illis intruſi, vel ſuper illis collitigantes, aliquod ius non acquirant, nec acquiſitum ſit, ſeu eſſe cenſeatur, nec ipſi de annali, ſeu triennali, vel aliarum regularum noſtrarum beneficio gaudeant, neque illo, aut alio iuris adminiculo ſe iuuare poſſint. Et ne ipſi vlterius in ſua malitia glorientur, ſed ſi non Domini timore, ſaltem formidine pœnæ à ſimilibus abſtineant omnes & ſingulos, vt præfertur, vel alias quomodolibet gratificatos, qui de cætero, de parochialibus eccleſiis, perpetuis vicariis, & aliis beneficiis eccleſiaſticis, curatis p obitum vacan-

vacantibus,examine præuio ac diœceſanorum,& teſtium fide, & depoſitione huiuſmodi mediante, ac vltra ea quæ ſacri Canones ſanciunt, præſtito iuramento,&obligatione de eiſdem beneficiis infra certum tempus perſonaliter [b] deſeruiendis, à nobis ſibi prouideri obtinuerint, beneficia ipſa non adimpletis promiſſis,& obligationi huiuſmodi minime ſatiſfacto,in aliorum,etiam intruſorum,vel poſſeſſorum fauorem ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis huiuſmodi reſignauerint, ſeu ceſſerint, aut illa quouis modo etiam occaſione litis & moleſtiæ dimiſerint, necnon eos in quorum fauorem beneficia ipſa ſic reſignauerint, ceſſerint, & dimiſerint, illoſq; qui ad id auxilium,conſilium,vel fauorem directe vel indirecte ſcienter præſtiterint, inferiores ab Epiſcopis videlicet, ſententia maioris excommunicationis eo ipſo per contrauenientes incurrenda, à qua non niſi à nobis,aut Romano Pontifice pro tempore exiſtenti,præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui queant, auctoritate Apoſtolica, & tenore præmiſſis innodamus eoſdem excommunicatos, & ad prædicta,& alia per eos obtenta,ſiue ſecularia,ſiue regularia,quomodolibet qualificata beneficia eccleſiaſtica inhabiles, & incapaces eo ipſo eſſe,&, vt præfertur, ceſeri, [c] beneficiaque ipſa ipſo iure, & de facto vacare, & à nobis tanquam apud ſedem præfatam vacantia, & propterea diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata, & non aliis, per quoſcunque dummodo ipſis priuatis, & incapacibus conſanguinei vel affines, aut alias confidentes non ſint, quos etiam ad hoc incapaces eſſe volumus,impetrari poſſe: ſicque per quoſcunq; quauis auctoritate fungentes iudices,& perſonas etiam Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generalē auditorem,

ac palatii Apoſt.auditores ſeu locumtenentes ſubla-ta eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, diffi-niendi & interpretandi facultate & auctoritate iudi-cari,& diffiniri debere; irritum quoq;,& inane, ſi ſe-cus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, eiſdem auctori-tate & tenore ſimiliter decernimus,& declaramus.

[a] *In Concilio Lateranenſ. ſancitum fuit, vt eccleſiaſticũ miniſterium neutiquam committeretur, niſi perſonæ quæ reſideret in loco eccleſiæ.Id.Concil.Trid.ſeſſ.6.*

[b] *Perſonaliter debet præeſſe eccleſiæ paſtor, & gregi credito attendere, cum electa ſit induſtria ſuæ perſonæ, & vnius opera nõ ſit alterius opera.l.ſi non ſortem.§.lib.ff.de cond. indeb. & actus in quo eſt electa induſtria perſonæ (vt ſup.de offic.legat.) nõ poteſt per alium exequi.l.nemo. 2.ff. de duobus.verſic.fin. de offic. delegat.*

[c] *Anaſtaſius presbyter Cardinalis tit. beati Marcelli ab omnibus canonicè eſt depoſitus, eo quod parochiam ſuam per annos quinq; contra canonum inſtit. deſeruerat. Synod. Conſtant. 8.can.24.*

Paulus Quartus.

*Regreſſuum * & acceſſuum aſſentatoria facultas quæ bona Chriſti teſtantis non eccleſiæ facit, reuocatur.*

Cap. VIII.

AD Romani Pontificis auctoritatem perti-net, vt quæ per eum conſulto fiunt, ſuum plenarium conſequantur effectum, nec prætextu ignorantiæ, aut alias quomodo-libet cauillentur. Nuper ſiquidem in conſiſtorio no-ſtro ſecreto, venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardi-

Cardinalibus aſtantibus, & audientibus, decretũ fecimus tenoris ſubſequentis. Sanctiſſimus Dñs noſter attendens nonnullos ex S.R.E. Cardinalibus, qui ex decreto fœl. recor. Pauli Papæ III. ſanctitatis ſuæ prædeceſſoris, vltra eccleſiam tituli, ſeu denominationis ſuæ vni tantum eccleſiæ cathedrali præeſſe, aut eam in adminiſtrationem obtinere permittuntur ad plures cathedrales, [a] etiam metropolitanas, & Patriarchales eccleſias regreſſum, ſeu acceſſum in diuerſos euentus ſibi Apoſtolica auctoritate cõcedi obtinuiſſe, & indies obtinere, ad hoc vt regreſſu, ſeu acceſſu huiuſmodi effectum ſortiente, regimini, & adminiſtrationi ipſarum eccleſiarum, ſeu earum regiminis, & adminiſtrationis poſſeſſionem, ſeu quaſi non habita, iuri & facultati regrediendi, ſeu accedendi huiuſmodi in fauorem perſonarum eis gratarum, & acceptarum ad eorum libitum cedere poſſint, in ordinis eccleſiaſtici confuſionem, & dicti decreti eneruationem, atque eccleſiarum, quæ interdum perſonam magis vtilem & idoneam requirunt, læſionẽ, ac Chriſtifidelium ſcandalum non modicum. Et propterea volens, quantum cum Deo poteſt, præmiſſis ſalubriter occurrere, ſtatuit, decreuit, & ordinauit, quod de cętero perpetuis futuris temporibus alicui Cardinali non niſi vnus regreſſus, ſeu acceſſus, ad Patriarchalem, ſeu metropolitanam, vel aliam cathedralem eccleſiam concedi poſſit. Et qui ex eiſdem Cardinalibus ad præſens regreſſum, ſeu acceſſum ad plures cathedrales eccleſias habent, ſi pręſentes in curia exiſtunt, infra quindecim dies, ſi verò extra eam in Italia degunt, infra vnum, reliqui verò in Gallia, Germania, aut Hiſpania commorãtes, infra duos menſes ꝓxime

G 2 futu-

ſuturos vnam eccleſiam cathedralem, ad quam vigore regreſſus, ſeu acceſſus ſibi ad illam conceſſi, in illius euentum regredi ſeu accedere malint eligere, & nominare, electionemque, & nominationem huiuſmodi manu propria ſubſcriptam, & ſigillo ſuo munitam Seneſcallo, ſeu cuſtodi Cancellariæ Apoſtolicæ, per eum in quinterno ipſius Cancellarię de verbo ad verbum deſcribendam tranſmittere, ac poſtquam regreſſui, ſeu acceſſui prędicto locus fuerit, infra vnū menſem ex tunc computandum, ſi alteri eccleſiæ cathedrali præfuerint, aut aliam eccleſiam cathedralem in adminiſtrationem obtinuerint, eam vel aliam ad quam regreſſum ſeu acceſſum habuerint in manibus Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, abſq; vlteriori ſibi deſuper cōcedendo regreſſu, vel acceſſu, ne hæreditariam [b] poſſeſſionem ipſius eccleſiæ vſurpare velle videātur, realiter & cum effectu dimittere omnino debeant, quod ſi non dimiſerint, ambæ eccleſiæ eo ipſo vacent, & vtrique earum de præſule idoneo per ipſum Romanum Pontificem prouideri poſſit. Reuocās, caſſans, & annullans ex nunc omnes & ſingulos regreſſus, & acceſſus ipſis Cardinalibus ad quamcunque, præterquam per eos, vt præfertur, eligendam & nominandam cathedralem eccleſiam, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis efficaciſſimis, etiam motus proprii, & certæ ſcientiæ, ac plenitudinis poteſtatis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis quomodolibet conceſſis, ac decernens ex nunc irritum & inane quicquid illorum prætextu contra præmiſſa ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et licet decretum ipſum per infraſcriptum Secretarium noſtrum eiſdem Cardinalibus alta & intelligibili voce in dicto conſiſtorio

lectum

lectum & publicatum fuerit, quia tamen poſtmodum recognouimus per illud incōuenientibus, quæ occaſione regreſſum, * & acceſſum huiuſmodi contingunt, præſertim in eo, quod facultatem tribuunt poſſeſſionum, ſeu quaſi regiminis & adminiſtrationis eccleſiarum ſub ipſis regreſſibus, ſeu acceſſibus cōprehenſarum propria auctoritate apprehendendi plene prouiſum non eſſe, cum ſæpius poſſeſſionem huiuſmodi etiam inſcio Romano Pontifice, ad quem eccleſiarum omnium vniuerſalis pertinet cura, apprehendant. Nos inconuenientibus prædictis occurrere, & decretum noſtrum, quo ad hoc ampliare volētes ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, ꝙ nullus Cardinalis de cætero vigore cuiuſuis regreſſus, ſeu acceſſus ei ad quamcunq; cathedralē, ſeu metropolitanam, vel Patriarchalem eccleſiam quomodolibet conceſſi, etiam ſi id ſibi ex tenore ipſius regreſſus, ſeu acceſſus libere permittatur, poſſeſſionem, ſeu quaſi regiminis, & adminiſtrationis eiuſdem eccleſiæ abſque expreſſa noſtra, ſeu pro tempore exiſtentis Romani Pontificis licentia in ſcriptis obtenta, apprehendere præſumat.

[a] *Duplici vitio hac in re peccatur. Eſt pluralitas Epiſcopatuū, & beneficiorū. Tum earundem cum regreſſu & acceſſu cōmendatio. Iubet ergo Pōtifex vtriq; corruptelæ occurrens, ne quis pluribus occupetur beneficijs, vigore huius facultatis regreſſuum. Cum aliquando cautum fuiſſet, vt ad ſex (ad ſummum) menſes eccleſiæ commendaretur, inita eſt ratio, vt eſſent commendæ, quas vacant, perpetuæ, maxime earum eccleſiarū, quas, ſi canones exacte obſeruarentur, ne poſſent quidem adminiſtrare ij quibus commendantur.*

[b] *c. ad Apoſtolicam. 8. q. 1. c. ex tranſmiſſa. cap. ad extirpandas*

ſucceſſiones.de fil. presbyterorum. c. conſuluit. de iure patronatus.cap.ad hæc.de decim.Concil.Roman.incip.Hilarij.c.5.

* *Regreſſuum & acceſſuum.)* Decreto ſacroſanctæ Synodi Tridentinæ extinguitur abuſus regreſſuum & acceſſuum,nullis exceptis quouis honore fulgentibus, ne coadiutoria poſthac permittantur. Quod ſi quando Eccleſiæ cathedralis aut monaſterii vrgens neceſſitas aut euidens vtilitas poſtulet prælato dari coadiutorem,is nõ alias cum futura ſucceſſione detur, quam hæc cauſa prius diligenter à ſummo Pontifice examinata fuerit,alias conceſſio ſurreptitia & falſa iudicetur. Concil. Triden. ſeſſion.25.cap.7.

Pius Quartus.

Beneficia in confidentiam,hoc eſt,certa ſimoniacæ prauitatis ſpecie collata quibuſdam aut ipſo iure incapacibus, vel nondum adhuc natis, vacant,eorumque diſpoſitio ſedi Apoſtolicæ reſeruatur.

Cap. IX.

OMnes & ſingulas eccleſias, etiam metropolitanas, & alias cathedrales, ac monaſteria, etiam conſiſtorialia prioratus, præpoſituras, præpoſitatus, dignitates etiã maiores, & principales, etiam cõuentuales, perſonatus, adminiſtrationes, & officia, cæteraque beneficia eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſecularia, & quorumuis ordinum, regularia, etiam de iure patronatus, etiam laicorum, etiam nobilium, & illuſtrium, etiam ex fundatione, & donatione exiſtentia per eiuſdem Romanæ Eccleſiæ etiam Epiſcopos, Cardinales, & quoſcunque alios, etiam Patriarchas, Archiepiſcopos,

pos, & alios Epiſcopos, ac etiam eiuſdem Cameræ clericos, in titulum, commẽdam, vel adminiſtrationem, aut alias, confidentiam, [a] iure prohibitam, cuiuſuis perſonæ, vt præfertur, contemplatione vel intuitu, quouis modo recepta, illorum liberam collationem, & diſpoſitionem nobis & ſedi Apoſtolicæ harum ſerie reſeruantes, ipſo iure à die receptionis eorundem vacauiſſe, & vacare, ac fructuum, & penſionum reſeruatione, ac facultates transferendi, & collationis beneficiorum conceſſiones, eis vt præmittitur factas, ac regreſſus, ſiue acceſſus, & ingreſſus conceſſos huiuſmodi ceſſaſſe, & ceſſare, ac extinctos eſſe. Et eoſdem Cardinales, ſeu quoſuis alios, à prima die receptionis beneficiorum huiuſmodi, citra fructus, reditus, & prouentus earundem eccleſiarum, monaſteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum, ac pẽſiones prædictas indebitè percipere, ſuoſque [b] facere non potuiſſe, neque debuiſſe, ſed illos omnes, & ſingulos ad Cameram eandem deuolutos fuiſſe, & eſſe, illique deberi, ac ipſos Cardinales, & alios, ad quorum manus quomodolibet peruenerũt, & eorum hæredes ad integram illorum reſtitutionẽ in vtroq; foro teneri, & ad id oportunis iuris remediis compelli debere auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium decernimus, & declaramus. Et inſuper vniuerſis & ſingulis tam eiuſdem Ro. Eccleſiæ Cardinalibus, etiam Epiſcopis, quã Prælatis, & clericis, & aliis prædictis, præſentibus & futuris, ne deinceps vllo vnquam tempore aliquas eccleſias, monaſteria, dignitates, vel alia beneficia, etiam de dicto iure patronatus vti præfertur exiſtentia, aut fructus, vel pẽſiones aut regreſſus, ſeu exceſſus in confidentiam prædictam, aũt ad effectum reſeruationũ huiuſmodi

 ſibi

ſibi poſtmodum cedentibus procurandum, recipere præſumant, Cardinalibus videlicet & aliis Prælatis huiuſmodi, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interdicti ingreſſus eccleſiæ, reliquis verò ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ pœna, per contrafacientes eo ipſo incurrenda, à qua niſi à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui nequeant, diſtrictius inhibemus.

[a] *Collationes beneficiorũ fiduciariæ iure abrogatæ ſunt, cum ipſa beneficia nõ debeãt cõferri ſanguineis aut fauore illicito, nec ſint hæreditaria. Lex tamẽ hæc ſancta & pia illuditur varijs modis. Nã creditur cura beneficij cuipiã, qui nihil ex beneficio præter nomen & labores demetit, interea decoquitur res Chriſti & pauperum. Vide conſ. delectorum Cardinal. ad Paulum III. in tom. 4. Concil.*

[b] *Non confirmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit.*

Pius Quintus.

Cauſæ beneficiorum in confidentiam collatorum, ſedi Apoſtolicæ diſcutiendæ reſeruantur.

Cap. X.

AD aures noſtras non ſine animi noſtri diſplicentia peruenit, vt nonnulli ſacros canones paruipendentes non vereantur in animarum ſuarum perniciem Eccleſias etiam cathedrales, & metropolitanas, monaſteria, prioratus, & alia beneficia ſecularia, & regularia, in confidentiam, quam ſimoniacam prauitatem ſapere

ſapere non ignorant, acceptare, & retinere, ſeu illa in vim regreſſuum,[a] ſiue acceſſuũ, & ingreſſuum ſic, eis conceſſorũ, & effectum, vt aiunt, fortiorẽ cõſequi & habere velle. Nos, qui poſt noſtram ad ſummi Apoſtolatus apicem diuina fauẽte clementia aſſumptionem inter alias nobis imminentes curas hoc præcipue, & maxime cordi habuimus, prout habemus, huiuſmodi confidentias de medio tollere, & in ſua pertinacia circa huiuſmodi Eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum detentionem, ſeu aſſecutionem, perſiſtentes niſi reſipiſcant debitis nobis viſis pœnis plectere, ac vnicuiq; ꝓut ex noſtro vniuerſali, & paſtorali officio tenemur, in his iuſtitiam miniſtrare, & ne abuſus, vel potius delictum huiuſmodi vlterius fidelium animas illaqueatas tenendo progrediatur, omni debito, & celeri remedio prouidere volentes: Motu ſimili, &c. ac ex noſtra certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine præmiſſorum omnium cognitionem, & literarum prædictarũ executionem nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonice intrantibus reſeruantes. Prout harum ſerie reſeruamus, omnes & ſingulas cõfidentiarum huiuſmodi contra quoſcunque etiam eiuſdem S.R.E. Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios quoſcunque coram quibuſcunque iudicibus, etiam ad hoc ſpecialiter delegatis, etiam ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum auditoribus, ac S.R.E. Cardinalibus motas, & pendentes, in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus reperiuntur, ac etiam alias quaſcunque ſimilium confidentiarum cauſas contra ſupradictos, & alios quoſcunque de cętero mouendas, ſeu ad nos quomodolibet deferendas per nos ſummarie, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura

 iudi-

iudicii ſola facti veritate inſpecta, etiam per viam inquiſitionis, ſeu ex noſtro officio, aut alias nobis expedire videbitur procedendo, audiendas, cognoſcendas, decidendas, ſineque debito terminandas, & totaliter exequendas ad nos auocamus, deciſionique, & terminationi per nos ſuper illis faciendæ appellatione quacunque etiam alias de iure admiſſibili reiecta, & poſtpoſita ſtandum, ac acquieſcendum, & omnino parendum, & obediendum fore ſtatuimus, & ordinamus, ſicque mentis, & voluntatis noſtræ incommutabilis eſſe dicimus, decernimus, & declaramus. Certificantes prout certificamus, & atteſtamur omnibus, & ſingulis ſupradictis in ipſis cauſis eos in eorum prætenſis iuribus, & aliis, quæ coram nobis dicere & allegare, ſeu prætendere voluerint audiendo, iuſtitiam, vt par eſt, nos miniſtrare paratos exiſtere.

[a] *Meræ ſunt huiuſmodi beneficiorum reſignationes ſimoniæ, quæ primo cum regreſſu addunt reſeruationem fructuum, addunt reſeruationem collationis beneficiorum. Inſuper cumulant reſeruationem adminiſtrationis, faciuntque hoc pacto Epiſcopum qui nullum ius habet Epiſcopi, alterum verò, cui iura omnia Epiſcopi competant, non tamen Epiſcopum. Hanc corruptelam ſacris canonibus damnatam, œconomiæ canonicæ author. claſ. 2. de beneficijs. ex multorum V. I. Doctorum ſententijs ſuis coloribus depinxit.*

Idem.

Retinentium beneficia in confidentiam detegitur abuſus, & extinguitur pœna ſancita metu.

C A P.

Cap. XI.

FREQVENTIBVS plurium querelis pridem concitati, quod iudices in cauſis confidentiarum expediendis remiſſiores eſſent, omnes & ſingulas cauſas ipſas vbicũque, & inter quoſcunque motas ad nos aduocauiſſemus, ac omnimodã huiuſmodi cauſarum præſentiũ, & futurarũ, rerumq; omnium ex ipſis reſultantium cognitionem nobis & ſucceſſoribus noſtris reſeruauiſſemus, & ſuper quibuſdam corã nobis proceſſum fuiſſet, variis inde, nec leuibus coniecturis intelleximus, vitiũ quidem confidentiæ occultè irrepſiſſe, ſed pleriſq; cauſis præſumptiones, & coniecturas, quæ ad illud probandum deducuntur, minime ſufficere, eiuſq; rei cauſa plurimos, qui ante literarum prædictarum editionem huiuſmodi confidentias exercebant, vbi cognouerunt obſtructã veritatem propter difficultates probandi in iudiciis confidentias ipſas contempta conſtitutione prædicta, eccleſias, monaſteria, & beneficia ſic recepta, vt prius retinere, alios fructus, penſiones, & alias res accipere, alias eorum exemplo ad ſimilia & grauiora fidentius commoueri. [a] Multi enim ipſa beneficia iure retinere nequeũtes, alii ne cogantur ad ſacros ordines, ad reſidentiã, ad incedendum in habitu clericali, vt ad bellum proficiſcantur, vt inimicos occidant, alii vt alieno nomine lites agant, aut defendant, alii propter crimina incapaces, quidam vt purgato delicto, vel abſolutione conſecuta illa repetant, eadem in alios deponunt, & in pleriſque fructus ipſorum aut eis miniſtrantur, aut quibus ipſi ſtatuunt, ſæpe laicis, & inhabilibus, plerique vel ſenes, vel infirmi, vt beneficia in domibus ſuis perpetuent, illa renunciarunt & renunciant in alios,

in alios, qui vel profanam familiam cedentiũ de fructibus accleſiaſticis alant, vel illa etiamnum infantibus,[b] aut naſcituris aſſeruent, facto interdum circuitu retroceſſionis, cum reſeruatione fructuum, & aliarum rerum, aut acceſſu, præſertim ab illis qui præſtandorum iurium Cameræ Apoſt. ſunt immunes alii, aut incapaces, aut aliis beneficiis eccleſiaſticis onuſti, aut eccleſiaſtico ordini ſeſe mãcipare refugiẽtes, aut mere laici beneficia eccleſiaſtica aliis conferenda procurant, vt de illis poſtmodum ad libitum ſuum diſponatur, fructus etiam percipiẽtes illorum. Ad hæc pleriq; ordinarii, & alii collatores, ac etiam patroni laici curant deponẽda beneficia, vt fructus, ſeu penſiones capiant eorundem, aliiſue faciant miniſtrari. Alia item permulta eiuſcemodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarũ puritas impie violatur, diſciplinę eccleſiaſticę neruus dirumpitur, & imminens patratur exitium animarum. Quare nos volentes periculoſam talium audaciã noui iuris ſubſidio cohibere, præſentiũ auctoritate ſtatuimus, vt ſi quis quacunq; auctoritate eccleſiam, vel monaſterium, aut aliud beneficium eccleſiaſticum qualecunq; ex reſignatione, vel ceſſione cuiuſcunq; pſonæ ſimpliciter, aut cum circuitu retroceſſionis, cum regreſſu, vel acceſſu, ẽt ſola mittentis intentione receperit, vt illa vel illud ẽt in euentum regreſſus, vel acceſſus, eidem dimittenti vel alteri poſtea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alii vel aliis cõcedãtur, vel penſiones ſoluantur, ex eiſdem hęc confidentia cenſeatur. Itidem ſi ordinarius, vel alius collator cõtulerit antehac, aut conferat in futurum beneficium eccleſiaſticum quouis modo vacans, ea cõditione tacita, vel expreſſa, vt poſtea in alterum pro arbi-

arbitrio collatoris,ſeu alterius cuiuſcunq; contra iuris cõmunis ordinatioñe diſponatur,ſiue vt de eo ꝓuiſus, fructus illius, vel partem ad vtilitaté vel libitũ conferentis vel decedentis,aut alterius relinquat,& remittat,ſeu penſioné illi vel illis,quem vel quos idé collator, aut cedés, vel alius per ſe vel alium ſcripto, aut verbo iuſſerit ſeu ſignificauerit, pſoluat, & pariter ſi à patrono ét laico,vel alteri præſentatori,ſeu electori contigerit,aut cõtingat id fieri. Ad hæc ſi clericus prædictę Camerę,aut Cardinalis,aut alius à ſolutione iurium ipſius Camerę,vel etiam Cancellarię Apoſtolicę exemptus,poſt reſignatioñe vel ceſſioné alicuius extranei,de eccleſia,monaſterio,vel alio beneficio eccleſiaſtico in ſe, Apoſtolica vel alia auctoritate factam & admiſſam, illam vel illud ét confectis literis Apoſtolicis,&poſſeſſione apprehenſa,in eundem reſignantem vel cedenté, modico ſpatio interiecto,veluti duorum aut trium menſium retroceſſerit, aut retrocedat in futurum, & ex illa retroceſſione fructus eccleſiæ, ſeu monaſterii, aut beneficii,vel eorũ pars, ſeu penſio, ſeu quid aliud ſuper illis reſeruatum,aut regreſſus, ſeu acceſſus, & ingreſſus ad illã vel illud,ipſi clerico, vel Cardinali, aut alii exempto ſit fueritue conceſſus. Poſtremo ſi quis crimine aliquo abſolutus,aut cum quo ſup irregularitate diſpéſatum eſt, denuo receperit quacunq; auctoritate eccleſiã, monaſteriũ, vel aliud beneficiũ eccleſiaſticũ, ꝙ ante, vel poſt cõmiſſum delictum,aut contractam irregularitaté dimiſerit, in quibus horũ caſuum cõfidentiæ prauitas ſit contracta, caſuſq; huiuſmodi literis prędictis comprehendatur,ac ſi illis ſpeciatim expreſſi fuiſſent, licet ipſum confidentię crimen alterius tantum partis conſcientia ſit admiſſum.

Ho,

[a] *Hos abuſus iam ſuis temporibus ſoboleſcere conqueritur Gregorius Nazianzenus in ſuo Apologetico ex praua beneficiorum collatione.*

[b] *Hic malorũ vberrima ſeges, dũ quæ viris ætate & moribus grauibus debẽtur, pueris cõcedũtur, ꝙ quidẽ ſummo ludibrio vertitur ordinis clericalis. Qui verò ita promouẽtur, multis vulneribus ſauciã habent animam, nec vllo clypeo rationum poterunt ſe excuſare, nec audiendi. c. 1. & c. inter dilectos. de dona. c. cum ſuper quæſtione. de conceſſ. præbend. c. ſicut. de teſtibus. c. nemini. 15. q. 3. c. non ſanè. 14. q. 5. l. cum profitearis. C. de reuocand. donat. l. tranſactione finita. de tranſact. eod. l. b. l. ſi ſeruus plur. ff. de leg. 1. & l. 2. ff. de condit. ob turpem cauſ. Vtinam iſti tam perperam conferentes beneficia reminiſcerẽtur dicti illius Euangelici, Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ. Matth. 25.*

Idem.

Confidentiarum caſus, coniecturæ, & præſumptiones legitimæ, ad in talium abuſum reos pronuntiandam ſententiam.

Cap. XII.

AD probandum planè confidentiarum abuſum inter alias etiam hæ præſumptiones, & coniecturæ habeantur legitimè, videlicet, Si quis poſt ceſſam ab ſe eccleſiam, vel monaſterium, aut beneficium, & publicam reſignationem, ſeu ceſſionem, captamque à ſucceſſore poſſeſſionem ſeſe in illa, vel illo, ſeu rebus illius, per ſe vel alium, ſeu alios de facto ingeſſerit, aut fructus perceperit, aut quicunq; ſucceſſor illi, vel eius propinquis ipſos, aut partem aliquam remiſerit eorundem, ſi re-

ſi recipiens beneficium conſtituerit dimittētem vel eius parentes, aut propinquos procuratores ad percipiendum, vel locandum fructibus perceptis, aut pcipiendis donationem fecerit. Si vel ſola procuratoris depoſitione, vel libris rationalibus menſariorum ex parte dimittentis, expeditio quæ perſonam recipientis concernit, proſecuta ſit, ſimulq; expenſæ pro ea neceſſariæ ab illo factæ fuerint. Denique ſi quis pro conceſſione alicui facta, quacunque auctoritate de beneficio eccleſiaſtico per ſe, vel alium, ſeu alios interceſſerit, vel alias in negotio cōceſſionis ſeſe immiſcuerit quoquo modo, deinde aliquid de fructib9 talis beneficii de facto, etiam per manus profeſſoris, ac etiam ſimplicis donationis titulo perceperit, ſeu de illo poſtmodum ad voluntatem interceſſoris fuerit diſpoſitum quandocunque. Teſtes autem de quaque re ſingulares ſingulas probare [a] valeant pręſumptiones, & coniecturas, pluresq; huiuſmodi pręſumptiones, & coniecturæ plenam probationem faciant in prædictis. Cæterum criminoſi, & cæteri omnes, qui ad perhibendum in caſibus ſimoniæ teſtimoniū recipi poſſunt, ad prædicta omnia admittãtur.

[a] *Singulare teſtimonium valere & prodeſſe iubet Pontifex, ad probandos confidentiarum abuſus, et ſi teſtes ſingulares regulariter non probent. c. nihilominus. & ibi. gl. 3. q. 9. & in c. tam literis. de teſt. Anchar. in conſi. 276. Hippolyt. in practic. in §. diligenter. Felin. in c. licet. de teſt. Corn. in conſ. 286. vol. 3. Alexand. conſ. 3. vol. 1. Iaſ. in repet. l. admonendi. ff. de iureiur.*

Idem.

Confidentiæ criminis rei, arcentur ab omni dignitatis & beneficii eccleſiaſtici iure, & excōmunicationis ſententia vinciuntur.

CAP.

Cap. XIII.

NE quis vana fiducia fretus non intendendi contra ſe iudicii in crimine confidentiæ beneficiorum perſeueret, vtq; hoc malum grauioris cēſuræ ſtimulo vſquequaq; prohibeatur, omnes & ſingulos, qui hucvſque eccleſias, monaſteria, beneficia, fructus, penſiones, aliaſue res, intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt, ac retinent, niſi ſtatim ad ſe reuerſi, & reſipiſcentes celeri dimiſſione ſibi ꝓſpexerint, & quicquid tale admiſerint in futurum, etiam omnibus & ſingulis aliis eccleſiis, monaſteriis, dignitatibus, adminiſtrationibus, officiis, & beneficiis obtentis, quæ pariter ſub dicta reſeruatione comprehendi volumus, necnon fructibus, penſionibus, & aliis rebus eccleſiaſticis, ac etiam Romanæ Curiæ, & aliis officiis temporalibus præſentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles decernimus, & in iuris ſubſidium excommunicationis ſententia innodamus, à qua nullus, niſi in mortis articulo conſtitutus, ab alio quam à Romano Pontifice, abſolutionis beneficium valeat obtinere. Nos enim aduocatione cauſarum huiuſmodi, & reſeruatione cognitionis illarum rerumque omnium inde emergentium, nobis, & prædictis ſucceſſoribus vt prædictum eſt facta, cauſis illis duntaxat exceptis, quæ iam coram nobis pendere noſcuntur, ac etiam iis quas ratione eccleſiarū, & monaſteriorum, quorum diſpoſitio in conſiſtorio fieri conſueuit, aut debet, itemque contra ordinarios, collatores, Epiſcopos, & alios ſuperiores prælatos, etiam Cardinales haberi cōtigerit, vti iam aliis noſtris literis ſtatutum eſt audiendis, decidendis, & terminandis, harum ſerie prorſus relaxata, decernimus: ita deinceps quoſcunque

cunque iudices ordinarios & delegatos, etiam cauſarum palatii Apoſtolici auditores, ac prædictę Romanæ eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & ipſorum quicunque quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, interpretari, & diffiniri debere, necnon irritum & inane quicquid ſecus in prędictis per quoſcunque, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, cõtigerit attentari. Quocirca omnibus locorum ordinariis diſtrictius iniungimus, vt in ſuis quiſque eccleſiæ, ciuitatibus, diœceſibus, & locis etiam exemptis, ad prædicta ſtudiosè attendant, & quatenus illis relaxauimus, in delinquentes ſeuerè animaduertant, ſi diuinæ maieſtatis iudicium, dictæque ſedis cenſuram voluerint euitare. In cæteris verò cauſis & negotiis (nobis & prædictis ſucceſſoribus exceptis) eoſdem locorum ordinarios præſentium auctoritate delegamus, vt gratia, & fauore poſtpoſitis, pro ſe quiſque, cum venerit vſus, contra prædictos omnes ſub ipſa exceptione cõprehenſos diligenter inquirant, ſuoque inquiſitiones omnes ſigillo obſignatas; ad prædictam ſedem quamprimum transferant, vt nos & prædicti ſucceſſores in cauſis huiuſmodi procedentes, quod iuſtum fuerit, decernamus.

Idem.

Coadiutoriæ tolluntur, prohibeturq; ne his expeditiones Cameræ Apoſtolicæ ſuffragentur.

Cap. XIIII.

ROMANI Pontificis prouidentia circumſpecta nonnunquam geſta per prædeceſſores ſuos rationabilibus & honeſtis ſuaden-

tibus cauſis moderatur & reuocat, put id eccleſiarũ indẽnitati conſpicit in dño expedire. Hinc eſt, ꝙ nos volentes omnem hæreditariam [a] beneficiorum eccleſiaſticorum ſucceſſionem de eccleſia Dei tollere, ac libertati beneficiorum huiuſmodi prouidere, & vt de perſona magis vtili & idonea, prout requiritur, facilius prouidere valeat, omnes & ſingulos regreſſus, acceſſus, etiam euentuales, aut pœnales, ac coadiutorias etiam de conſenſu, aut alias quomodolibet ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis efficaciſſimis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, clauſulis irritantibus, & aliis decretis quomodolibet per quoſuis Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ad beneficia eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, ſecularia, & quorumuis ordinum regularia, etiam ſi ſecularia, canonicatus, & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in cathedralibus, ẽt metropolitanis aut collegiatis eccleſiis & dignitates ipſæ in cathedralibus etiam metropolitanis poſt pontificales maiores, ſeu collegiatis eccleſiis huiuſmodi principales, regularia verò beneficia huiuſmodi, monaſteria etiam conſiſtoralia, prioratus, prępoſiturę, dignitates etiam conuentuales, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia ẽt clauſtralia, ac hoſpitalia, præceptorias etiam hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, etiam quarumuis aliarum militiarum quibuſuis perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali dignitate, aut Cardinalatus honore pollentibus conceſſos, ſuper quibus literæ Apoſtolicæ integraliter hactenus expeditæ non fuerunt, etiamſi in plumbaria no-

ria noſtra aut penes ſummatorem noſtrum reperiã-tur. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reuocamus, caſſamus, abolemus. Mandantes dilectis filiis noſtris Vicecancellario, & dicto Summatori, cæteriſq; officialibus tam Cancellariæ Apoſtolicæ, quam Cameræ noſtræ ad quos ſpectat, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna, ne in futurum ſuper dictis gratiis, acceſſus, regreſſus, & ingreſſus, necnon coadiutoriarum, literas expediant aut relaxent. Romæ prid. Id. Septemb. 1571.

[a] *Ne in poſterum nepotentur beneficia, abuſus regreſſuum & acceſſuum tollit ante ſummum Pontificem Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reformat. c. 7. Cuius decreti æquitas etiam iure Cæſareo firmatur. Iuſtinianus ſiquidem noluit eum Epiſcopum fieri, qui filios aut nepotes etiam legitimos haberet. Authent. quomodo oporteat Epiſ. &c. §. ſancimus igitur.*

Paulus Tertius.

Beneficiorum impetrationes vacantium vera rei totius narratione expediri debent, ne inualida ac irrita habeantur.

Cap. XV.

ATTENDENTES malitiis hominum non eſſe indulgendum, ſed potius obuiandum, volumus quod de cætero impetrantes beneficia [a] eccleſiaſtica cuiuſcunque qualitatis per priuationem & amotionem vel alias propter commiſſa, exceſſus, & crimina vacantia vel vacatura in ſupplicatione deſuper porrecta

exceſſus & crimina ipſa ac eorum qualitates necnõ modos, & cauſas tales, ex quibus de iure priuatio incurſa aut facienda cenſeatur, & ſimiliter impetrantes etiam per modum deuolutionis beneficia, tanquam certo modo vacantia, & ab aliis etiam non ſenio confectis nec infirmitate aut impedimento detentis tanquam nullo ſeu minus canonico titulo poſſeſſa modum vacationis illorum in ſupplicatione deſuper porrecta ſpecificè & determinatè ac diſpoſitiuè exprimere teneantur, & antequam decretum citationis à iudice, cur cauſa commiſſa fuerit per ſe vel procuratorem eorum petant coram eo iuramẽtum, quod credunt ea, quæ ſic expreſſerunt, vera eſſe, & poſſe ea probare, corporaliter præſtare, & deinde exceſſus, & crimina aut modum vacationis huiuſmodi proponere, & deducere, & intra octo dies obſeruationem termini ad articulandum, per eum vel per procuratorem ſuum, ſuo ordine & loco; ita quod ſi ipſe terminus ſic nõ ſeruetur, dicti octo dies, poſt obſeruationem termini, ſecundo loco ſeruati, quicunque is fuerit, cucurriſſe cenſeatur, factam immediate ſequentes probare necnon ex tunc infra annum ſimiliter à die impetrationis eorum computandum, cauſam contra eoſdem poſſeſſores, vſq; ad diffinitiuæ ſententiæ prolationem incluſiuè proſequi debeant, & teneantur.

Quodque impetrationes de beneficio tanquam per priuationem, & amotionem, vel alias propter commiſſa exceſſus, & crimina vacantibus, vel vacaturis, abſq; cauſæ ſeu cauſarum priuationis, & amotionis, aut exceſſuum, & criminum vacationem huiuſmodi cauſantium, necnon tanquam de certo modo vacantibus, etiam per modum deuolutionis, abſ-

que

que modi vacationis ſpecifica expreſſione, etiã prætextu quarumcunque clauſularum quomodolibet implicitarum, & quantumcunque prægnantium, etiam quod cauſæ, & exceſſus, ac crimina, necnon modi vacationum huiuſmodi in literis pro expreſſis habeantur, vel etiam diſpoſitiuè exprimi poſſint diſponentium in ſupplicationibus inſertarum eiſdem impetrantibus nullatenus ſuffragentur, & quæcunque ſurrogationes per ipſos impetrantes de beneficiis, quæ etiam cum huiuſmodi expreſſione impetrauerint, tanquam litigioſis, in iure, vel ad ius eorũ quos huiuſmodi exceſſus, & crimina perpetraſſe, aut quorum beneficia per deuolutionem, aut alias, certo modo vacaſſe narrauerint, à ſede Apoſtolica, vel legatis eius quomodolibet impetrandę, ſeu etiam motu proprio concedendæ, niſi quod impetrantes exceſſus, & crimina, aut modum vacationis huiuſmodi intra dictos dies obſeruationẽ dicti termini ad articulandum factã, quo ad excludendos poſt dictos dies ipſos impetrantes approbatione exceſſuũ, ſeu criminũ, aut modi vacationis prædictorũ nihil operari volumus contra poſſeſſores beneficiorum, quæ impetrauerint, probauerint, etiam ſi alia exceſſus, & crimina, priuatione: aut priuationis declaratione digna, etiam ante lapſum dictorum octo dierum probauerint, nullius ſint roboris vel momenti.

Quodque ſurrogationes huiuſmodi, ſi ij contra quos huiuſmodi, impetrationes fient, in itinere propter id ſuſcepto, quod poſt executionem citationis, etiam per edictum factæ, etiam ſi de dictorum citatorum notitia aliter non apparuerit, propterea attentatum præſumatur, defuncti fuerunt etiam ſi ſenes, aut valetudinarii, ſeu impediti, vt pręfertur, non

 exti-

extiterint, aut etiam ij, contra quos huiuſmodi impetrationes fient, morte violenta deceſſerint licet nullum penitus argumentum, aut nulla coniectura habita fuerit, quod collitigans id fecerit, aut de tali morte culpabilis, ſeu conſcius fuerit, locum non habeant. Et ſi poſt lapſum dicti anni vel etiam eo duráte, & iſtis octo diebus poſt dicti termini ad articulandum, abſq; probatione prædictorum exceſſuum ſeu criminum aut modi vacationis per ipſos impetrantes, [b] vel eorum procuratores obſeruationem ipſis contingat poſſeſſores dictorum beneficiorum, ſeu aliquos ex eis decedere, aut eorum beneficia ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis, aut alias quomodolibet, in Romana Curia, vel extra eam, vacare non cenſeantur, propterea beneficia ipſa litigioſa, de huiuſmodi beneficiis ſic vacantibus prouideri, & alias liberè diſponi poſſit in omnibus & per omnia, ac ſi contra dictos poſſeſſores aliqualis modo præmiſſo mora non fuiſſet. Et nihilominus impetrantes prędicti ad ambita beneficia huiuſmodi obtinenda cenſeantur perpetuo inhabiles, necnon vexatæ parti omnia damna, intereſſe, & expenſas perſoluere teneantur, ac omnibus & ſingulis beneficiis eccleſiaſticis, per eoſdem impetrantes obtẽtis, ſe triennio ſuſpenſos inuenerint. Quibus, ſi ſe in eis propria temeritate iniecerint, ipſo iure priuati ſint, ac calumnioſè de periurio, iuxta canonicas ſanctiones, puniantur. Decernens nouas prouiſiones ſuper impetrationibus prædictis pro tempore, etiam antequam dicti octo dies elapſi fuerint, iis in quorum fauorem emanauerint, in fraudem huiuſmodi conſtitutionis non ſuffragari. Et ſi iis qui impetrationes modo prædicto fecerint, beneficia ſic impetrata reſignauerint, quãdocun-

docunque id fecerint illis, quibus de beneficiis huiuſmodi per reſignationem de eis factam & admiſſam prouiſum fuerit præſenti conſtitutioni ſubiacere,& in eodem ſtatu in quo dictus reſignans tempore huiuſmodi reſignationis erat, quo ad hoc cenſeri & eſſe.

[a] *Beneficij impetratio canonica, & quæ ab omni obreptione & ſurreptione aliena eſt, exprimit qualitatem vacationis, vt ſi vacat per obitum vel per reſignationem: gloſſ. in Clem. 1. in verbo, quamuis. de præben. Ioan. And. & Gemin. in c. ſuſceptum. de reſcrip. in 6. Lapus alleg. 6. col. 2. Felin. in c. in noſtra. num. 37. de reſcript. Rot. deciſ. 24. de reſcript. in nouis. Ioan. de Seluâ. tract. de benefic. parte 3. q. 11. 20.*

[b] *Obſeruationes quaſdam in beneficiorum impetratione diligentiſſime examinauit Menochius in lib. 2. de arbit. iud. centu. 3. caſ. 201.*

TIT. XI.

*De * reſeruationibus.*

Paulus II.

Beneficia ſedi Apoſtolicæ reſeruata quouis modo vacantia & vacatura, ſemper manent affecta, & ſummi Pontificis diſpoſitioni ſubdita.

CAP. I.

CVM nonnulli Romani [a] Pontifices per diuerſas eorum cõſtitutiones quas ſuo tempore duntaxat durare voluerunt, quæcunque beneficia eccleſiaſtica quæ ſui & ſanctæ Romanæ eccleſiæ viuentium & tunc exiſtentium Cardina-

lium familiares, [b] continui commenſales obtinebãt, & in poſterũ obtinerent eorum familiaritate durante, etiam ſi ab ipſa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem vel alias receſſiſſent, necnõ illa quæ etiam fructuum & prouentuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum collectores: & qui ipſorum prædeceſſorum temporibus ſua officia exercerent vniti ſubcollectores durantibus eorum officiis obtinebant, ac in quibus vacauerint, cum irritantis appoſitione decreti: & deinde prædeceſſoribus ipſis ſublatis de medio, ac eorum beneficiorum occurrentibus vacationibus, inter vtriuſque iuris interpretes, etiam officiales Romanæ Curiæ ſæpenumero hæſitatum extiterit, an beneficia huiuſmodi propter reſeruationem & decretum prædicta reſeruata vel affecta remanſerint, ita quod nullus præter Roman. Pontif. de illis diſponere potuerit ſiue poſſit: reſeruatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis. Ac propter ambiguitatem huiuſmodi varias quoq; iuriſperitorum opiniones & diſceptationes ipſas, aduertemus plerunque pro reſeruatione & effectione præmiſſis, interdum verò è contra pronuntiatum & diffinitum fore. Nos qui vigilis more paſtoris ſemper his maturo prouidendum eſſe conſilio non indignè cenſuimus: & propterea in ſingulis cauſis ſuper quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis eandem ambiguitatem quomodolibet concernentibus vſque ad noſtrum beneplacitum ſuperſedere mandauimus: cupientes quemadmodum noſtro incumbit officio, dubiis huiuſmodi finem imponere ſubditorum diſpendiis, & ne lites fiant penitus immortales, de opportuno remedio prouidere. Fœlicis recordationis Vrbani Quinti, Gregorii IX. & Bonifacii VIII. Romanorũ

Ponti-

Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum, qui ad ſubmouenda altercationum fomenta & ambiguitates huiuſmodi lucidandas declarationes ſimiles per ſuas literas ediderunt veſtigiis inhærendo, ac prouidè conſiderantes effectum per reſeruationem manuſque appoſitionem eorundem prędeceſſorum in dictis beneficiis ineſſe productum, per obitum nequaquam cenſeri debere reuocatam, Roma. quoque Pontificis manus appoſitionem prædictam, tantæ efficaciæ, tantæque virtutis exiſtere, vt ſi & literæ Apoſtolicæ ſuper prouiſionibus beneficiorum aut de prouidendo mandatis, in quibus decretum, & reſeruatio huiuſmodi opponuntur, ex aliqua cauſa ſuũ debitum non ſortiantur effectum, facultatem tamen prouidendi de beneficiis taliter reſeruatis quibuſcunque aliis fuiſſe adeptam, huius perpetuæ & irrefragabilis conſtitutionis edicto, de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium conſilio, omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica ſecularia & cuiuſuis ordinis regularia: etiam ſi præpoſitatus, canonicatus: præpoſituræ & præben. dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint, & ad illa conſueuerint qui per electionem aſſumi, eiſque cura immineat animarum, vt præmittitur reſeruata, & per Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros canonicè intrantes in poſterum reſeruãda, actu quouis modo vacantia, & in antea vacatura, per huiuſmodi reſeruationem & decretum remanſiſſe & remanere ſemper affecta, [c] nullumque de illis cum primum hac re contigerit præter eundem Romanum Pontificem ea vice quouis modo diſponere potuiſſe, ſiue poſſe, harum ſerie decernimus pariter & declaramus, quod tam in pendentibus etiam

per appellationem quam in futurum ſuper eiſdem beneficiis vt præmittitur reſeruatis committendis cauſis per dilectos filios magiſtros Capellanos noſtros,& cauſarum palatii Apoſtolici auditores,atque alios quoſcunq; delegatos & iudices vbilibet inuiolabiliter obſeruari,& ſecundum præmiſſa, nec aliter ſententiari & diffiniri volumus,atque mandamus eis & eorum cuilibet, quauis alia ſuper præmiſſis interpretandi facultate ſublata.

[a] *Hæc conſtitutio eadem eſt, quæ habetur in extrauag. c. ad Roma.de conceſſ.præben.*

[b] *Horum familiarium beneficia impetrabilia ſunt. c. paſtoralis. de præbend.in 6. de Falconibus. tract. de reſeruat. q. 4. & hac de re extat reg.Cancell.de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiaris Cardinalis.*

[c] *Semel affectum ſemper durat tale, donec de eo prouideatur.Rot.in antiq.Biſignet.20.de præbend.ac in antiq.*

NOT. **De reſeruationibus.)* Exordia reſeruationum illuxiſſe cõſtat Nicolai eius nominis primi temporibus anno 1360. vel vt Gomeſio placet anno 1322. Sunt qui putent, cœpiſſe ſub Clemente V.& à poſteris Pontificibus incrementum & declarationem ampliorem ſumpſiſſe. Tutiſſimis & firmiſſimis ſemper iuſtæ cauſæ baſibus innituntur, & iniquum foret arbitrari ſummum Pontificem aliorum iuriſdictiones impedire aut turbare velle. Eas tamen veluti odioſas multi ſugillarunt, quod nimirũ iter ad vacatura aperiant, & quod ordinariæ poteſtati nimis graue præiudicium adferant. Alii è conuerſo fauorabiles iudicarunt. Vtriuſque ſententiæ argumenta congeſta reperies apud Gemin. conſi 136.Calder.conſil.10.An reſeruatio. in fin.de præbend.Anchar.conſil.297.Efficacibus.Paris conſil.19.num.4.lib. 4.Decius in c 1.num.6 de elect. Gambara de legato. lib.3. num. 194.fol.77.Mohedan.deciſ.140 Lapus alleg. 26. incip. Diſputat an præceptor. ſub nũm. 2. ibi. Philip. Probus in addit. ad gloſſ. pragm.ſanct. c.licet.de elect verſic. cauſa. num.5. Caſſador. deciſ.4.vtrum beneficia.de conſtit.in fin.

Pius

Pius Quartus.

Fructus beneficiorum reſeruatorum ſeu affectorum, à die vacationis vſque ad diem prouiſionis, Apoſtolicæ Cameræ adſcribuntur.

Cap. II.

CVPIENTES malitiis nonnullorum, qui in poſſeſſione monaſteriorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatorum pro tempore vacãtium, ſine iuſto titulo, ac ſine literis Apoſtolicis, vt illorum fructus durante vacatione huiuſmodi vſurpent, ſe intrudere [a] non verentur, occurrere, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ grauiſſimis oneribus in aliqua parte ſubleuandis quantum cum Deo poſſumus conſulere, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes & ſingulos fructus, reditus, & prouentus, ac iura, obuentiones, & emolumenta quæcunque quomodolibet & qualitercunque nuncupata omnium & ſingulorum monaſteriorum etiam conſiſtorialium, & beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſecularium, & quorumuis ordinum regularium nobis & ſedi Apoſtolicæ tam per conſtitutiones Apoſtolicas, quam cancellariæ Apoſtolicæ regulas editas & edendas, ſeu alias quomodolibet, & ex quauis cauſa generaliter, vel ſpecialiter reſeruatorum, ſeu affectorum in partibus Italiæ, in quibus collectores, & ſubcollectores ſpoliorum, & iurium Cameræ Apoſtolicæ prædictę eſſe conſueuerunt, ac earum ciuitatibus, & diœc. conſiſtentiũ, per obitũ, & alias quouis modo p̃terquam p

deceſ-

deceſſum illa obtinentium, pro tempore vacātium, à die ipſorum monaſteriorum & beneficiorum vacationis pro rata temporis vſque ad diem prouiſionis ſeu commendæ de eiſdem beneficiis & monaſteriis per nos faciēdæ, de qua p literas noſtras ſub plumbo, & non aliter conſtare debere volumus, eidē Cameræ auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reſeruamus, applicamus, incorporamus, & appropriamus, illaque ei reſeruata, applicata, incorporata, & appropriata eſſe ſtatuimus.

[a] *Intruſus in beneficio vacante in Curia condemnatur in fructibus à die intruſionis, ſecus ſi per Papam fuiſſet prouiſus. tunc enim non condemnaretur, niſi à die motæ litis. Ioan. Paul. deciſ. 121.*

Gregorius XIII.

Menſes Apoſtolicæ ſedi reſeruati, Epiſcoporum alternatiuæ reſidentium, non obſunt.

Cap. III.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & Dominus Gregorius diuina prouidentia Papa XIII. Cupiens pauperibus clericis, & aliis benemeritis perſonis prouidere, omnia beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura ſecularia, & quorumuis ordinum regularia, qualitercunque qualificata, & vbicunque exiſtentia, in menſibus Iulii, Auguſti, Octobris, Nouembris, Ianuarii, Februarii, Aprilis, & Maii, vſque ad quinquennium à die publicationis præſentis conſtitutionis computandum extra Romanam Curiam, alias, quam per reſigna-

reſignationem quocunque modo vacatura, ad collationem, prouiſionem, pręſentationem, electionem, & quamuis aliam diſpoſitionem quorumcunq; collatorum, & collatricum ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, (non tamen S.R.E. Cardinalium, aut illorum ſub concordatis [a] inter ſedem Apoſtolicam, & quoſcunq; alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obſeruare debuerunt acceptatis, & obſeruatis, quæ lædere non intendit comprehenſorum quomodolibet pertinentia) diſpoſitioni ſuæ generaliter reſeruauit. Volens in ſupplicationibus, ſeu conceſſionibus gratiarum, quæ in dictis beneficiis tunc vacantibus etiam motu proprio fient de menſe, in quo vacauerint diſpoſitiuè mentionem fieri, alioquin gratias nullas eſſe, ac priuilegia, & indulta Apoſtolica diſponendi de huiuſmodi reſeruationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibuſuis derogatoriarum derogatoriis, ac fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quibuſuis perſonis & collegiis, cuiuſcunque dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus quomodolibet conceſſa aduerſus reſeruationem huiuſmodi interim ſuffragari.

Inſuper ſanctitas ſua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis intenta, ipſis, quamdiu apud eccleſias, aut diœceſes ſuas perſonaliter reſederint duntaxat, de omnibus, & quibuſcunque beneficiis eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & regularibus, ad liberam ipſorum duntaxat, nō autem aliorum cum eis, diſpoſitionem, ſeu præſentationem, vel electionem pertinentibus, quæ in antea menſibus Iunii, Auguſti, Octobris, Decembris, Februarii, & Aprilis, extra Curiam ipſam vacare

vacare contigerit (dummodo alias diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata, vel affecta non fuerint) liberè diſponēdi facultatem conceſſit. Ac etiam voluit, quod ſi ipſi in collatione, aut alia diſpoſitione beneficiorum in aliis ſex menſibus, videlicet Iulii, Septembris, Nouembris, Ianuarii, Martii, & Maii vacaturorum (quæ etiam diſpoſitioni ſuæ, vt præfertur, reſeruauit) ſeu etiam aliorum diſpoſitioni ſuæ, & dictæ ſedis alias quomodolibet reſeruatorum, vel affectorum ſeſe intromiſerint, aut quo minùs prouiſiones, & gratiæ ſanctitatis ſuæ de illis debitum effectum conſequantur, impedimentum quoquo modo præſtiterint, vſu, & beneficio prædictæ facultatis eo ipſo priuati exiſtant, ac collationes, & aliæ diſpoſitiones de beneficiis illius prætextu deinceps faciendæ, nullius ſint roboris, vel momenti. Illi verò, qui gratiam alternatiuæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem huiuſmodi per patentes literas ſuo ſigillo munitas declarare, & literas ipſas huc ad datarium ſanctitatis ſuæ tranſmittere teneantur. Quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea vti incipiant gratia ſupradicta.

[a] *Concordatis derogare noluit Pontifex, cui id quod ſemel placuit, legis habet vigorem, propter cuiuſdam pacti naturam, quæ in ſimilibus concordatis eſt, quod pactū non tollit, prout corā Puteo fuit alias tentum. deciſ. 226. Gamb. de legat. lib. 3. nu. 207. Stipulatur huic opinioni ſententia Gabriel. de iure quæſito non tollendo. quæſtione quinta & ſexta. quia per generalem diſpoſitionem non extinguitur ius peculiare alicui conceſſum.*

Pius

Pius Quintus.

Reſeruantur ſedi Apoſtolicæ beneficia omnia, propter crimen hæreſis vacantia.

Cap. IIII.

CVm ex Apoſtolatus officio nobis (meritis licet imparibus) credito, cura dominici gregis nobis immineat generalis, & exinde teneamur, more vigilias paſtoris, vigilare, & attẽtius prouidere, vt eccleſiis, monaſteriis, & quibuſuis aliis beneficiis eccleſiaſticis nunc & pro tempore, propter crimen hæreſis vacantibus [a] & vacaturis, tales viri eis præficiantur idonei, qui deteſtandas, ac nefarias hæreſes diabolo diſſeminante contra veræ, & orthodoxæ fidei puritatem exortas, de agro Domini extirpare, & populos ſibi cõmiſſos ad catholicæ eccleſiæ veritatem reducere, doctrina, verbo, & boni operis exemplo valeant. Præmiſſorum itaq; conſideratione inducti, & aliis ad id ſuadentibus rationabilibus cauſis, nonnullis etiam prædeceſſorum noſtrorũ veſtigiis inhærendo, motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera noſtra volũtate, & deliberatione omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, ſecularia, & quorumuis ordinum etiam ſancti Ioannis Hieroſolymitani & aliarum quorumuis militiarum regularia quęcunq; & qualiacunq; ſint etiam, ſi ſecularia, canonicatus & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in cathedralibus ẽt metropolitanis, vel collegiatis, & dignitates ipſæ in cathedralibus ẽt metropolitanis poſt põtificales maiores ſeu collegiatis eccleſiis huiuſmodi principales:

Regula-

Regularia verò beneficia huiuſmodi, monaſteria etiam conſiſtorialia, prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, dignitates etiam conuentuales, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia etiam clauſtralia, ac hoſpitalia & præceptoriȩ, & alias quomodocunq; qualificata fuerint, ordinationi & diſpenſationi noſtræ, & ſedis Apoſtolicæ hac perpetuo conſtitutione valitura auctoritate Apoſtol. tenore præſentium reſeruamus. Declarantes omnes & quaſcunque impetrationes de beneficiis, vt præfertur, quomodocunque qualificatis certo modo in futurum faciendas, & obtinēdas, beneficia huiuſmodi propter hæreſim vacātia, & in futurum vacatura non comprehendere, niſi ſpecialiter, & diſpoſitiuè vacationis modus propter crimen hæreſis expreſſus fuerit, & illum nullo modo ſub quibuſuis clauſulis, & decretis cōprehendi quātumcunq; generalibus in quibuſuis gratiis & cōceſſionibus per nos & Rom Pontifices ſucceſſores noſtros faciendis, etiam per Fiat ſignatis & conceſſis, ac decernentes omnes & quaſcunq; impetrationes de quibuſuis beneficiis, vt præfertur qualificatis hactenùs factas & obtentas, niſi earum vigore in iudicio ꝑ impetrantes crimen huiuſmodi deductum fuerit, & ſuper eo ſententiam fauorabilem obtinuerit, vel dictorum beneficiorū poſſeſſionem aſſequuti fuerint ad vacationem huiuſmodi propter crimen hȩreſis ſe non extendere, & illum neminem çomprehendere decernimus. VI. Cal. Feb. 1566.

[a] *Hæreſis crimē tale eſt, vt ipſo iure hæreticus dicatur beneficio priuatus. c. ad abolendā. §. 1. de hæreticis. quare cēſuit Rebuff. in praxi benefic. in tit. de mod. amittendi benefi. n. 5. beneficiū illud vt vacans poſſe impetrari. & n. 27. ſubdit, non defendi ex regula de triennali poſſeſſ. cum poſſeſſor dici non poſſit.*

Grego-

Gregorius XIII.

Diſpoſitio beneficiorum perſonis prohibitis propter genus aut hæreſim, & à fide defectionem irrita eſt, & ad Pontificiam reſeruationem refertur.

CAP. V.

IN eccleſiis præſertim inſignibus, hoc magnopere curandum eſt, vt Sacerdotes, & perſonæ ſalubribus earum inſtitutis conuenientes ordinentur, quod quantum in nobis eſt, enitimur, atq; eos ab illis repellẽdos in primis cõtendimus, qui propter genus, aut hæreſim,[a] & à fide apoſtaſiam ſiue proprio, ſiue ſtirpis, ſiue cognatorum vitio contaminati, per canonicas ſanctiones, aut ſtatuta ab hac ſede firmata, aut Apoſtolica priuilegia prædictis eccleſiis prohibentur. Sed nobis negotiorum magnitudine diſtentis, huius generis nonnulli ad illarum Sacerdotia frequenter obrepunt, inter quos quidam exiſtimationis ſuæ prodigi, etſi ſe ab illis expulſum iri ſciant, ſpe tamen inconceſſa præſumunt, ſe inde vel permutatione, vel quoquo pacto beneficium, penſionem, aut quid aliud exacturos. Nos malum hoc, quo dictæ eccleſiæ ſæpius diuexantur, penitus euellere volentes, præſentium auctoritate decernimus, omnes & quaſcunque Apoſtolicas, necnon legatorum dictæ ſedis, & aliorum omnium ab ea facultatem diſponendi habentium, ac etiam ordinarias diſpoſitiones dignitatum, præbendarum, beneficiorum, & officiorum eiuſmodi eccleſiarum in quaſcunq; perſonas ſic infectas, & per huiuſmodi ſanctiones, ſeu ſtatuta, vel priuilegia, vt præfertur, inhabiles vires & effectum non habere, per-

ſonaſq; huiuſmodi, illarum prorſus vſu & commodo carere, beneficiaq; ipſa vt prius vacare, & quæ ex illis tempore diſpoſitionis Apoſtolicæ prædictis perſonis, illi reſeruata fuerint vel affecta, ſub eadem reſeruatione vel affectione manere, & tam illa quã etiam omnia alia non reſeruata neq; affecta, de quibus ab ipſa ſede, ac legatis & aliis facultatem habẽtibus prædictis in huiuſmodi perſonas quomodocunq; diſpoſitum fuerit, ad nouam Ro. Pontificis diſpoſitionem duntaxat pertinere, eaq; ab aliis idoneis ab ipſa ſede duntaxat, libere impetrari poſſe; Impetrationes tñ, ac ẽt motu proprio conceſſiones, niſi mod⁹ vacationis, necnon caſus ac decretum huiuſmodi, non conditionaliter, aut per æquipollens, ſed definitè, nominatim, ac diſpoſitiue in illis exprimantur, omnino non valere. Ab ordinariis verò, (ceſſantibus reſeruationibus vel affectionibus Apoſtolicis) pro tempore collata, deuolutioni, iuxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ſubiacere, necnon irritum & inane quicquid ſecus per quoſcunq; ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Reſeruationibus Apoſtolicis fructuum, penſionum, & aliarum rerum huiuſmodi beneficiorum, in perſonas idoneas etiam de huiuſmodi contaminatorum conſenſu factis, eiſdemq; ab illis interim præſtitis vel ſolutis nihilominus valituris. Romæ Idib. Nouemb. 1580.

[a] *Hæretici & illorum fautores non tantum efficiuntur indigni ad obtinenda beneficia, ſed obtentis ipſo iure à die criminis commiſsi abdicantur. c. quo iure. diſt. 8. vbi gloſſ. Domin. & Præpoſiti. & probatur in c. vt cõmiſsi. §. priuandi. de hæretic. in 6. vbi DD. communiter. Abb. in c. inter dilectos. col. vlt. de fide inſtrum. & alij quos referunt Bern. de Lugo in praxi criminal. c. 106. vbi addit. Epiſcopus Couar. lib. 1. reſolut. c. 8. num. 4.*

Cle-

Clemens VII.

Prouiſi de beneficijs reſeruatis ſedi Apoſtolicæ, eiuſdem auctoritate inſcia pro malæfidei poſſeſſoribus habentur.

Cap. VI.

ADMONET nos incumbentis nobis paſtoralis officii cura, vt non ſolum nobis, ſed etiam cunctorum Chriſtifidelium, & præſertim eccleſiaſticarum perſonarum profectibus diligenter intenti illorum occurramus diſpendiis, & quæ in cuiuſcunq; ipſorum præiudicium ſiue noxam quauis etiam auctoritate prodiiſſe comperimus, ſalubriter reformemus. Sanè dudum ad noſtram peruenit notitiam, qualiter nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ac eccleſiarum Prælati, nonnulli etiam Principes, & domini temporales inclitæ nationis Germanicæ, poſt miſerabilem vrbis direptionem collationes, & diſpoſitiones beneficiorum eccleſiaſticorum nobis, & ſedi Apoſtolicæ etiam virtute cõcordatorum [a] inter ſedem, & nationem præfatas reſeruatorum temerè vſurpare præſumpſerint, ac collationes & diſpoſitiones noſtras, & dictæ ſedis de illis factas admittere contempſerunt, nedũ in noſtrum & ipſius ſedis vilipendium, ſed etiam in iurium noſtrorum & eiuſdem ſedis, ac illorum quibus de ipſis beneficiis prouidimus, aut in quorum fauorem alias diſpoſuimus, ſeu prouideri & diſponi mandauimus, graue præiudicium. Nos qui à dictis concordatis, quæ olim Romanæ eccleſiæ, & dictę nationis hominibus, pro ipſius eccleſiæ vnione, ac pace, & tranquillitate inter eccleſiã & nationẽ prædictas, ꝑpetuò

ſolidandis, & conſeruandis laudata, concluſa, & accepta fuerunt, nullatenus recedere intendimus, ne dicti præſumptores,& contemptores, aut per eos in dictis beneficiis intruſi ex huiuſmodi temeraria pręſumptione gloriari valeant, neue ipſi intruſi ex adulterinis eorum titulis aliquem fructum reportēt, nec illis quibus de beneficiis prædictis per nos aut dictā ſedem,ſeu eius auctoritate prouiſum extitit,& in futurum prouidebitur; per alicuius temporis fluxum, ſeu aliquam patientiam, vel tolerantiam præiudiciū fiat,aut factum cenſeatur, ex paſtoralis officii debito prouidere volentes, ac concordatis prædictis firmiter inhærentes. Motu proprio, & ex noſtra matura deliberatione,ac certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium declaramus prætenſas collationes, & alias diſpoſitiones de quibuſcunque beneficiis eccleſiaſticis cum cura,& ſine cura, nobis, & dictæ ſedi,vt præfertur, reſeruatis, per Archiepiſcopos, Epiſcopos, Prælatos, ac ſeculares Principes, & dominos quoſcunque dictæ nationis, ſeu ad eorum præſentationem, vel nominationem, etiam per ordinarios ipſorum beneficiorum collatores à tempore dictæ direptionis citra contraq; tenorē, & formam dictorum concordatorum quomodolibet factas,& in poſterum faciendas, perſonis quibus aut in poſterum fient, niſi ſint per nos, aut noſtra, vel dictæ ſedis auctoritate approbatæ, nullum titulum, vel colorem, ipſa beneficia poſſidēdi tribuiſſe, aut in futurum tribuere,ſed & illos pro malęfidei poſſeſſoribus,& merè intruſis ab omnibus haberi, & cenſeri, ac fructus per eos ex beneficiis huiuſmodi perceptos & percipiendos, nullo vnquā tempore ſuos facere,ſed ad illorum

lorum reſtitutionem in vtroque foro efficaciter obligatos eſſe, & ad illorum reſtitutionem, ad eorum quorum intereſt, ſeu etiam fiſci noſtri inſtantiam, omnibus viis iuris, & remediis compelli poſſe & debere, & eos nullo vnquam tempore beneficio regularum de annali & triennali pacifico poſſeſſore gaudere potuiſſe, aut poſſe. Illis verò quibus eadem beneficia per nos, aut auctoritate noſtra vel dictæ ſedis tenore & forma concordatorum huiuſmodi ſeruatis collata, ſeu commendata ſunt, aut in futurum conferentur, vel commendabuntur, necnon eccleſiis & locis eccleſiaſticis, ac collegiis, quibus perpetuo, vel ad tempus eadem auctoritate vnita ſunt, aut in poſterum vnientur, ac omnibus illis qui in executione literarum Apoſtolicarum eis conceſſarum per conſtitutiones, ſeu mandata Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Prælatorum, Principum, vel dominorum prædictorum, hactenus quomodolibet impediti fuerunt, aut in poſterum impedientur, dictas regulas, quemcunque temporis fluxum ſeu patientiam, vel tolerantiam minimè obſtare debere, quo minus contra dictos intruſos, & intrudendos quocunque tempore iudicialiter expediri valeant.

[a] *Concordata reſeruationum edidit Nicolaus V. in gratiam Germanorum 1447.14. Cal. April. cum Friderico Imperatore aliiſque eccleſiaſticis & ſecularibus loci Principibus.*

TIT. XIII.

De penſionibus.

Leo Decimus, In Concilio Lateranenſi.

Reſeruari penſiones non debent in diminutionem monaſteriorum & eccleſiarum regularium.*

CAP. I.

QVONIAM eccleſiis monaſteriorum abſq; aliqua fructuum diminutione prouideri decet, vt tam dignitati præſidentium, quã eccleſiarum & ædificiorum neceſſitati cõſulatur.. Decernimus pariter ac ſtatuimus vt ſuper earundem eccleſiarum fructibus penſiones minimè reſeruentur, [a] niſi ex reſignationis cauſa, aut etiam alia quæ in ſecreto noſtro conſiſtorio iuſta, probabilis, & honeſta habita fuerit.

[a] *In beneficijs monaſteriorum non conceditur penſionis vſus, quando eccleſia non valet ſoluere penſionem & ſuſtinere onera ſibi incumbentia. DD. in cap. preterea. de iure patron. text. in c. ſuggeſtum. de decimis.*

NOT.* *Reſeruari penſiones.)* Penſionem dictam puto à pendeo, quia pendet à beneficio formaliter ex quo extrahitur ſicuti vſusfructus à proprietate. vt cap. fin. de pign. & cap. poſſeſſiones. 16. quæſt. 1. & cap. quicunque. 12. quæſt. 2. Card. in Clem. 1. §. eadem. quæſt. 4. de ſupplend. neglig. præla. Ioannes Baptiſta Caccialup. in tract. de penſionib.

Pius

Pius Quintus.

Laici, & qui cœlibatum ſacris ordinibus annexũ non colunt, beneficiorum penſionibus iure frui nequeunt.

CAP. II

LAICI * extra coniugiũ & in celibatu viuentes, ac bigami & clerici coniugati nullas nouas penſiones [a] aut fructus aut omnino alias res eccleſiaſticas habeãt, nec ipſi, ẽt qui coniugati nõ ſunt, ſi ad primas aut alias nuptias trãſierint antiquas deinceps percipere. Clerici verò & alii matrimoniũ ẽt cum vnica & virgine contracturi, poſtquã illud cõtraxerint, nec antiquas retinere, nec nouas aſſequi poſſint, ſed nec illi laici nec clerici priuilegio trãsferẽdi pẽſiones, fructus, aut alias res huiuſmodi de cætero potiantur. Decernentes oẽs transferendi facultates ex nunc, antiquas verò penſiones, & alias reſeruationes tam laicis quã clericis cõceſſas & quas ipſos clericos habere cõtigerit, ꝑ futurũ contractũ matrimoniũ huiuſmodi extinctas eſſe. Ro. 5. Id. Sep. 1568.

[a] *Coniugati penſiones accipiẽtes ſuper beneficijs conſcientiã grauiſſimo vulnere ſauciant. Solus de iuſt. & iur. q. 5. ait. 6. lib. 9. Nauarrus tamẽ ſum. Lat. c. 25. n. 119. eos poſſe penſionibus frui indulto Apoſtolico opinatur non quocunq; modo, neq; ad pompã & luxum, ſed in ſuſtentationem ſuo ſtatui neceſſariam. Lud. Lop. 2. tom. c. 106. inſtruct. conſcient.*

NOT. * *Laici extra coniugium.)* Ex Romanæ Curiæ ſtilo, quem pro tutiſſima legis ratione veneramur, compertum eſt, Papã regulariter non conſueuiſſe laicis penſiones aſſignare, ſed clericis paſſim illas reſeruare. Et collatio beneficii facta alicui tanquam clerico qui clericus non erat, habitum tamen clericalẽ geſtabat, & pro clerico ſe gerebat cum nullũ haberet ordinẽ, non valet. DD. in c. 2. de inſtit. & in c. cum adeo. de reſcript. Gloſ. Ioan. Monach. in rubr. de cler. ægr. in 6.

Tit. XIIII.

*De vnionibus * beneficiorum.*

Pius Quintus, ex Concilio Tridentino.

Parochialium perpetuo vnitarum piis locis portio aſsignanda Vicariis non ſit maior centum, nec minor viginti quinque ſcutorum.

Cap. vnicvm.

AD exequendum paſtoralis officii debitum, vigilantibus ſtudiis intendentes, ad ea, per quæ cathedralium aliarumue eccleſiarũ, necnon monaſteriorum, beneficiorum, ſeu collegiorum, ac aliorum piorum locorum proſpero profectui, diuinique cultus augmento, & opportunæ congruæque ſubſtentationi parochialium eccleſiarum eiſdem vnitarum ſtatui fœliciter dirigendo, & perſonarum in illis curam animarum exercentium vtilitati recta & prouida moderatione conſuli, & ſalubriter prouideri valeat, libenter interponimus noſtræ ſolicitudinis partes. Hinc eſt quod nos, ad quorum aures (quod non ſine animi noſtri moleſtia referimus) peruenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in deputãdis Vicariis, ac in aſſignatione portionum Vicariis perpetuis parochialium dictis eccleſiis, monaſteriis, beneficiis, collegiis, vel locis piis perpetuo vnitarum ex Concilio Tridentino [a] facienda, ita modum exceſſiſſe, vt parum aut nihil ex fructibus, reditibus, & prouentibus paro-

parochialium eccleſiarum ſic vnitarum, eccleſiis, monaſteriis, beneficiis, collegiis, aliiſue locis piis remanſerit, ob idq; multæ ortæ ſint ſuper hoc controuerſiæ circa interpretationes decreti Concilii.

Nos ad eas tollendas animum intendentes, conſiderantesq; vniones ipſas ideo à prædeceſſoribus noſtris factas eſſe, vt ex reditibus, & emolumentis beneficiorum vnitorum, eccleſiis, monaſteriis, collegiis, beneficiis, & locis piis quibus illa vniuntur, facilius onera eiſdem incumbentia ſupportentur, & promptius à miniſtris eccleſiaſticis, in eiſdem diuina officia celebrentur, hoſpitalitas ſeruetur, aliaq; charitatis opera exerceantur, ac etiam vt nihilominus cura animarum dictarum parochialium laudabiliter exerceretur, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia auctoritate Apoſtolica hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ac declaramus, quemadmodum etiam de ipſius Concilii mente fuiſſe colligimus, Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos præfatos in aſſignatione portionis ipſis Vicariis perpetuis ex prædicto Concilio ipſorum Prælatorum arbitrio facienda ita ſe continere & arbitrari debere, vt non maior centum, nec minor quinquaginta ſcutorum [b] annuorum ſumma cõputatis omnibus, etiam incertis emolumentis & aliis obuentionibus communiter percipi ſolitis, eis omnino aſſignetur, niſi Vicariis temporariis ſolitum fuiſſet plus aſſignari, ſiue in quãtitate, aut quota fructuum, pecuniaque numerata, fundo ſeu alia re ſtabili portio huiuſmodi conſtituatur, cuiuſcunque valoris parochialis eccleſia vnita fuerit, & habita etiam ratione redituum, & onerum loci, cui parochialis ipſa vnita fuerit, ita quod portiones vltra, vel infra

dictas ſummas ſcutorum centum,& ſcutorum quinquaginta hactenus aſſignatæ, vel in poſterum forſan aſſignandæ, quo ad exceſſum, & defectum huiuſmodi nullius roboris & momenti exiſtant,& ad ſummas prædictas reductæ & auctæ reſpectiuè cenſeantur, niſi tamen valor annuus ipſius parochialis vnitæ habita ratione (vt præfertur,minor ſit quinquaginta ſcutis, quo caſu portio aſſignata, vel aſſignanda Vicario perpetuo non debeat excedere ſummam annuam valoris dictæ parochialis, ſed ſufficiat quod omnes fructus eius duntaxat, attribuantur ipſi Vicario perpetuo.

Et quoniam iniquum eſſet,eos qui commodis priuantur, eadem onera quæ prius ſuſtinebant debere ſufferre,volumus & ſtatuimus,quod eccleſiæ,monaſteria, collegia, beneficia, & pia loca huiuſmodi, in quorum parochialibus eccleſiis vnitis contingat Vicarias prædictas erigi,pro quantitatibus fructuum ipſis Vicariis perpetuis aſſignatorum, ad ſolutionem quindenniorum, quam nobis & Cameræ Apoſt.ſoluunt,vlterius non teneantur,ſed eis detractio fiat ad ratam certorum, quæ de fructibus dictarum parochialium percipiuntur. Ita tamen quod Vicarii perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere à ſede Apoſto. nouam prouiſionem ſuæ deputationis, & ſoluere annatã pro portione fructuũ, redituum, & prouentuum certorum ſibi aſſignata, & expedire literas Apoſtolicas, nec alias ad poſſeſſionem dictarum Vicariarum perpetuarum,& ſeruitium earundem parochialium admitti poſſint, niſi ſoluta annata, & expeditis literis Apoſtolicis nouæ prouiſionis, vt præfertur: alioquin integrum quindennium ſolui debere,nec Vicarii prædicti antea tuta con-

ta conſcientia fructus percipere poſſint. Volumus inſuper, & ita mandamus, quod dicti Vicarii perpetui non ad liberam ordinariorum electionem, ſed ad nominationem illorum, in quorum eccleſiis vnitis ponentur, cum ipſorum ordinariorum, ſeu eorum Vicariorum præuio examine approbatione deputẽtur. Et ſi dictæ parochiales vnitæ erãt monaſteriis regulariũ mendicantiũ, poſſint à ſuperioribus dictorũ monaſteriorum nominari ex ipſis mendicantibus, quos ſi ordinarii præuio examine per ſe, aut eorum Vicarios faciendo idoneos ad curam animarum exercendam inuenerint, & ita pro idoneis approbauerint, teneantur in Vicarios, ad nutum tamen ſuperiorum ſuorum amouibiles, deputare. Idemque etiam ſeruetur in regularibus monachis tantum, dummodo in ea parochiali, in qua vnus ex eis monachis fuerit, ſeruata forma prædicta, Vicarius deputatus, habitent cum eo ſaltem quatuor alii ex dictis monachis.

[a] *De portionibus aſſignandis Vicarijs perpetuis habes decretum Concilij Tridentini ſeſſ.7.c.5. Et de vnionum forma. c.9.ſeſſ. 14.& ſeſſ.24.c.13.& 15.de reformatione.*

[b] *Hac in re bifariam peccari ſolet, vel cum ita pingues & opimæ aſſignantur portiones Vicarijs perpetuis, vt nihil ex hac vnione beneficijs vnitis fructus vel emolumenti accedat, vel cum reditus omnes ita decoquuntur & extenuantur, vt nihil Vicarijs remaneat. Congrua ſuſtentatio in his vnionibus cõſideratur ex qualitate perſonæ, & ex regionis conſuetudine, in qua eſt ipſum beneficium, prout maiores minoreſue requirunt expenſas tametſi eadem ſit perſonæ conditio. Sed ſic omnia intelligantur vt beneficiarius habeat vnde viuat, non vnde luxurietur. quadrageſimaquarta diſtinction.can.ſtudeat.50.diſtinction.cap.1.de iuſtitia & iure.*

NOT.

NOT. * *De Vnionibus.*) Sterilibus & infructuoſis beneficiis vnione Synodus Tridentina ad euitandam paupertatis iniuriā, vtq; liberius onera perſoluerentur, promptum iri ſtatuit. Quæ vero beneficia vniri poſſint ſuperfluum eſſet quęrere, cum regulariter omnia id poſſint, ſed non poteſt vniri dignius minus digno, vnde parochialis eccleſia non poteſt vniri capellaniæ, ſed è contrario, niſi Papæ auctoritas ſuccurrat. c. expoſuiſti. de præbend. Vniones autem ſine cauſa factæ ſutreptitiæ videntur iuxta eiuſdem Concilii ſententiam. fiunt quoq; vel ad tempus, vel in perpetuum, c. 1. ne ſede vacan. Petrus Pariſ. conſil. 5. Vnio in 4. volum. Perpetua vnio eſt, quando exprimitur, vt perpetua duret. c. expoſuiſti. ibid. de præbend. vel quando dicitur, ad perpetuam memoriam: aut quādo fit ad ſedis beneplacitum. cap. ſi gratioſa. de reſcrip. lib. 6. vel ſi fiat contemplatione eccleſiæ. c. 1. ne ſede vacan. quæ non moritur. c. ſi gratioſæ. de reſcrip. lib. 6. Temporalis vnio eſt, quando ad tempus fit, vtpote ad vitam eius cui conceditur, & ſic fit contemplatione perſonæ. d. c. ne ſede vacan. & per eius mortem expirat. cap. quoniam Abbas. de offic. deleg. Verùm in dubio, vt inquit Rebuffus, vnio præſumitur facta contemplatione eccleſiæ, quia eccleſiæ magis fauendum eſt, quam perſonæ. d. cap. 1. & c. requiſiſti. de teſt. Eò iam deuenimus, vt probè ſciamus in vnionibus beneficiorum quæ ſint requiſita: Supereſt igitur, vt de Vicariis perpetuis hatum vnionum ex mente Pontificis declarantis Concilium Tridentinum aliquid ſubiiciamus. Non conſtituitur Vicarius perpetuus quando vnitur beneficium ſimplex: ſed tantum quando eccleſia parochialis. gloſſ. & canones. in Clem. vnic. de offic. Vicar. & Gemin. conſ. 86. in cauſſ. Traiectenſ. Statuit Synodus Tridentina quod ordinarii etiam per idoneorum Vicariorum deputationem & congruæ portionis fructuum aſſignationem omninò prouideant, vt animarum curā nullatenus negligant, & beneficia ipſa debitis obſequiis minimè defraudentur, appellationibus, priuilegiis, exemptionibus quibuſcunque, etiam cum iudicum ſpecialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmiſſis nemini ſuffragantibus. Deinde iubet locorum ordinarios annis ſingulis beneficia curata viſitare, qui ſolicitè prouidere procurent, vt per idoneos Vicarios etiam perpetuos niſi ipſis ordinariis pro bono eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori arbitrio ipſorum ordinariorum, portione etiam ſuper certa re

ta re aſſignanda itidem deputatos animarum cura laudabiliter exerceatur. Quamobrem in literis vnionis ſemper hæc clauſula addi ſolet, quando fit vnio parochialis eccleſiæ, cōgrua portione ex fructibus, &c. eiuſdem eccleſiæ parochialis pro perpetuo inibi Vicario per loci ordinarium inſtituendo ex qua ſe commode ſuſtentare, Epiſcopalia iura ſoluere, & alia eidem eccleſiæ incumbentia onera ſupportare valeat, reſeruata. Cum vero vnitur beneficium non curatum non ſolet poni iſta clauſula, nec affirmatiuè, nec conditionaliter, quod eſt notandum pro vnionibus.

TIT. XV.

De reſignationibus & permutationibus.

Innocentius VIII.

Legitima beneficii reſignatio omnem temporis, perſonarum dolum excludens, certo dierum ſpatio ante obitum firmari debet.

CAP. I.

PRÆSVMIMVS reſignationes fictè & non verè fieri ſi illi qui literas facultatis & licentiæ, cum clauſula (*etiamſi compermutantium ſeu ſimpliciter in eorum fauorem reſignantium beneficia eccleſiaſtica, diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſeruata exiſtant.*) habent, & perſonæ compermutantes cum eis, ſeu ſimpliciter in eorum fauorem reſignantes, reſignata per eos beneficia quatuor menſes [a] ante reſignationes ipſas pacificè non poſſederint, vel ipſi reſignantes intra mēſem poſt reſignationes ipſas morte præuenti

uenti fuerint, ſi tamen tempore reſignationum ſeu permutationum eorundem infirmi erant, ea infirmitate de qua deceſſerint.

[a] *Beneficia niſi certo tempore ante mortẽ fuerint reſignata, reſignatio, quã mors mox ſequitur, facta tanquam fraudulenta, & fraudis præſumptione grauata, non ſubſiſtit, vt eſt in reg. cancell. de infir. reſig. intra 20. dies. Quæ regula quo pacto ſit intelligenda, latius explicant Gomeſius & Rebuffus.*

Gregorius XIII.

Reſignationes & iurium conceſſiones infra quod tempus publicari debeant.

Cap. II.

HVMANO vix iudicio ita bene quicquam, & prouidenter ſanciri poteſt, quin vſus ſæpe aperiat, doceatq; id quod ſalubre fore credebatur, minus experiundo prodeſſe: ꝙ in illis cõſtitutionibus, quas ad ꝓhibẽdas ſimulatas occultaſue beneficiorũ eccleſiaſticorũ reſignationes, diuerſi Romani Pontifices multifariam ediderunt, & fœl. record. Pius Papa V. prædeceſſor noſter nouiſſime promulgauit, cognoſcimus accidiſſe. Nos hoc malum, prout occaſio neceſſitaſque poſtulat, coercere volentes, ſtatuimus, vt poſthac omnes, & quæcunque reſignationes, etiam cauſa permutationis, ac commendarum, & etiã literis Apoſtolicis non confectis, & poſſeſſione non habita, necnon litis, & iurium quorumcunque ceſſiones, ac retroceſſiones, quæ deinceps de quibuſcunque beneficiis eccleſiaſticis in noſtris, ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis manibus, ac etiam corã Notario publico, & teſti-

& teſtibus fient, & à nobis, vel illo, ſeu noſtro, vel illius mandato admittentur, & ſuper eis prouiſiones, & quæcunq; aliæ diſpoſitiones, ſiue temporales, ſiue perpetuę, aut ad hoc mandata Apoſtolica ſub quacũque forma, & quibuſcunque etiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, ac piis locis quocunq; priuilegio ſuffultis, facta, publicari debeant cum literis Apoſtolicis deſuper confectis intra ſex [a] menſes, ſi beneficium citra mõtes fuerit, vltra verò intra nouem à data conceſſionis gratiæ, [b] non autem à die præſtiti ſuper ea conſenſus numerandos, etiam ſi poſtea conceſſio gratiæ huiuſmodi ex quauis cauſa, diuerſiſque ſubſequẽtibus datis, ac quotieſcunq;, & quouis modo reformata, & valida reddita fuerit, pluresque, & quotquot in alium, vel alios ceſſiones, ac etiam in ipſummet primum reſignantẽ, vel cedentem retrốceſſiones termino prædicto nondũ elapſo interceſſerint, ita vt vnicus duntaxat terminus omnibus his ſucceſſiuis ceſſionibus, ac retroceſſionibus decurtat, vt qui poſtremus gratiam habuerit, publicationẽ huiuſmodi facere, cæteraque omnia hic præſcripta intra eundem terminum præſtare teneatur. Ipſa autem publicatio in cathedrali, & in beneficii eccleſiá, vel eccleſiis, ſi in pluribus illud ſit, fiat vbique dum frequens populus ad Miſſarum ſolennia [c] conuenerit, palam omnibus literæ Apoſtolicæ prædictæ, earumue tranſumptum authenticum exhibeatur, claraq;, & intelligibili voce reſignatio ſeu ceſſio huiuſmodi, ac beneficii qualitas, & inuocatio, nominaq;, & cognomina reſignantis, ſeu cedentis, ac illius in cuius fauorẽ gratia huiuſmodi facta eſt, pronuntientur ita, vt hęc omnia poſſint ad notitiam omnium ibi exiſtentium veriſimiliter peruenire, ſcriptoq; de his

omn-

omnibus exemplo collato valuis dictarum eccleſiarum affixum relinquatur. Si verò eccleſia beneficii ruralis ſit, aut populo conuentuque careat, eo caſu in parochiali, intra cuius parochiæ limites beneficiũ ipſum conſiſtit, & in cathedrali eccleſia, vel ſi locus bello, ſeu peſte, aliiſue manifeſtis periculis ſubiaceat, tunc in proxima parochiali, ac etiam in cathedrali eccleſia, vel ſi aditus ad illas, aut vtramuis minime ſit ſecurus, in alia cathedrali, vel parochiali viciniori periculorum immuni publicatio huiuſmodi peragatur. Is quoque in quem diſponi, vel mandari de beneficio etiam litigioſo, vel accedente nõ poſſeſſo ſub quacunque forma contigerit, poſſeſſionem beneficii intra dictum tempus vigore literarum Apoſtolicarum deſuper confectarum, nec alias apprehendere debeat, & ſi propter litem, aut aliud legitimum impedimentum nequiuerit, ſaltem literas Apoſtolicas cum earum publicatione ſi tunc facta erit, iudici, ſeu executori illarum, vel aliis ad quos pertinet, per ſe, vel procuratorem ſuum legitimum, intra idem tẽpus præſentare, & apud illum, vel illos pro ipſarum literarum executione inſtare, & poſſeſſionem huiuſmodi inſtanter petere teneatur. Cæterum modus, & forma hic tradita ſemper, & vbique debeat obſeruari, nec alia, vel æquipollens vllo modo admitti in omnibus huiuſmodi reſignationibus, ceſſionibus, quorumcunq; beneficiorum tam regularium quam ſeculariũ. Quod ſi quicquam prædictorum omiſſum fuerit, dictis terminis vtcunque præſcripti ſunt elapſis, omnes diſpoſitiones [c] quocunque modo ſint irritæ & inanes. Dat. Romæ Non. Ian. 1583.

[a] *Hi menſes computari debent à die ſupplicationis, non à die conſenſus, quamuis Gomeſ. aſſerat à tempore conſenſus computandos.*

tandos.quæſtio.7.Pariſ.conſil.143. Chriſtoph.Roſſiniac. de beneficijs.

[b] *In frequentiore populi conuentu fieri debet publicatio vbi beneficium conſiſtit,vt concludit Domin.conſ.75.In cauſa.in fin. Panormit.in conſ.99.Illud.col.2.in 2.vol.*

[c] *Adepta beneficij poſſeſſio ſine publicatione hiſce terminis facta non valet.Rebuff.gloſſ.17.de publicand.reſign.*

Pius Quintus.

Reſignationes legitimis de cauſis tantum admitti debere.

Cap. III.

QVANTA eccleſiæ Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidie magis afferat miniſtrorum in eam ingreſſio [a] vitioſa,iam latè perſpiciant, & cum mœrore expendant Præſules omnes & Paſtores,quando hæc pernicies cæterarum omnium maxima, tam multas orbis eccleſias impiè violarit. Quia verò hoc malum cum in cæteris frequens, tum maximè in beneficiorum, & officiorum eccleſiaſticorum dimiſſione admittitur,nemini moleſtum eſſe debet, ꝙ perinde de reprimēdis quotidianis fraudibus, quæ hac in re frequentiores internoſcuntur, certam aliquam rationem tandem inituri, officii noſtri partes in prohibēda omnibus interim reſignationum huiuſmodi receptione paulò ſeuerius interpoſuerimus, omneſq; beneficiorum interim reſignandorum diſpoſitiones quæ fierent, in irritum reuocauerimus, ac etiam decreuerimus nullum per eas in illis ius, neq; titulum, vel coloratum tam in petitorio, quam in poſſeſſorio

K ipſis

ipſis prouiſis tribuere, quin etiā eos ad illa deinceps obtinenda perpetuo inhabiles fore: Collatores verò alias in illorum diſpoſitione etiam tanquam deuolutionis iure ſeſe interponere nō poſſe, ſed de eis vt vere vacātibus ſiue per Romanos Pontifices, ſiue alios collatorum eorundem ſuperiores, vti præuentum eſſet, libere prouideri.

Nunc autem intendētes inſtitutum hoc noſtrum, quo ſanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino pſequi, ac ſimul quantum in nobis eſt cauere, ne reſignationes ipſæ dehinc pro cuiuſq; arbitrio, nulliſq; vel certe leuibus cauſis paſſim, & temere admittantur, prohibitionē, & alia prædicta ac cætera omnia noſtris ſup his literis cōtenta eatenus relaxamus, vt poſthac Epiſcopi, & alii facultatē habentes eorū duntaxat reſignationes [b] recipere & admittere poſſint, qui aut ſenio cōfecti, aut valetudinarii, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxii, cēſuriſq; eccleſiaſticis irretiti, aut neqūt, aut nō debēt eccleſiæ, vel beneficio inſeruire, ſeu qui vnum aliud vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri; religionē quoq; ingreſſuri, vel matrimonium contracturi, ſi ſtatim poſtea id re ipſa exequantur, denique cum quis ex aliis caſibus acciderit, qui conſtitutione fœlicis recordationis Innocentii Papæ III. de dimittendis cathedralibus eccleſiis, edita continentur. Qui ēt ob capitales inimicitias nequeunt vel non audent in loco beneficii reſidere ſecuri. Sed nec horum vllus ſacro ordini mancipatus, niſi religionem ingreſſurus valeat vllo modo beneficium, vel officium eccleſiaſticū reſignare, niſi aliunde ei ſit quo in vita poſſit cōmode ſuſtentari. Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes

tiones admittere, quæ canonicis ſanctionibus, & Apoſtolicis conſtitutionibus permittuntur. Caueant aūt Epiſcopi, & alii prædicti, itemque oēs electores, præſentatores, & patroni tam eccleſiaſtici, quam laici quicunq; ſint, ne verbo quidem aut nutu, vel ſigno futuri in huiuſmodi beneficiis, & officiis ſucceſſores, ab ipſis reſignantibus, aut aliis eorum ſignificatione vel hortatu deſignentur, aut de his aſſumendis promiſſio [c] inter eos, vel etiam intentio qualiſcunq; intercedat. Cæterum præcipimus, atque interdicimus, ne ipſi Epiſcopi, aut alii collatores de beneficiis, & officiis reſignandis prædictis, aut ſuis, aut admittentium conſanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant prouidere, quod ſi ſecus, ac etiam quicquid præter vel contra formam prædictorum fuerit à quocunque temere attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus nō habere. Qui verò cōtrafecerint, vt in eo quo deliquerint puniantur, à beneficiorum, & officiorum collatione, necnon electione, præſentatione, confirmatione, & inſtitutione, prout cuiq; competierit, tamdiu ſuſpenſi remaneant, donec remiſſionē à Ro. Pont. meruerint obtinere, & qui talia beneficia ſeu officia receperint, eos p̄dictis pœnis volumus ſubiacere. Et nihilominus in eos, qui ſic ſuſpenſi cōferre, eligere, p̄ſentare, confirmare, vel inſtituere auſi fuerint, excōmunicationis, quo ad pſonas, quo verò ad capitula, & cōuentus à diuinis ſuſpēſionis ſentētias ipſo facto promulgamus. Romæ Cal. April. 1568.

[a] *Meritis ſuffragantibus non ambitu prouehi debent ad beneficia & ſacra limina ingredi. cap. nullus itaque. 1. queſt. 1. c. in ſcript. 8. q. 1.*

 [b] *Sacer-*

b *Sacerdotia ſeu beneficia reuocanda & reſignanda de[...]ni debent venia & conſenſu ordinarij Epiſcopi. Nam eorum eſt huiuſmodi reſignationes ratas haberi, quorum eſt ſecundum præſcripta iuris communis eorundem vacantium procurationem clericis demandare. Pan. & Card. cap. quod in dubijs. de renunt. Anch. c. ex deliberatione. de offic. deleg. in 6.*

c *Promiſſio beneficij facta, vt quis eligatur, eſt ſimoniaca. Petrus de Baiſio in tract. direct. elect. in verſ. 28. cap. cum pridem. cap. fin. de pact. cap. ex parte. de offic. deleg. cap. dilecto. de præbendis.*

Clemens VII.

Conſenſus qui præſtari debet in beneficiorum reſignationibus, quo pacto notetur & computetur in libris Cameræ Apoſtolicæ.

Cap. IIII.

Sanctissimvs in Chriſto pater & D.N.D. Clemens diuina prouidentia Papa VII. Conſtitutionem ſuam de conſenſibus in [a] Cancellaria, vel Camera Apoſtolica ex tunc de cætero præſtandis quo ad materias Franciæ infra tres menſes, in aliis verò infra quindecim dies, à die extenſionis eorundem conſenſuum computandos in libris ſolitis & authenticis annotādos, ad obuiandum fraudibus, quæ in retardatione annotationis conſenſuum huiuſmodi committebātur, nuper editam declarādo, voluit quod dicta tempora non à die extenſionis conſenſuum in dictis libris, cum ipſa conſtitutio ſic nihil operaretur, nec p eam dictis fraudibus in aliquo obuiaretur, ſed à die præſtationis eorundem conſenſuū intelligi debeant. Et quoniam nonnunquam præſtantur conſenſus ſuper

per ſupplicationibus nondum ad regiſtrum miſſis, ſeu adhuc penes Datarium ſuum exiſtentibus,& notarii non poſſunt tales conſenſus in dictis libris annotare, niſi videant huiuſmodi ſupplicationes regiſtratas ſeu expeditas,& ſæpe labuntur dicta tempora antequam ipſæ ſupplicationes ad regiſtrum mittantur ſeu expediantur, voluit & declarauit quod tunc & eo caſu dicta tempora à die quo Datarius huiuſmodi ſupplicationes ad regiſtrum vel ſummiſtã miſerit, computari debeant, diem autem miſſionis huiuſmodi de cætero annotabit Datarius pro tempore in calce ſupplicationum conſenſum aliquem requirentium per hæc verba videlicet: *Miſſa die tali N. Datarius*, quæ verba voluit ad plenam probationem miſſionis prædictæ ſufficere. Præterea voluit quod notarii [b] de talibus cõſenſibus rogati in annotatione illarum in dictis libris facienda teneantur de die miſſionis huiuſmodi, ſicut de data ſupplicationum, expreſſam mentionem facere, vt die præſtationis conſenſuum, & die miſſionis ſupplicationum huiuſmodi ſimul iunctis ex illorum inſpectione euidẽter appareant ipſi conſenſus infra tempora prædicta in dictis libris annotati: & notarii requiſiti de cætero ad ponendum aliquos conſenſus in libris prędictis, ſi ex inſpectione dierum præſtationis conſenſuum, ac miſſionis ſupplicationum viderint dicta tempora ad annotandum conſenſus, vt præfertur, præfixa eſſe lapſa, conſenſus tales in dictis libris annotare nullatenus præſumant, ſub pœnis in dicta priori conſtitutione contentis. Et nihilominus annotatio de illis ſic extra tempora prædicta pro tempore facta, ipſique conſenſus ſic annotati viribus omnino careant, nulliuſque ſint roboris vel momenti. Narratiua quoq;

per verbum Hodie vel Nuper, in literis Apoſtolicis ſuper materiis ad quarum expeditionem conſenſus aliquis requiritur pro tempore expeditis poſita, cõtra præmiſſa minime attẽdi debeat, nec aliquem effectum operetur.

[a] *Paria ſunt reſignare vel præſtare conſenſum. Doct. in Cle. vna. de renun. vnde ſi quis ſanus reſignet & poſt datam reſignationis ſupplicationem in infirmitatem incidens conſentiat, niſi vixerit dies viginti connumerandos à die conſenſus huiuſmodi, beneficium vacabit per obitum. Rebuff. gloſſ. 2. de infirm. benefic. reſign.*

[b] *Notariorũ Cameræ Apoſtolicæ officio intereſt duntaxat recipere conſenſus reſignationũ beneficiorum, iuxta tenorem ſupplicationum ſignatarum vel ſignandarum. Caſſiod. in reg. cancell. de renunt. deciſ. 2.*

Pius Quartus.

*Beneficiorum fraudulentæ * permutationes prohibentur.*

Cap. V.

SANCTISSIMVS in Chriſto Pater, & Dominus noſter, Dominus Pius diuina prouidentia Papa IIII. ad cuius aures peruenit, nonnullos beneficia eccleſiaſtica per eos obtenta, in amicorum aut alias ſibi gratarum perſonarum fauorem etiam in ordinariorum illorum collatorum manibus, contra iuris diſpoſitionem, reſignare cupientes, certam fictę permutationis formam excogitaſſe, per quam ſe beneficia huiuſmodi ex cauſa permutationis, alias de iure [a] approbatæ, pro quodam imaginario nec vſquam reperibili beneficio (quod beneficium de Pertica, ſeu alio nomine vocant) illud p ſuppoſitiuum compermutanté ſuum obtineri aſſerẽtes,

&c non

& non alias, in dictis manibus reſignãt, taleſque reſignationes ex cauſa prætenſæ pmutationis admitti, ac de ſuis veris beneficiis, tanquã per dictas reſignationes vacantibus, eiſdem fictis compmutationibus ſeu potius ipſimet compmutantes ſibi prouideri procurant, hac indirecta via beneficia in aliorum fauorem ſimoniacè reſignando in ſacrorum canonum fraudem, & animarum ſuarum periculum.

Proinde conſiderans illud fictitium de Pertica aut alias nuncupatũ incertũ, incorporeum, & inane, nullibiq; reperibile re vera non eſſe beneficium, ac propterea verã cum eo pmutationem fieri non poſſe (tametſi non deſint qui ſubtili potius quã vera rõcinatione contrarium pertinaciter aſſeuerare nitãtur) ac propterea eccleſiã ſanctã curæ ſuæ diuinitus cõmiſſam hoc prauo abuſu, fraudulentoq; conuento ſalubriter emundare volentes, hac ppetuo valitura conſtitutione prohibuit, ne quis de cætero tales permutationes ſimulatas facere, neq; beneficium de Pertica, aut aliud huiuſmodi fingere: neue locorum ordinarii ſeu quiuis alii reſignationem alicuius beneficii ex cauſa prætenſæ permutationis cum beneficio de Pertica huiuſmodi, ſeu quouis alio quocunque nomine ſic doloſè & in fraudem nominato factæ, vel faciendæ, tanquam meram fraudem ſapientem tanquam verè & virtualiter in fauorem alterius factam, ac propterea illicitam admittere præſumant. Decernentes omnes & ſingulas beneficiorum reſignationes, prætextu permutationis huiuſmodi, earumque ſubſecutas admiſſiones, ac prouiſiones, & alias diſpoſitiones quauis etiam Appſtolica auctoritate faciendas, nullas & irritas, nulliuſq; fore roboris vel momenti, irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper

his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

* *Beneficiati poſſunt liberè tractare de permutatione fienda, non tamen debent illam concludere, ſed ſupponere ſe diſpenſationi ſuperioris.not.Ioan.And.in cap.vnic.de rerum permutat. in fine.*

NOT. * Fraudulenta permutatio his dignoſcitur indiciis. Vbi nimirum ſumma elucet beneficiorum inæqualitas & perſonarum coniunctio, cui ſemper indebitus fauor intercedit. Reſignatio permutatione beneficii conſenſu Pontificis aut prælati in fauorem alterius deſignatæ perſonæ, nullo modo improbatur.Bellam.deciſ.343.Solus de iuſt.& iure.lib.9.q.7.

Tit. XVI.

De fructuum beneficij reſtitutione.

Leo Decimus, In Concilio Lateranenſi.

Suſceptos fructus, clericus omittens dicere officium, reſtituere debet.

Cap. I.

STATVIMVS & ordinamus quod quilibet habens beneficium cum cura vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes * ab obtento beneficio diuinum officium nõ dixerit legitimo impedimento ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus non faciat ſuos pro rata omiſſionis officii & temporis, ſed eos tanquam iniuſtè perceptos in fabricas eccleſiarum eiuſmodi beneficium, vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur, ſi verò vltra dictum tempus in

pus in ſimili negligentia contumaciter permanſerit, legitima monitione præcedente, beneficio ipſo priuetur, cum propter officium detur beneficium. Intelligatur auté officium omittere quoad hoc quod eſt de beneficio priuari poſſe, qui p quindecim dies illud ſaltem his non dixerit, Deo tamen vltra prēmiſſa debita omiſſione reddituri rationem. Quæ pœna in habentibus beneficia reiterabilis totiens fit, quotiens contrafacere conuincatur.

[a] *Horarum canonicarum recitatio neglecta, clericum reddit fructuum perceptorum omiſſionis tempore reſtitutioni obnoxium. Cald. in cap. primo, de rel. miſſ. Decius in cap. cum omnes. 2. lectu. col. 2. Adrian. in 4. ſent. in tract. de reſtit.*

NOT. * *Sex menſes.*) Dominicus de Solo vocum harum ſic ſcrupulos aliquid erroris cōdentes, diſcuſſit, vt ſit ſenſus: Quod qui per ſex menſes ab obtento beneficio, vel quamlibet eorum partem officium non dixerit, ſolum teneatur ad reſtitutionem pro rata, elapſo verò ſemeſtri, ſi poſt admonitionem in quindecim diebus bis non orauerit, beneficio priuetur. eſt ergo concluſio, quod quæcunque horarum omiſſio cum primum quis habet beneficium eum ad reſtitutionem fructuum obligat.

Pius Quintus.

Fructuum amiſſio ob neglectas horas canonicas pro rata temporis præteriti officij perpēditur.

Cap. II.

EX proximo Lateranenſi Concilio [a] pia, & ſalubris ſanctio emanauit, vt, quicunq; habens beneficium eccleſiaſticum, cum cura, & ſine cura, ſi poſt ſex menſes, quam illud obtinuerit, diuinum officium, legitimo ceſſante impedimento,

mento, non dixerit, beneficiorum ſuorum fructus pro rata omiſſionis officii, & temporis, ſuos non faciat, ſed eos tantum iniuſtè perceptos in fabricas ipſorum beneficiorum vel pauperum eleemoſynas erogare teneatur. Veruntamen multorum animi ſuſpenſione tenentur, cuiuſmodi ratæ prædictæ ratio ſit habẽda. Nos huic rei euidentius, atque expreſſius prouidere volentes, ſtatuimus, vt qui horas omnes canonicas vno, vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficii, ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur: qui verò matutinum tãtum, dimidiam: qui cęteras omnes horas, aliam dimidiam, qui harum ſingulas, ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat: tametſi aliquis choro addictus non recitans omnibus horis canonicis cum aliis præſens adſit, fructuſque & diſtributiones fortè aliter aſſignatas, ſola præſentia iuxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationem, vel alias ſibi lucrifeciſſe prætendat. Is etiam præter fructuum, & diſtributionum amiſſionem. Item ille, qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſauerit, graue peccatum intelligat admiſiſſe. Declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia obtinentes, cum prædictis pariter contineri. At quicunque penſionem, fructus, aut alias res eccleſiaſticas vt clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum officium paruum beatæ Mariæ virgnis decernimus obligatum, & penſionum, fructuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium. Romæ 12. Cal. Octob. 1572.

[a] *Concil. Lateranen. ſeſſ. 9. Dominicus de Soto quæſt. 5. art. 6. lib. 10.*

lib. 10. hoc decretum prudenter interpretatur. Menochius verò Iuriſconſultus Patauinus de arbitr. iud. lib. 2. cent. 5. caſ. 429. certis medijs hanc pœnam minuere contendit.

Iulius Tertius.

Tempore obitus, beneficij fructus tranſeunt ad ſucceſſores, non ad hæredes.

CAP. III.

NOSTRÆ intentionis nunquam fuit, quod quiuis quorumcunque beneficiorum [a] etiam Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum & aliorum Prælatorum, etiam Cardinalium vbilibet, etiam in Romana Curia, aut diſtrictu, pro tempore decedentium, ſiue ex teſtamento, per ipſos beneficiatos etiam vigore facultatum quarumcunque eis in ſpecie, vel in genere, etiam prætextu quorumcunque capitulorum, ac ſtatutorum, & ordinationum, etiam noſtrorum, ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac alias quomodolibet conceſſorum condito, ſiue ab inteſtato hæredes, fructus, &c. ac pecunias, & res alias per ipſos ſic defunctos beneficiatos, etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & alios Prælatos ac Cardinales ante eorum obitum non exactos, ét ſi pro tẽpore ante obitum huiuſmodi decurſo * debeantur, ac eorum ſolutionis dies beneficiatis, & Cardinalibus viuentibus aduenerit, & per ipſos beneficiatos, & Cardinales non ſteterit quo minus illos exegerint, quinimmo omnem pro illorum exactione neceſſariam diligentiam, etiam iudicialiter agendo fecerint, quoquo modo exigere, aut etiam ſponte oblatos percipere.

[a] *Vacan-*

a *Vacantium beneficiorum fructus debent conuerti in eccleſiæ vtilitatem, vel reſeruari futuro ſucceſſori. text. in c. quia ſæpe. de elect. in 6. c. ſi propter. de reſcript. eod. lib.*

NOT. * *Decurſo debeantur.)* Diſpoſitio fructuum beneficii cuiuſnam eſſet defuncto poſſeſſore interrogatus Hoſtienſis, reſpondit, illos debere diuidi, vltimi anni potiſſimum pro rata temporis inter eccleſiam & ſucceſſores clerici, ſicut dicitur in viro & vxore, ſoluto matrimonio. vt in l. diuortio. ff ſolut. matrimonio. de quo per Ioan. And. in c. 2. de fideiuſ. in 6. Spec. in tit. de fructibus & intereſſe. §. 1. in princip. Bal. in l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ.

LIBRI PRIMI FINIS.

SEPTI-

SEPTIMI DECRETALIVM LIBER SECVNDVS.

TIT. I.

De foro competenti & iuriſdictionis ordinariæ poteſtate.

Martinus V.

Laicis in clericos nulla poteſtas, & ideo eccleſiaſticorum cauſæ in foro iuriſdictionis ordinariæ debent decidi.

CAP. I.

AD reprimendas inſolentias tranſgreſſorum, eorumque præſumptionem refrenandam, ſi neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ léteſcat, eorũ voluntas procliuior fit d peccandum, & exẽplum impunitatis periculoſius 1 alios deriuatur. Propter quod ad præſidentis officium pertinet, ſic debitam executionem adhibere ſtitiæ, quod commiſſa iam puniat, & committenorum in poſterum audaciam interdicat. Sane, ſicut ſplicẽter accepimus, nonnulli diuerſorum regnom, * & terrarum iudices, aliique officiales laici, & cales perſonę, iuriſdictionem in temporalibus excentes, exercerique facientes, non attendentes, ꝙ is in clericos, & eccleſiaſticas perſonas, & illorũ bona,

bona, nulla ſit attributa [a] poteſtas, prætextu huiuſmodi (quod aſſerant in ſuis dominiis ad ſe pertinere coercere via facti, quę vere & fictè attentata aſſeruntur, etiam in quocunque loco ſacro, vel religioſo quantumcunque Deo dicato, ex quacunque cauſa, etiam ſi ratione delationis corporis Chriſti, collationis Sacramentorum, & beneficiorum eccleſiaſticorum venditionis factarum, aut aliarum rerum, & bonorum ad eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas pertinétium quomodocunq;, etiam ſi ſola negatione, vel affirmatione facti interueniat, & ad eos recurratur, cognitionem ad ſe ſpectare, pro eo quod factū & nouitas, quæ prætenduntur, etiam ſine alia violentia, quamuis in loco ſpirituali, & in loco ſacro ſiue religioſo, eo quod immediate, vt prætéduntur, ſpiritualia non exiſtant) propterea miniſtros eccleſię, & perſonas eccleſiaſticas, quantumcunq; res, cauſa, vel occaſio vnde dependeat, & deriuātur, pia, ſacra, vel eccleſiaſtica ſit, aut ſpiritualis, ad forum ſuum, & ipſarum cognitionem trahunt, & reſpondere cogunt: necnon procuratores fiſcales in curiis temporalibus multotiens agere procurant, ad quos (quod deterius eſt) nonnulli prælati, & perſonæ eccleſiaſticæ in ſuperbiam, & elationem dati, ad ſuperandum, & ſibi ſubiiciendum per tales inuentiones, & cautelas, alias perſonas eccleſiaſticas, & religioſas, habent plerunque recurſum; & propterea in eiſdem regnis, & terris, ciuitatibus, caſtris, & locis, auctoritas, & iuriſdictio eccleſiaſtica penitus abſorbentur: & nihilominus ipſi laici iudices, alios laicos reſpondent in foro eccleſiaſtico ſuper rebus quantumcunq; eccleſiaſticis, vel ſpiritualibus, & concernentibus immediate eccleſiaſticas perſonas, ne reſpondeant, & iudicibus eccle-

cleſiaſticis, ne cognoſcant inhibitiones fieri ſub
...aiibus pœnis temporalibus faciunt, & procurant,
ſi ſecus fecerunt, emendam pecuniariam exceſſiuã
...igere, ac vaſtatores in domibus, & aliis piis locis
ecleſiaſticis, & religioſis, inducere, ac loca ipſa, per-
naſq; eccleſiaſticas, iocalibus, & paramentis eccle-
ſiaſticis, & bonis mobilibus, ac aliis ſpoliare, illaque
...ndere, & alienare, fructus quoque & prouentus
... temporalitatem ad manus ſuas ponere, necnon
...uerſas iniurias, & moleſtias reales, & perſonales e-
...dem perſonis eccleſiaſticis inferre non verentur,
... Dei offenſam, animarum ſuarum periculum, ec-
...cleſiaſticæ libertatis vilipendium, & plurimorum
...grauamen, præiudicium, & iacturam. Nos igitur ad-
...uerſus talia præſumentium temeritatem, remedia
...ponere, & ſuper his ſalubriter prouidere cupien-
...s, ac Concilii [b] Mileuitan. ac fœ. re. Innocentii Pa-
... III. prædeceſſoris noſtri conſtitutionibus ſuper
...oc editis, auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia,
...c noſtra irrefragabili conſtitutione perpetuo du-
...tura, tenore præſentium ſtatuimus, decernimus, ac
...iam ordinamus, quod omnes & ſingulæ perſonæ
...cleſiaſticæ ſeculares, & regulares ordinum quorũ-
...et, quacunq; exceptione ſuffultæ, etiamſi Patriar-
...ali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, Abbatiali, vel alia
...uis præfulgeant dignitate, quæ aliam perſonam
...cleſiaſticam, collegium, vel cõuentum, in actione
...li, mixta, vel perſonali, ciuili, vel criminali, etiam
...caſione cuiuſcunque ſubmiſſionis, etiam iuramẽ-
... vallatæ, vel aliàs ad forum, ſiue iudicium laicale,
...recte vel indirecte (de qua in foro eccleſiaſtico or-
...nari conſueuerit) poſſit, vel debeat, de iure, vel de
...nſuetudine, aut alias cognoſcit, trahere præſum-
pſerit,

pſerit, cauſam ipſam, & omne ius ei, ſiue eis, in poſſeſſorio, vel petitorio, in re, vel ad rem, cauſa, vel occaſione huiuſmodi quomodolibet competens, eo ipſo ** perdant penitus, & amittãt, & ſingulares perſonæ, excommunicationis; capitula vero, & conuentus, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias incurrant ipſo facto; & ſi perſonæ ipſæ, & eis in præmiſſis adhærentes, & ſeruientes, in aliquo rebelles fuerint, & incontinenti nõ obedierint, omnes illas per priuationem ſuorum beneficiorum eccleſiaſticorum quorumcunque, quæ obtinebant, & in quibus, & ad quæ ius quomodolibet competit, & inhabilitationem ad alia in poſterum obtinenda, coerceri & compelli volumus antedictas. Et nihilominus omnes & ſingulos iudices, & executores, communitates, dominia, laicos, & laicales perſonas, poſtquam exceptum fuerit de non iuriſdictione eorum, aut euidenter appareat huiuſmodi cognitionem ad eos de iure non ſpectare, talia præſumentes, & ea fieri mandantes, ſeu eorũ nomine, & mandato facta, rata habentes, vel eis faciendis dantes auxilium, conſilium, vel fauorem, cuiuſcunq; præeminentiæ, dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, ſeculares perſonas, eorum videlicet ſingulos officiales, quocunq; nomine cenſeantur, & conſiliarios & priuatas perſonas, quę premiſſorum principales perpetratores exiſterent excommunicationis ſententiam incurrere volumus ipſo facto, nulluſque ab eiſdem ſententiis, per alium quam per Romanum Pontificem pręterquã in mortis articulo conſtitutus, abſolui valeat, ſiue poſſit: & præmiſſa omnia, non tantum ad futura, ſed etiam ad præſentia, & pendentia extendimus auctoritate memorata; quodq; etiam procurator fiſcalis cauſarum

Cu.

Cu. Cameræ Apoſtolicæ contra culpabiles in præmiſſis deſuper ſummaria informatione præhabita, p ſe vel alium ſeu alios, agere &procedere poſſit & valeat, nihilominus concedentes.

[a] *Clericus non poteſt conueniri ſub iudice ſeculari. Sum.Hoſtien.tit.1.§.quæ ſint neceſſ.& ſi citetur, comparere non tenetur. per gloſſ.in c.conuenit.in verb.congrueret.23.q. 8. & in c.placita.in gloſſ.fin.15.q.4. Old. conſ. 83. An Epiſcopus. Hæc exemptio à foro iuriſdictionis ſecularis vt antiqua ſic vbique recepta eſt. in c.quanquam.de cenſibus.in 6.Rom.in ſing.424.Abb.Felin.& Dec.2.col.in c.eccleſia S.Mariæ.*

[b] *Adde huius Concilij decretis factum Conſtantini Imperatoris ad Nicæam Synodum, qui cum querelam quorundam clericorum ad ſe delatam intellexiſſet, exclamauit:* Vos à nemine iudicari poteſtis, quia ad Dei ſolius iudicium reſeruamini. *Gratian.in cap.continua.21. quæſt.1. & in c.futuram.12.quæſt.1.*

NOT. * *Diuerſorum regnorum iudices.*) Generale eſt priuilegium clericorum nec locorum aut regnorum variis ritibus aut iuriſdictionibus mutari aut labefactari poteſt, & Princeps quantumcunque præpotens & ſummus exiſtat, propriis legibus illi obeſſe nequit. Credibile enim eſt a primæuis temporibus omnes Principes huic immunitati cõſenſiſſe. in c. nouit. de iudic. & libertati eccleſiaſticæ ipſos nolle detrahere. & c. nouerint. de ſentent. excommu. in c. eccleſia de conſtit. & c. vltim. de reb. eccleſ. Conſule 4. ſentent. Dominici de Soto, qui diſt.25.q.2.art. hæc dilucide tractauit.

NOT. ** *Eo ipſo perdant penitus.*) Declinare debent clerici forum laicale, cum infeſtiores ſint laici clericis, minorique affectu in eos ducantur, vt eorum iuri patrocinentur, quamobrem vult actiones omnes rumpi & nullius eſſe conſequentiæ, quæ in his tribunalibus aduerſus clericos moliuntur. c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. & c. ſi diligenti. de foro comp. Priuilegium namque fori clericorum eſt de iure diuino, vt in Pſalmo 21. Nolite tangere Chriſtos meos. Doct. Innoc. in c. 2. de maior. & obed. & per Card Florent. in rep. c. perpendimus. de ſentent. exec. Vt autem iure hoc ſingulari clericis duntaxat in ordinis

verè auguſti gratiam conceſſo gaudere poſſit & valeat, duo copulatiuè obſeruare debet, tonſuram nimirum & habitum, hoc eſt, togam clericalem. Do. Flo. in repet. ſupradict. & gloſſ. ordin. ver. & tonſuram. in Cle. 2. de clericis coniugatis Panorm. in c. ij. 1. num. 5. & quod ibi nota. in Apoſtil. ad ipſum. in ver. ipſo facto. de Apo. Clericus ſiquidem gaudet priuilegio eo tempore quo defert, licet tempore, quo non deferr, ſit ſuſpenſus. Et quando portabit, gaudebit eo, nec perditur niſi labente tempore vſque ad reaſſumptionem. vt not. in c. fin. de vita & honeſt. clericor. Et quamuis grauia delicta committat habitus & tonſura cum tuentur in priuilegio. Boſſ. in tit. de for. compet. num. 14. Clarus §. fin. q. 36. verſ. cæterum. Si militari habitu incedat, ſi aut laico, capiaturque in crimine, aut exceſſu commiſſo, priuatur priuilegii iure, nec fit de eo remiſſio ad iudicem competentem, vt eſt communis opinio Soarez in verſ. clericus. num. 105. Bonacoſ. & Boerius deciſ. 36. num 16. In huius rei faciliorem perceptionem vide Couarruuiam, tom. 1. practic. quæſtionum cap. 32. Et in quibus cauſis ciuiliter clericus coram laico iudice conueniatur, habes apud Stephan. Aufred. in repet. Clem 1. de off. c. ordin. Et Guid. Pap. q. 1. & 85. in deciſ. Gratia.

Vrbanus Sextus.

Laici iudices in priuilegij & ordinis clericalis iniuriam non poſſunt ſine culpa ſacrilegij clericos bannire aut relegare.

Cap. II.

Qvia, ſicut diſplicenter accepimus, nonnulli diuerſarum partium Principes, Marchiones, Duces, Comites, Barones, & alii nobiles, necnon poteſtates, Capitanei, Baiuliui, Scabini, Aduocati, Rectores, Iudices & Conſules, aliique officiales & conſiliarii ciuitatum, oppidorum, terrarum, caſtrorum & aliorum locorum, aliique laici, & laicales perſonæ, dominium, ſeu iuriſdictionem in temporalibus obtinentes, necnon ipſarum

ipſarum ciuitatum communia, & oppidorũ, caſtrorum, terrarum, & aliorum locorũ vniuerſitates, non attendentes quod laicis in clericos, & perſonas eccleſiaſticas, & illorum bona, nulla ſit attributa poteſtas, [a] nihilominus miniſtros eccleſiæ, etiam interdum in dignitatibus conſtitutos temeritate propria bannire, ſeu relegare, aut proſcribere non verentur. Nos aduerſus temeritatem huiuſmodi remediũ apponere cupientes, omnes & ſingulos talia præſumẽtes, & ea fieri mandantes, ſeu eorum nomine, vel mandato facta rata habentes, vel in eis faciẽdis dantes auxilium, conſilium, vel fauorem, ſi ſingulares perſonæ fuerint, cuiuſcunq; præeminentiæ, dignitatis, ſtatus vel conditionis exiſtant, earum videlicet ſingulas, ſi verò communitates vel vniuerſitates extiterint, omnes & ſingulos earum communitatum, & vniuerſitatũ poteſtates, capitaneos, baiuliuos, ſcabinos, aduocatos, rectores, iudices, conſules, & officiales, quocunq; nomine cẽſeantur, ac conſiliarios, & priuatas perſonas, quæ huiuſmodi ſacrilegii principaliores patratores exiſterẽt, excommunicationis ſententias incurrere, necnon quamlibet earundem communitatum, ſeu vniuerſitatum, ac illa ipſorum Principum, Marchionum, Ducum, Comitum, Baronum, nobilium, & aliorum quorumcunq; laicorum, & laicalium perſonarum talia pręſumentium, in quibus talia fierent, ciuitates, terras, oppida, caſtra, & alia loca, eccleſiaſtico interdicto ſubiacere volumus ipſo facto, nulluſq; ab eiuſdem ſententiis per alium quam per Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo, poſſit abſoluere, nec interdictum huiuſmodi per alium etiam relaxari. Romæ 4. Id. Decemb. 1362.

a Indecorum eſt clericos à laicis iudicari, quod eſſet contra iuris præcepta. cap. nullus. cap. ſi diligenti. de foro competenti. & ſimilibus. quia penitus eſt interdicta laicis in clericos poteſtas & iuriſdictio, & ideo prohibetur ne Epiſcopus clericum ſibi laicum aſſumat contra clericalis ordinis priuilegium. gloſſ. in cap. ſignificaſti. de foro competent. in verb. clerici. in fin.

Leo Decimus, In Concilio Lateranenſi.

Exemptionis priuilegio abutuntur Canonici ordinariorum forum ſubterfugientes, & impunitatem ſcelerum ſimulantes, quamobrem eorum cauſæ iuriſdictioni eccleſiaſticæ diſcutiendæ tradantur.

Cap. III.

REGIMINI vniuerſalis eccleſiæ (diſponente Domino) præſidentes, iuxta paſtoralis officii debitum, libenter intendimus vtilitatibus ſubditorum, & ad conſeruandam [a] libertatem eccleſiaſticam, & remouenda ſcandala, ponendam concordiam, & nutriendam quietem inter eccleſiarum prælatos, & eorum ſubditos, eo propenſius Apoſtolicæ ſolicitudinis ſtudiũ adhibemus, quo diſſenſionem talium fore diſpendioſam experimento comprobatur, necnon indulta pariter & priuilegia eiſdem ſubditis in ipſorum prælatorum diſpendium, tam per prædeceſſores noſtros, quam ſedem Apoſtolicam conceſſa, ita libenter moderamur, ne exinde ſcandala procedãt, neue ex his vlla detur materia malignãdi, & perſonæ eccleſiaſticæ a bono obedientiæ, nec non diuini perſeuerantia ſeruitii nullatenus

atenus retrahatur. Sanè nuper ad noſtrum relatio fide digna peruenit auditum, quod Canonici Patriarchalium, metropolitanarũ, & cathedralium, & collegiatarum eccleſiarum, & alii clerici ſeculares plura præſumunt, quæ ipſis infamiam nõ paruam pariunt, & aliis inferunt læſionem, [b] prætextu exemptionis, & libertatis à dicta ſede obtentæ, ordinariorum correctiones & ordinationes ſubterfugiunt, ac eorum forum, ſiue iudicium declinant, nonnulli etiam impunitatem ſuorum exceſſuum per priuilegium exẽptionis obtinere ſperantes, exceſſus ipſos committere non verentur, quos niſi per exemptionem qua gaudent, crederent ſe defendi, nullatenus fuiſſent commiſſuri.

Hinc itaque accidit, vt propter eorum audaciam, qui prætextu priuilegii exemptionis, impunitatem exceſſuum obtinere confidentes, nonnulla multotiens committant enormia, per quę plurimum diffamatur eccleſia, & ſcandala grauia gerantur, potiſſimè autem cum talia per eos, ad quos horum ſpectat correctio, incorrecta remaneāt, ſeu illi ad quos ſpectat illa punire, negligunt. Nos volentes ne eo prætextu delicta remaneāt impunita, morbo huiuſmodi neceſſariam adhibere medelam, ſacro approbante Concilio, ſtatuimus, vt de cætero illi, quibus exẽptorum correctio & punitio à dicta ſede demandata eſt, circa illam vigilanter intendant, & diligenter officii ſibi commiſſi debitum exequantur, & quamprimum eis exemptos ipſos deliquiſſe legitimè conſtiterit, ita [c] eoſdem exemptos delinquentes puniant, quod iidem exempti metu pœnæ à ſuis arceantur inſolentiis, & alii eorum exemplo perterriti, proſilire ad ſimilia merito perhorreſcant.

Et ſi circa hoc negligentes fuerint diœceſani, & alii locorũ ordinarii, eoſdem, quibus exemptorũ correctio huiuſmodi cõpetit, pſonaliter, ſi illorum copia, & notitia haberi poterit: alioquin, vel ſi nullu in partibus exemptorum ipſorũ certus inde fuerit, eos quorum ſua in præmiſſis intereſſe putauerint, per edictum publicum, cathedralium, ſeu aliarum eccleſiarum locorum, in quibus exemptorum iudices huiuſmodi reſidere, ſeu nullius eorundem exemptorum iudicibus exiſtentibus, ipſos exemptos deliquiſſe contigerit, valuis affigendum, moneant, vt ipſi, tales exemptos delinquentes, & criminoſos puniant, & caſtigent infra competentem terminum, monentium ipſorum arbitrio moderandum. Et ſi ipſi moniti in hoc negligentes fuerint, & id adimplere neglexerint, ſeu recuſauerint, tunc vt in eo in quo deliquerint puniantur, cognitione huiuſmodi ea vice ſint priuati, & ſe non intromittant vllatenus de eiſdem: ſed diœceſani, & alii locorum ordinarii huiuſmodi, contra tales exemptos delinquentes, & criminoſos, auctoritate noſtra ad inquiſitionem, vel per accuſationem, ſine aliquibus tormentis, procedere, & teſtes per ſeipſos examinare poſſint, ac proceſſum ipſum (quem ratione ſolennitatis iuris, præterquam ratione citationis omiſſæ, dummodo delictum alias rite probatum fuerit, nullum allegari vel dici poſſe prohibemus, ſed per eos habitum, clauſum, & eorum ſigillo munitum, ad ſedis Apoſtolicæ examen, ipſorum exemptorum delinquentium expenſis, etiam in ipſo proceſſu factis, ad quarum ſolutionem ordinarii ipſi poſſint eoſdem inquiſitos & accuſatos compellere, per proprium, vel alium nuntium quanto citius deſtinare procurent) apud

eandem

eandem ſedem, per Romanum Pontificem vel alium, cui duxerit committendum, diligenter examinandum, & ita culpabiles repertos quod ad condemnationem, vel propter ſufficientia indicia, propter quæ ad torturam pro veritate exquirenda procedi valeat, ad ipſos diœceſanos, ſeu ordinarios per eos auctoritate noſtra in cauſa inquiſitionis, ſeu accuſationis, vlterius legitime procedendum, & cauſam ipſam, prout iuſtum fuerit, terminãdam, remittendum. Notarii autem dictæ ſedis, quorum officium in ipſis primitiuæ eccleſiæ initiis, à fœl. record. Clem. Papa I. ad ſanctorum geſta [d] perquirenda, atque conſcribenda noſcitur inſtitutum, ad Protonotariatus officium aſſumpti, habitum & rochettum deferentes, & alii noſtri & dictæ ſedis officiales actu ſua officia exercentes, tam in ciuilibus quam in criminalibus, ab omni ordinariorum iuriſdictione ſint exempti. Alii verò Notarii habitum Protonotariatus non deferentes, niſi illum infra trimeſtre, poſt præſentium publicationem aſſumpſerint, & ipſi ac alii in poſterum aſſumendi, habitum, & rochettum huiuſmodi continuè non geſtantes, atque alii noſtri, & dictæ ſedis officiales, officia ſua actu non exercentes, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, ratione cauſæ ſummam 25. ducatorum auri de Camera non excedentis duntaxat, eorundem diœceſanorum & ordinariorum iuriſdictioni ſubiaceant. In ciuilibus verò cauſis ſummam huiuſmodi excedentibus, plena gaudeant exemptione, & à dictorum diœceſanorum, & ordinariorum iuriſdictione penitus ſint exempti.

Dignum quoque & etiam congruum, arbitrãtes, ꝙ ex ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinaliũ familiari-

bus illi duntaxat priuilegio exemptionis gaudeant, qui actu domeſtici, & continui ſunt commenſales, vel ab eiſdem Cardinalibus ad ipſorum exequenda negotia miſſi, vel qui recreationis cauſa ad tempus à Romana Curia abſentes fuerint, cæteris verò, etiam familiaritatis literas habentibus, quominus coher-tioni diœceſanorum & ordinatorum eorundē ſub-iaceant, familiaritatis huiuſmodi priuilegium nulla-tenus ſuffragetur, & cum eiſdem diœceſanis, vt mo-naſteria monialium ſedi Apoſtolicæ immediatè ſub-iecta, in eorum diœceſibus conſiſtentia, ſemel in an-no viſitare poſſint, per conſtitutionem in Concilio Viennenſi editam, quæ incipit, Attendentes. plena fuerit data facultas, illam innouamus, ac exemptio-nibus, & priuilegiis quibuſcunque non obſtantibus, diſtrictè ſeruari præcipimus & mandamus. Per præ-miſſa quoque eiſdem diœceſanis & ordinariis, caſi-bus quibus in exemptos à iure iuriſdictio cōceſſa eſt, nullatenus præiudicium generetur. Exemptiones autem de cætero abſq; rationabili cauſa, & quorum intereſt minimè citatis, pro tempore conceſſas, nul-lius roboris & momenti eſſe decernimus.

Et cum eccleſiaſticus ordo confundatur, ſi ſua v-nicuique iuriſdictio non ſeruetur, ordinariorum iu-riſdictioni (quantum cum Deo poſſumus) fauere, ac litibus finem celerius imponi, & litigantium immo-deratis ſumptibus, & expenſis parci ſatagentes, ſta-tuimus & ordinamus, quod ſingulæ cauſæ, tam ſpiri-tuales quam ciuiles & mixtæ, forum eccleſiaſticum quomodolibet concernentes, & beneficiales (dum-modo beneficia ipſa generaliter reſeruata non fue-rint, & ipſorum ſingulorum beneficiorum fructus, reditus, & prouen. 24. ducatorum auri de Camera,

ſecun-

ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum non excedant) in prima inſtantia extra Romanam Curiam, & in partibus coram ordinariis locorum duntaxat cognoſci, & terminari, ita quod nulli ante diffinitiuam ſententiam liceat appellare, nec appellatio (ſi fuerit emiſſa) vllatenus admitti, niſi ab interlocutoria quæ vim habeat diffinitiuæ, vel è grauamine minimè concurrente negotium principale, quod per appellationem à diffinitiua ſententia reparari non poſſit, niſi aliter collitigantiū aduerſarii ſui potentia merito perhorreſcens, ſeu alia probabili, & honeſta cauſa aliter quam per proprium iuramentū ſaltem ſemiplenè probata, coram ordinario non auderet litigare. Eo enim caſu, cauſæ ipſæ, etiam appellationum, in dicta Curia, etiam in prima inſtantia, committi & cognoſci & terminari poſſint. Alioquin appellationes, & illarum, etiam aliarum cauſarum huiuſmodi commiſſiones in poſterum, & quicquid inde ſecutum fuerit, nullius ſint roboris vel momēti. Iudices autem, & conſeruatores à ſede Apoſtolica deputati, ſi in altero iurium graduati non fuerint, aſſeſſorem partibus non ſuſpectum, ab ipſis partibus vel earum altera requiſiti ſumere, & ſecundum eius relationem iudicare teneantur.

[a] *Libertatis eccleſiaſticæ ius Pontificia auctoritate tuetur.*

[b] *Prætextus exemptionis & priuilegij occaſio non ſit ſcandali.*

[c] *In priuilegiatos animaduerſio metu pœnæ.*

[d] *Protonotariorum officium in principio eccleſiæ primitiuæ a beato Clemente ad ſanctorum Martyrum geſta perquirenda atque ſcribenda fuit inſtitutum, vt legitur in hiſtoria S. Clementis Papæ & Fabiani. Vide Luc. de Penna, in rub. de magiſtris ſcriniorum. C. lib. 12.*

CAP. IIII.

Conſtitutiones editæ contra Principes ſeculares iuriſdictionis eccleſiaſticæ libertatem impedientes, confirmantur & innouantur.

ET quia ſæpius & multiplici relatione percepimus, quamplurimas eccleſias, & illis præſidentes Epiſcopos, tam citra quam vltra montes, vexari in eorum [a] iuriſdictionibus, iuribus & dominiis, ac turbari à domicellis, Principibus, & nobilibus eorundem, qui ſub colore iuriſpatronatus, quod in beneficiis eccleſiaſticis habere confingunt, nullo priuilegio Apoſtolico ſuffulti, ſine ordinariorum collationibus, & literis, & abſque aliquo ſaltem colorato titulo, beneficia non ſolum clericis, ſed etiam laicis conferre, ſacerdotes & clericos delinquentes ad eorum libitum punire, decimas omnium rerum, & ad quarum ſolutionem de iure tenentur, ac cathedralium, & alia quæ legis diœceſanæ, & iuriſdictionis ſunt, & ad ipſos Epiſcopos duntaxat pertinent, temere auferre, fraudare, vſurpare, ſeu vt præmiſſa fiant mandare, ac ipſa & fructus quoſcunque ne a ciuitatibus, terris & locis eorum extrahantur prohibere, feuda, poſſeſſiones, & prædia occupare, & indebitè detinere, ſeu ad feuda & bona ipſarum eccleſiarum eis concedendum, ac eccleſiaſtica perſonis per eos nominatis conferendum, minis, & terroribus, ac aliis viis indirectis inducere, & compellere, & alia quamplurima damna, iacturas, & iniurias, eccleſiis & earum prælatis ac clericis præfatis inferri, non modo permittere, ſed etiam expreſsè mandare præſumant. Attendentes igitur quod laicis in clericos & perſonas eccleſiaſticas, ac bo-

ac bona eccleſiaſtica, non eſt attributa [b] facultas, atque æquum & iuſtum eſſe, vt in eos iura inſurgant, qui illa offendere præſumunt.

Necnon conſiderantes quãtum ex his tam noſtro & Apoſtolicæ ſedis honori quã perſonarum eccleſiaſticarum quieto & proſpero ſtatui, nõ ſine damnanda pernicie derogetur: ac cupientes, eos quos ad obſeruantiam iurium, virtutum præmia non inducunt, tam adiectarum exaggeratione pœnarum, quam adiiciẽdarum de nouo formidine, à temerariis auſibus refrenare, omnes & ſingulas conſtitutiones, quæ ſuper decimarum ſolutione, & cõtra violatores, & raptores eccleſiarum, & incendiarios, agrorum depopulatores, & tam S.R.E. Cardinalium, quam venerabiles fratres noſtros Epiſcopos, & alias perſonas eccleſiaſticas, ſeculares & regulares capientes, detinẽtes, & eorum iuriſdictionem & iura quomodolibet indebitè occupantes, aut eos in eorum iuriſdictionis exercitio perturbãtes, ſeu moleſtantes, eos quoq; ad conferẽdum beneficia eccleſiaſtica perſonis per eos nominatim, aut alias de illis pro eorum libito voluntatis diſponendum, & feuda ac bona eccleſiaſtica in emphiteoſim concedendum, aut alias vendendũ, temerè compellentes, necnon ſtatuta contra libertatẽ eccleſiaſticã facientes, & ad præmiſſa auxiliũ, cõſiliũ, vel fauorẽ p̃ſtantes, hactenus emanarũt, innouamus.

Et cum ea nedum iuri cõtraria, ſed ẽt eccleſiaſticæ libertati opprobrioſa ſint quãplurimum & aduerſa, vt de officio nobis credito dignã Deo poſſimus reddere rõnẽ, affectibus & monitis paternis, Imperatorẽ, Reges, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & quoſcunque alios alterius cuiuſcunque nobilitatis, præeminentiæ, potentiæ, ſeu poteſtatis, excellentiæ,

vel

vel dignitatis exiſtentes, attente hortamur in Domino, eiſdem in virtute ſanctæ obedientiæ mandantes, vt ipſi conſtitutiones prædictas obſeruent, & faciant etiam à ſuis ſubiectis inuiolabiliter obſeruari, quacunque conſuetudine contraria non obſtante, ſi diuinam offenſam, & ſedis Apoſtolicæ debitam vitare voluerint vltionē: ac collationes de dictis beneficiis ſic factas nullas & irritas nihilominus eſſe decernimus, ac illis vtentes, reddantur inhabiles ad alia beneficia eccleſiaſtica obtinenda, donec cum eis ſuper hoc per ſedem prædictam fuerit diſpenſatum. Maturè quoq; conſiderantes, quod poſt Chriſti ad cœlos aſcenſionem, Apoſtoli per ſingulas vrbes & diœceſes, [c] Epiſcopos diſtribuerunt, ſicut ſancta Romana eccleſia per orbem conſtituit eoſdem Epiſcopos, in partem ſollicitudinis vocando, onera gradatim diſtribuendo per Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, ac ſacris etiam canonibus fuerit diffinitum, per eos pro morum correctione & controuerſiarum deciſione, & determinatione, ac mandatorum Domini obſeruatione, fieri debere Concilium prouinciale, ac Synodum Epiſcopalem, vt deprauata corrigerentur, & illa facere negligentes, canonicis pœnis ſubiacerent, cum conueniat nos circa ea quæ rempublicam Chriſtianam concernunt, eſſe intentos, deſiderantes canones ipſos firmiter obſeruari, eiſdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis & Epiſcopis diſtrictè iniungimus, vt de officio eis cōmiſſo dignā Deo poſſint reddere rationem, canones, Concilia, & Synodos huiuſmodi fieri mandantes, quocunq; priuilegio non obſtantibus inuiolabiliter obſeruent, præterquam quo ad Concilium prouinciale, quod de cætero ſingulis trienniis fieri mandamus, ad illaq; etiam

etiam exemptos accedere debere decernimus, priuilegio, ac conſuetudine quacunque contraria non obſtantibus. Circa hoc autem negligentes, pœnas in eiſdem canonibus contentas ſe nouerint incurſuros. Et cum conſtitutione in Concilio Vienneníi edita, quæ incipit, In pleriſque. vt Pontificiæ dignitatis honor ſeruaretur, ſtatutum fuerit, ne eccleſiis cathedralibus (ſine quibus ſpiritualia diu eſſe non poſſunt) priuatis, ac clero, & populo Chriſtiano carentibus, de aliquibus perſonis, præſertim religioſis prouideretur, conſtitutionem ipſam innouamus, inuiolabiliter obſeruari debere volumus, atque mandamus, niſi aliqua iuſta cauſa in conſiſtorio noſtro ſecreto approbanda, alias duxerimus faciendum. Nos enim quicquid contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum contigerit attentari, irritum decernimus, & inane, contraria quacunq; conſtitutione, vel priuilegio nõ obſtantibus.

[a] *Iuriſdictioni eccleſiaſticæ & eius libertati detrahitur, cum Principum placitu ſtatuta feruntur in eorum priuilegia. Hoſt. Ioan. And. Pet. de Peruſ. & Abb. in c. nouerint. de ſentent. excom. Cynus, Bartolus & Salycet. in auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccleſ. vel cum auferuntur aut minuuntur ea quæ conceſſa ſunt eccleſiis de iure communi, canonico, vel ciuili. Imol. in d. c. nouerint. Bal. in l. 1. C. de ſumma trinit. & fid. col. 2.*

[b] *Perſonæ & loca quæ ſunt de foro eccleſiaſtico, ſtatutis laicorum non ſubijciuntur, quia forum ſortiri, & ſtatutis ligari, à pari procedunt. Inn. in rub. infra de conſuetud.*

[c] *Hoc procedit non ſolum in clericis & in rebus eccleſiaſticis, ſed etiam in bonis clericorum, quia nõ ſunt de foro laicorum. text. in l. decernimus. Cod. de Epiſcopis audiendis. & not. Old. in conſil. 83.*

Pius

Pius Quartus.

Ordinariorum iuriſdictioni ſubeſſe debent Græci qui per varias Chriſtianæ ditionis ciuitates morantur, ne licentiores iamdudum recoctis & excuſſis hæreſibus ſuos inficiant.

Cap. V.

Romanvs Pontifex præcipuus æquitatis, & religionis aſſertor facultates, & gratias ab Apoſtolica ſede conceſſas, ex quibus tẽpore procedente animarum pericula, & inter catholicos ſcandala prouenire animaduertit, pro ſui paſtoralis officii debito maturè reuocare cõſueuit. Sane nonnulli locorum ordinarii nuper ad audiẽtiam noſtram referri curarunt, quod in quampluribus Regni Siciliæ citra, & vltra Pharum, & aliis Chriſtiani nominis ciuitatibus, & locis magna Græcorum tam religioſorum, & ſecularium clericorum, quam laicorum multitudo reperitur, qui eccleſiæ Græcæ mores & ritus obſeruantes, ſeque ſuos proprios eiuſdem nationis Prælatos habere, ac illis, non autem locorum ordinariis ſubeſſe, ſed immunitatum, aliorumque priuilegiorum ſibi per fœl. re. Leonem X. Paulum III. Iulium etiam III. & forſan alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & dictam ſedem antiquitus conceſſorum prætextu, ſe ab eorundem ordinariorum iuriſdictione, & ſuperioritate exemptos eſſe prætendentes, impunitate ſibi ꝓpoſita, in diuerſas hæreticas, nefariaſq; opiniones, & abſurda deliramenta paſſim prolabuntur, aſſerentes inter alias eorum blaſphemias nullũ eſſe defunctorũ purgatorium, Rom. Pont. aliquam in eos iuriſdictionem,

nem, vel auctoritatem habere negantes, indulgẽtias ab illo conceſſas damnãtes, eccleſiaſticas ſententias, & cenſuras ab eo latas ſpernentes, ſanctiſſimæ Dei genitricis virginis Mariæ, beatorum Apoſtolorum, & aliorum Dei ſanctorũ feſtiuitates ab eccleſia Ro. ſanctiſque Patribus ordinatas non obſeruantes, ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſuis infantibus in Baptiſmo exhibentes, inhumata defunctorum cadauera ſuperſtitione quadam impia, & plus quam barbarica è ſepulchris eruentes, igneq; comburẽtes, ordinariorum locorum, quos habitãt, viſitationem, iuriſdictionemque contemnentes, & eccleſiaſticam diſciplinam perturbantes; ac demum huiuſmodi aliiſque ſuis opinionibus erroneis atque ſacrilegis, populos Latinos inficientes, correctionem legitimã ſuæ prætenſæ exemptionis clypeo repellentes, in ſuis impietatibus abũſibuſque conſeneſcunt, & immoriuntur, in ſuarum, vicinorumque populorum, preſertim ſimplicium animarum perniciem, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur prouide conſiderantes eiuſdem ſedis intentionem nunquam fuiſſe, exemptionem, aliudue priuilegium à ſe conceſſum iri, * vt inde ſcelerum impunitas, & animarum periculũ emergat, abuſibus, & periculis huiuſmodi, quãtum cum Deo poſſumus, tempeſtiue obuiare volentes, ac quarumcunque exemptionum, aliorumque priuilegiorum dictis Græcis, eorumq; Prælatis, Rectoribus, Abbatibus, & aliis tam ſancti Baſilii, & alterius ordinis regularibus, quam ſecularibus, ac etiam laicis perſonis quocunque nomine nuncupatis, per præfatos, & alios quoſcunque Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem præfatam in genere, vel in ſpecie hactenus conceſſorum, ac etiam

iteratis vicibus approbatorum, & innouatorum, literarumq; deſuper confectarum, & inde ſecutorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habẽtes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes & ſingulas exemptiones, ac prout illas concernunt, deſup confectas literas præfatas, ad hoc videlicet, vt ipſi locorũ ordinarii quaſcunq; Græcorum eccleſias, monaſteria, prioratus, & alia pia loca tam ſecularia, quam cuiuſuis ordinis regularia, eorumq; Prælatos, ẽt ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, ac maiori dignitate præfulgeant, necnõ Abbates, Rectores, Miniſtros, & quaſuis alias eiuſdẽ nationis perſonas in ſuis ciuitatibus, & diœc. conſiſtentia, quoties opus fuerit, viſitare, ac in illis ſuam ordinariam iuriſdictionem, plenamque & omnimodam ſuperioritatem, in iis, quæ Dei cultum, Sacramentorum adminiſtrationem, & animarum ſalutem, hæreſumque extirpationem concernunt, exercere, & exequi libere, & licite valeant, reliquis ipſorum Græcorum in diuinis celebrandis, aliiſq; ritibus à ſede Apoſtolica approbatis, necnon priuilegiis, & gratiis Apoſtolicis intactis remanentibus, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac reuocatas, caſſatas, & annullatas eſſe, nec ipſis Græcis clericis, vel laicis, eorumue prçlatis, eccleſiis, cœnobiis, aut aliis piis locis in aliquo ſuffragari, ſed illos omnes & ſingulos locorum, in quibus moram traxerint, ordinariorum viſitationi, correctioni, punitioni, iuriſdictioni, & omnimodæ ſuperioritati in præmiſſis ſubeſſe, illiſque tanquam ſuperioribus ſuis, ſuarumque animarum paſtoribus humiliter obedire. Dat. Rom. 16. Feb. 1564.

[a] A mul-

a *A multis iampridem temporibus varijs erroribus inſaniuit Græcia. Leo Nonus per Epiſtolam Conſtantinum Imperatorem ſibi concilians, miſit tres legatos Conſtantinopolim ad conuincendos* XIIII. *Græcorum errores, qui vt ſimoniaci donum Dei vendebãt: vt Valeſii hoſpites ſuos caſtratos ad Epiſcopatum promouebant: vt Arriani rebaptizabant Latinos baptizatos in nomine ſanctæ Trinitatis: vt Donatiſtæ in ſola Aphrica, ſic illi in ſola Græcia orthodoxam Eccleſiam eſſe iactabant: vt Nicolaitæ nuptias Sacerdotibus concedebant: vt Seueriani maledictã dicebant legem Moſis: vt Pneumatomachi profeſſionem ſancti Spiritus è Symbolo detrahebant: vt Nazareni Iudaiſmum detrahebant, paruulos morientes ante octauum diem à natiuitate baptizari, mulieres in partu vel menſtruo periclitantes communicari, vel ſi paganæ eſſent, baptizari prohibebant. Latinos vocabant Azymitas, eorum Eccleſias claudebant, de fermentato ſacrificabant, Romanæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanã præponebãt.*

NOT. * *Priuilegium conceſſum iri, & indeſcelerum impunitas.*) Etſi priuilegia legis ius ſoluant, non tamen rationis & naturalis æquitatis poteſtatem, qua vitio & flagitiis reſiſtitur, euertunt. Ius enim ſingulare, vt inquit Paulus ff. de legibus eſt, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritate conſtituentium introductum eſt. Cauſæ autem requiruntur iuſtæ & in natura fundatę, quibus ceſſantibus, ceſſat nec porrigitur ad alias, ne vitiorũ foueat impunitam colluuiem.

TIT. II.

De inuaſoribus & occupatoribus bonorum Eccleſiæ.

Clemens VI.

Præter excommunicationis & interdicti pœnas, a beneficiis & priuilegiis arcentur occupantes & detinentes bona eccleſiæ.

Cap. I.

Etsi ſolertem adhibere vigilantiam ne quarumlibet eccleſiarum iura depereant, ex debito noſtri officii teneamur: in manutenendis tamen, defendendis, recuperandiſq; occupatis iuribus eccleſiæ Romanæ, ſponſæ noſtræ, quæ diſponēte Domino, caput [a] omnium, & magiſtra cæteris altiori dignitate præcellens maioribus eſt iuuanda præſidiis, & amplioribus honoribus attollenda, eſſe debemus ſolliciti & attenti. Ad obuiandum igitur peruerſis illorum conatibus, qui ſibi commoda, non ſe commodis patrimonii beati Petri in Tuſcia, quod iuris & proprietatis eiuſdem eccleſiæ fore, ac eidem immediatè ſubeſſe dignoſcitur applicantes temerè ciuitates, caſtra, & villas eiuſdem patrimonii ad eandem eccleſiam pertinentia & eorumque dominium, ſuperioritatem, aduocationem, capitaneatum, & iuriſdictionem in ipſius eccleſiæ graue præiudicium contra conſtitutiones & ordinationes olim per fœl.recor. Vrbanum IIII. & Ioannem XXII. ac diuerſos alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros editas non verentur diuerſis exquiſitis coloribus occupare, & ſibi in eiſdem dominium, ſuperioritatem, & præeminentiam vendicare, hac perpetua conſtitutione ſancimus, vt nulla ciuitas, vel communitas, nullaque ſingularis perſona cuiuſcunque conditionis, vel ſtatus exiſtat deinceps in aliquibus ciuitatibus, caſtris, ſeu villis ipſius patrimonii ad prædictam Roman. eccleſiam ſpectantibus, dominium, ſuperioritatem, capitaneatum, aduocationem, iuriſdictionem, ſeu aliquam præſidentiam ſeu præeminentiam prætextu cuiuſcunq; venditionis, ſubmiſſionis, recommendationis,

tionis,conceſſionis,recognitionis, obligationis,cõtractus vel pacti, aut cuiuſuis alterius cõmercii abſq; auctoritate ſedis Apoſtolicæ ſpeciali recipere audeat,vel ſibi dominium,præſidentiam, capitaneatũ, ſeu iuriſdictionem in prædictis ciuitatibus, caſtris, ſeu villis, ex quauis occaſione, cauſa quomodolibet vendicare: quodque ciuitates,& ſingulares perſonæ ſummiſſiones, ſuppoſitiones, & ſubiectiones, quaſcunq; iam in eas factas, & receptas ſeu de facto, cum de iure non teneant quomodolibet attentatas, dimittere teneantur, nec ciuitates, caſtra, ſeu loca alia quæ ſe eis,vt præmittitur, ſubmiſerunt, vel quomodolibet ſubiecerunt, virtute ſubmiſſionis, & ſuppoſitionis alicuius,vel cuiuſuis contractus titulo valeãt retinere,nullaque vniuerſitas,ſeu communitas ciuitatis, caſtri, ſeu villæ eccleſiæ Romanæ ſubiecta in terris patrimonii conſtituta alicui vniuerſitati, ſeu communitati, vel priuatæ perſonæ cuiuſcunq; conditionis, aut ſtatus exiſtat, ſe ſubiicere, ſubmittere, ſeu ſupponere valeat conſtituendo,recognoſcendo, ſeu profitendo ſe ſubeſſe alicui vniuerſitati, vel priuatæ perſonæ, ſeu ad eoſdem ſuper eos, & in ipſis ac dictis ciuitatibus, caſtris, & villis aliquam iuriſdictionem, dominium, capitaneatum ſeu quamuis aliam præeminentiam pertinere. Et ſi quæ ciuitates, caſtra, vel loca iam de facto ad ſummiſſionem & ſuppoſitionem aliquibus ciuitatibus, vel priuatis perſonis de ſe factam venditionis, donationis, vel cuiuſuis alterius contractus colore, vel titulo proceſſerunt, illa quamuis de iure valeãnt quatenus de facto proceſſerunt, realiter, & effectualiter studeant reuocare,nec illis vnquam vtantur,nec virtute ſummiſſionum huiuſmodi vel alias illis quibus

quouis titulo vel colore ſe ſummiſerint vllatenus obediant, pareant, vel intendant, contrarium nõ facientes directe vel indirectè per ſe vel alios, tam illi, & eorum ſinguli, qui in ciuitatibus, caſtris, aut villis eiuſdem patrimonii, vel eorum aliquo huiuſmodi dominium, ſuperioritatem, capitaneatum, aduocationem, iuriſdictionem, quamcunque præeminentiam, ſeu præſidentiam ſine licentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali recipient in futurum, & qui iam ex quocunque contractu vel obligatione receperunt, ſeu quauis vſurpatione quomodolibet occupauerunt, niſi ſic recepta, & occupata infra duorum menſium ſpatium poſtquam præſens conſtitutio ad eorum notitiam peruenerit, vel per eos ſteterit quo minus valeat peruenire, dominium ſeu præſidentiam, ſuperioritatem, capitaneatum, aduocationem, iuriſdictionem quamcunq; ſeu præeminentiam huiuſmodi realiter dimiſerint cum effectu, illa nullo vnquam tẽpore abſq; ipſius ſedis licentia reſumpturi, quã illi, qui ſe ſummiſerint, ſuppoſuerint, ſeu ſubiecerint, vt præfertur ſimili modo cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, ordinis, vel cõditionis exiſtant ſingulæ perſonæ ſententiam excommunicationis incurrant, ac terræ ipſorum vbicunque fuerint, eccleſiaſtico interdicto ſubiaceant ipſo facto. Ciuitates autẽ, caſtra, & villæ, quæ in antea ſe ſummittent, ſupponent, ſeu ſubiecerint, & quæ ſummiſſionem, ſuppoſitionem ſeu ſubiectionem huiuſmodi recipient, ſeu quomodolibet occupabunt, ciuitates quoq;, caſtra, etiam loca quæcunque, quæ ſe iam quouis colore, vel titulo, vt præmittitur ſummiſerunt, & ſubiecerunt, ac ciuitates, quæ ſummiſſiones, & ſubiectiones huiuſmodi receperũt niſi infra prædictum duorum menſium ſpatiũ

ab

ab omni effectu, dictæ ſummiſſionis, & ſubiectionis
realiter deſtiterint ipſis vlterius non vſuri, ſeu contra
conſtitutionem, & inhibitionem noſtram venire di-
recte vel indirecte per ſe, vel alium ſeu alios attenta-
runt eccleſiaſtico ſubiacere decernimus interdicto,
& nihilominus omnibus indulgentiis, priuilegiis, ac
gratiis, necnon feudis, bonis, & honoribus, & iuri-
bus quibuſcunque quæ ab eadem Romana & aliis
eccleſiis obtinent, priuamus, & priuatos volumus
eſſe ipſo facto. Non obſtantibus ſi eis vel eorum ali-
quibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede
indultum, quod excommunicari, ipſorumque terræ,
& loca eccleſiaſtico interdicto ſupponi non poſſint
per literas Apoſtolicas non facientes plenam & ex-
preſſam, ac de verbo ad verbum de huiuſmodi ac eo-
rum perſonis, locis, ordinibus, & nominibus ꝓpriis
mentionem. Nos inſuper omnes ſummiſſiones, ſub-
iectiones, ſuppoſitiones ſuper prædictis factas, &
obligationes, pacta, ſeu conuentiones, ſub titulo vē-
ditionis, vel cuiuſuis alterius contractus quomodo-
libet initas & habitas, & quaſcunq; pœnas adiectas,
& iuramenta [b] præſtita ſuper illis, ſub quibuſcunque
modis & forma, vel expreſſione verborum, præſer-
tim cum in præiudicium eiuſdem eccleſiæ redun-
dent, ac iuramentum, vinculum iniquitatis eſſe non
debeat, decernimus fore nulla, vacua, irrita, & ina-
nia, & nullius exiſtere firmitatis, & quatenus ad illa
de facto proceſſum extitit, tollimus, & reuocamus
omnino, & iuribus vacuamus. Cæterum cum præfa-
tus Ioannes Papa XXII. prædeceſſor noſter dudum
vniuerſis & ſingulis, tam clericis quam laicis cuiuſ-
cunque ſtatus, ordinis, conditionis, præeminentiæ,
vel dignitatis exiſterent, etiam ſi Pontificali, vel Im-

 periali,

periali,ſeu Regali,vel quauis alia dignitate fulgeren
ac omnibus Principibus, Ducibus, Marchionibus
Comitibus,Baronibus,&nobilibus,ac poteſtatibus
capitaneis, & aliis officialibus quibuſcunque comi
tibus, & populis ciuitatum, terrarum, caſtrorum, &
aliorum quorumcunque locorum vbicunque conſi
ſtentium, & omnibus aliis quibuſcunque auctorita
te Apoſtolica inhibendum per ſuas literas vim con
ſtitutionis habentes duxerit, & mandandum ne pe
te vel alios directè vel indirectè patrimonii Roman
diolę Marchiæ Anconitan. Ducatus Spoletan. Cam
paniæ, Maritimæque ac Maſſæ, Trebarię, Prouinci
Venaiſini. & Vrbanitus, olim comitatus, ac Vrbina
& Rauenatem, ciuitates & alias terras, ciuitates, ca
ſtra, villas, & loca quæcunq; ad eundem Rom. eccl
pertinen. vel ipſorum aut alicuius eorum partem o
cupare, inuadere, aut turbare, ſeu fidelibus eorũde
iniurias, damna ſeu violentias irrogare, aut occup
tionibus inuadentibus, turbantibus, vel iniurias, d
mna, ſeu violentias irrogantibus publicè, vel occu
tè, aſſiſtere, aut auxilium, conſilium, vel fauorem, d
rectè vel indirectè, publicè vel occultè, per ſe vel p
alium ſeu alios præſtare præſumerent quomodo,
omnes, & ſingulos, contra inhibitionem, & mand
tum huiuſmodi venire aut attentare per ſe, vel per
lios præſumentes, tam clericos quam laicos, etiam
vt prædicitur, Pontificali aut Imperiali ſeu Rega
vel alia quauis dignitate fulgerent, de fratrum ſuo
conſilio, excommunicationis, quam eo ipſo incu
rerent ſententiam promulgauit, ipſorumque terr
necnon quaſlibet vniuerſitates, communitates,
populos ipſorum, ciuitates, terras, caſtra, villas
loca in prę miſſis vel aliquo prę miſſorum culpabil
ecc

eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto, & eos, ac ipſorum quemlibet omnibus priuilegiis, indulgentiis, gratiis, & immunitatibus realibus & perſonalibus, ab eadem eccleſia & Imperio Romano conceſſis eiſdẽ, omnium etiam feudorum, bonorum, honorum, officiorum, iurium & iuriſdictionum, quæ ab eccleſia & Imperio prædictis obtinerent, de ipſorum fratrũ conſilio auctoritate priuauerit ſupradicta, ipſos ad illa & ſimilia & quælibet alia, eorumque filios & nepotes ad quælibet beneficia eccleſiaſtica, dignitates, perſonatus, & officia, cum cura vel ſine cura quouis nomine cenſerentur, auctoritate qualibet obtinenda vſq; ad tertiam generationem excluſiuè reddendo inhabiles & indignos. Nos per præmiſſa vel quæcunque alia inhibitioni mandato pœnis & ſententiis per ipſum prædeceſſorem factis & promulgatis, vt ſuperius eſt expreſſum, aliiſq; contentis in literis ſupradictis non intendimus in aliquo derogare inhibitionem, mandatum, pœnas & ſententias, & alia ſupradicta per preſentem conſtitutionem noſtram roboramus, & in ſui vigoris efficacia volumus & decernimus permanere.

[a] *Romanam eccleſiam caput eſſe & regulam omnium aliarũ docent B. Bern. Epiſt. 125. 126. 130. &c. lib. eiuſdem, de cõſideratione. 2. 3. & 4. Gratiani diſt. 19. 20. 21. 22. Iuonis Carnotenſis decreta. Lanfranci Guitmundi Paſcaſii ſcripta contra Berengariũ. Bedæ lib. 2. 3. 4. 5. de Hiſtoria Anglorum, & Chronica de ſex mundi ætatibus. Alcuini ſiue Albiani liber de diuinis officijs. Iſidori præfatio in opus Conciliorum.*

[b] *Iuramentum iniquitatis vinculũ eſſe nõ debet. Docẽt quoq; Iuriſcõſulti iuramentũ irritũ eſſe, quod præſtitum eſt in præiudiciũ ſuperioris. Cũ enim Tridẽtini cõſules, ꝓprio firmaſſent ſacramẽto, quod ſuper mutuis & plagiarijs ſecundũ ſuæ ciuitatis cõſuetudinẽ*

iudicarent, & intra viginti octo dies iudicata exequerentur, noluerunt interpoſitæ in cauſa quadam appellationi deferre, putãtes ſe id ſaluo ſuo iuramento non poſſe. Sed Innocentius tertius deſuper eis reſcripſit: Mandamus, quatenus appellationibus ad nos interpoſitis deferatis, cum prædictum iuramentum vos excuſare nõ poßit, in quo debet intelligi ius ſuperioris exceptũ. lib. 2. decret. tit. 24. de iureiurando. c. 19. Venientes.

Leo Decimus, In Concilio Lateranenſi.

Principes occupantes bona eccleſiaſtica & eorum libertati detrahentes, excommunicantur.

Cap. II.

STATVIMVS[a] & ordinamus, vt fructus, reditus, & prouentus eccleſiarum, monaſteriorum, ac beneficiorum per ſeculares vllos Principes, etiã ſi Imperator, Reges, Reginæue, ſeu Reſpublicæ, vel potentatus fuerint, aut per eorum officiales, ſeu iudices etiam eccleſiaſticos vel quaſcunq; alias perſonas publicas, vel priuatas, de eorundem Imperatoris, Regum, Reginarũ, ac Principum, rerumq; publicarum, vel potentatuũ mandato ſequeſtrari, occupatiuè, aut modo aliquo detineri, ipſique huiuſmodi eccleſias, monaſteria, ac beneficia obtinen. ſub prætextu fabricę, inſtaurationiſque, ſine Romani Pontifi. pro tempore exiſtentis expreſſa licentia, aut eleemoſynarum, ſeu quouis alio colore, aut fuco, impediri non debeant, quo minus de illis, vt antea, liberè, ac ſine impedimento diſponere valeant. Et ſi ſequeſtrati fuerint, occupatiue, aut detenti, integre, libereque, ac ſine exceptione vel mora, prælatis ad quos de iure, legitimeq;

ſpectãt,

ſpectant, reſtituantur, de quibus, ſi diſſipati nuſquã reperiri poſſint, eorum iuſta æſtimatione facta, dictis prælatis ſatisfieri volumus per eos qui dictas ſequeſtrationes, applicationes, diſſipationeſque fecerint, aut fieri mandauerint, ſub pœna excommunicationis, aut interdicti eccleſiaſtici talium Principum terris, & dominio, eo ipſo incurrendis, & vt eorum, ac eiſdem ſubiectorum bona vbicunque reperta, ſi moniti parere noluerint, capi, & retineri poſſint; Ipſi verò contrafacientes, tam ſupradictis pœnis, quam priuationis feudorum, & priuilegiorum, quæ à nobis, & à Romana vel aliis eccleſiis nunc & pro tempore obtinuerint, & aliis contra violatores, & oppreſſores libertatis eccleſiaſticæ, etiam per extrauagantes, & alias conſtitutiones, etiam incognitas, & forſan in vſu non exiſtentes, impoſitis, quas earum omnium tenores pro expreſſis & inſertis habentes innouamus, ac perpetuum firmitatis robur habere decernimus, & declaramus, ac ſecundum eas p quoſcunque iudices, etiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ Car. ſublata & adempta eis aliter iudicandi declarandiq; poteſtate, ſententiari, iudicari, & interpretari debere volumus, atque mandamus. Et cum à iure tam diuino, quam humano laicis poteſtas nulla in eccleſiaſticas perſonas attributa ſit, innouamus omnes, & ſingulas conſtitutiones fœ. re. Bonifacii Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Fœlicis. & Clemen. 5. quæ incipit, Si quis ſuadente. nec nõ quaſcunque alias Apoſtolicas ſanctiones in fauorem libertatis eccleſiaſticæ, & contra eius violatores quomodolibet editas, & pœnis etiam contra talia præſumen. in bulla quæ legitur in cœna Domini, contentis, in ſuo robore permanſuris. Et cum in Lateranen.

pariter ac Conciliis generalibus, ſub excommunicationis pœna, prohibitũ fuerit, ne Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, Reſpublicæ, & alii potentatus quicunq;, regnis, prouinciis, ciuitatibus, ac terris quoquo modo præſiden. collectas, decimas, & alia huiuſmodi onera, clericis, prelatis, & aliis quibuſcunq; perſonis eccleſiaſticis imponant, exigantque, neue à ſponte etiam dãtibus & conſentien. etiam recipiant, atq; in præmiſſis auxilium, fauorem, conſiliumue palam vel occultè præſtantes, in excommunicationis latæ ſententiæ pœnam eo ipſo incidant, & ipſæ quoq; Reſpublicæ ac communitates, & vniuerſitates circa hoc quomodolibet delinquentes, eccleſiaſtico eo ipſo ſubiiciantur interdicto, prælati etiam præmiſſis abſq; Ro. Pont. expreſſa licentia vltro conſentien. excommunicationis, & depoſitionis pœnam ipſo facto incurrant. Statuimus & ordinamus, vt de cætero talia preſumentes, etiam ſi (vt prefertur) qualificati fuerint, vltra ſupradictas pœnas quas contrauenietes eo ipſo incurrere volumus ad omnes actus legitimos inhabiles & inteſtabiles habeantur.

[a] *Præſens decretum confirmarunt Adrianus VI. Clemens VII. Iulius III. & Pius IIII. Caſus hic reſeruatur in bulla cœnæ Domini.*

Paulus Quartus.

Occupatores bonorum & redituum eccleſiaſticorum ſub pœna excommunicationis reſtituere debent ſingula allata & detenta.

Cap. III.

QVACVNQVE præſcriptione * etiam centenaria & vltra prætenſa vel prætendenda non obſtante ſtatuimus, quod, niſi occupatores

patores ſeu detentores bonorum [a] Cameræ & ſedis Apoſtolicæ ac Romanæ eccleſiæ infra duos menſes à publicatione præſentium ea reſtituerint, & feudatarii, vaſalli, emphyteotæ, cēſuarii, ac monaſteriorum, ēt conſiſtorialium, & prioratuum cōmēdatarii, liuellarii, cōductores, & alii præfatæ Cameræ reſpondētes, ſeu alias ēt ratione exemptionum, libertatum, & immunitatum eis conceſſarum, vel annatarum, ſeu quindenniorum, aut aliter qualitercunque, & quomodocunque aliquid ſoluere obligati, ſeu in aliquo debitores de eo in quo Cameræ, ſedi, & eccleſiæ præfatis tenentur, integre ſatisfecerint, & præmiſſa, ſeu cōuenta, aut alias ab eis debita non adimpleuerint, omnes & ſingulas ſententias, & pœnas, tam eccleſiaſticas, quam temporales, & etiam priuationis feudorum, & aliorum bonorum, & monaſteriorum, etiam conſiſtorialium, quorum occaſione, etiam propter eorum exemptionem, & immunitatem ſoluunt, ac eorundem monaſteriorum commendarum ceſſationis eo ipſo incurrant, & abſque alia declaratione deſuper fienda incurriſſe cenſeantur, feudaque & bona ad nos douoluta, & monaſteria ipſa per alias à nobis, & dicta ſede libere impetrari poſſint, prout etiam nos tenore præſentium eos omnes ſententiis, cenſuris, & pœnis prædictis expreſſe innodamus, ac priuatos eſſe, commendaſque ceſſaſſe ex nunc decernimus, & declaramus, & nihilominus ad ſatisfactionem Cameræ Apoſtolicæ omnino teneantur. Decernentes eos ab alio quam Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo conſtitutos, & præuia debita ſatisfactione abſolui non poſſe. Publicata Romæ, XXVI. & XXX. menſis Octobris. 1556.

[a] Bono-

[a] *Bonorum appellatione intelligit tam mobilia quam immobilia. l. bonorum. ff. de verbor. ſignif. c. relatum. 2. de teſta. & Ioan. And. c. ſi qui exigentibus.*

NOT. * *Præſcriptione etiam centenaria.)* In longi temporis præſcriptionibus bonam fidem ſemper requiri ex vtriuſque ſententiis edocetur. c. vlt. de præſcript. extra. vbi & illud prætereà cauetur, id obtinere in vtroque foro & ciuili & eccleſiaſtico. c. 1. de noui operis nuntiatione. & Bart. & Bald. in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ. Cum ergo in occupationibus bonorum eccleſiaſticorum bona fides non intercedat, ſed Ty[...]nnis notetur, nulla ſuffragantur poſſeſſores præſcriptione etiam centenaria. Et licet decennalis præſcriptio numero abſolutiſſima videretur ad acquirendum rerum dominium, longiſſimas tamen Cæſares addiderunt XXX. & XL. annorum, vt eſſet aliquis extremus litium terminus inter homines quomodocunq; poſſidentes, ne propter paucos malos, omnia dominia prorſus perpetuò eſſent incerta. l. cum notiſſimum. in prin. C. dict. tit. Iuſta æquitatis ſanctio vult eccleſiam Romanam priuilegio centũ annorũ in præſcriptione vti. Ioan And. in c. dilectus. ſup. de capell. Monach. Archid. & Bald. in c. 1 de præſcriptionib. in 6. Iure communi & recepto conſuetudo inducens minorem præſcriptionem quadraginta annorum contra eccleſiam infirmatur & irrita habetur. Bald. conſil. 454. col. 3. verſic. item quia generali. lib. 3. vbi expreſsè dicit, quod conſuetudo aut ſtatutum inducens præſcriptionem contra eccleſiam breuiore tempore quam quadraginta annorum, nullum & inane cenſendum, & penitus abolendum, grauique læſæ conſcientiæ pondere grauatos authores irretiri, ex cap. non minus. & cap. aduerſus. de immunit. eccleſ.

Pius Quartus.

Pœnæ detinentium bona Romanæ eccleſiæ & palatij Apoſtolici.

Cap. IIII.

PASTORALIS officii auctoritas nos admonet, & ordo rationis expoſcit. vt circa ea potiſſimum verſemur, per quæ res, & bona

Rom.

Rom.Eccleſiæ præſertim vſui & ornatui Rom.Pont. pro tempore exiſtentis,& ſacri palatii Apoſtolici deputata ab impiorum inſultibus,& rapinis pręſeruentur, & ab eis auſu ſacrilego,[a] aut alias quomodolibet abinde aſportata & diſtracta noſtræ operationis miniſterio, cum animarum ſalute eorum, qui cæca cupiditate ducti, in non paruam ſanctæ matris eccleſiæ iniuriam, & ipſorum animarũ pernicie, Dei timore poſtpoſito, ea ſurripere,ſeu ſibi ap̃ppriare,aut iſtinc diuertere auſi fuerint, eidem Romano Pontifici pro tempore exiſtenti reſtituantur,& taliter in præmiſſis prouideatur, quod cæteris cedat in exemplum.Cum itaque, ſicut non ſine graui animi noſtri moleſtia accepimus, tam tempore infirmitatis diuerſorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, ex qua, ſicut Domino placuit, ab humanis deceſſerunt, quam exinde diuerſarum ſedium vacantium, quam plura etiam pretioſa iocalia, ornamenta, & alias res & bona vſui præfato, vt præfertur, deputata, & alias ad eundem Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, & cameram Apoſtolicam ſpectantia & pertinẽtia tam ex dicto Palatio quam aliis quibuſuis locis ablata & diſtracta fuerint, & à diuerſis eorum proteruia inualeſcente detineantur in noſtrũ & eiuſdem Pontificis pro tempore exiſtentis nõ ſolum detrimentum, ſed etiam ſedis Apoſtolicæ ignominiam,& ipſius auctoritaris diminutionem, necnõ illa detinentium animarum perniciem atque periculum non modicum. Nos huiuſmodi inconuenientibus & animarum periculis quantum in nobis eſt,obuiare, & alias in præmiſſis, prout par eſt; prouidere volentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, omnes & ſingulas cenſuras & pœnas eccleſiaſticas

per

per quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros contra talium perpetratores, ac alias bonorum Apoſtolicorum vſurpatores, raptores, receptores & poſſeſſores, ac detinentes & non reſtituentes, ac ſcientes & non reuelantes ſub quibuſuis verborũ formis promulgatas, quarum & literarum Apoſtolicarum deſuper confectarum tenores ac ſi de verbo ad verbum inſererentur pſẽntibus haberi volumus pro expreſſis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentiũm approbamus & innouamus, ac ad infraſcriptos extendimus & ampliamus. Et nihilominus motu & ſcientia ſimilibus, oẽs & ſingulas tam ſeculares quã eccleſiaſticas, ac ẽt militiarum & ordinum quorumcunq; religioſas, ẽt quacunq; Epiſcopali, Archiepiſcopali, & Patriarchali ſeu ſuperiori eccleſiaſtica etiã Cardinalatus honore, ac etiam Comitali, Marchionali, aut Ducali dignitate fungentes, ac alias mundanas perſonas, nullas penitus excipientes, cum dignitas [b] qualiſcunque ſit in peccatis nemini excuſationem præbere debeat, quæ iocalia, ornamẽta, aurum, argentum monetatum & non monetatum, gemmas, margaritas, lapides pretioſos quocunque nomine nuncupatas pecunias, veſtes, pannos, & tam manuſcriptos, quã quoſuis alios libros, ſcripturas, necnon equos, mulos, mulas, imagines aureas, argenteaſq;, ac æneas, & marmoreas, ac ſupellectilia, & alia quæcunq; res & bona mobilia & immobilia, ſpiritualia, & profana cuiuſcunq; generis, qualitatis, & quantitatis, ſeu pretii exiſtentia pro vſu & cõmoditate Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, & ornamento palatii huiuſmodi deputata, ac ad eundem Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem ſpectantia & pertinẽtia, tempore infirmitatis cuiuſuis Romani Ponti-

Pontificis prædeceſſoris noſtri, ex qua poſtmodum deceſſit, ac etiam dictę ſedis propterea vacantis, necnon per annum ante obitum & vacationē huiuſmodi ex dicto palatio & alias vndecunq; & quocunq; aſportarunt, ſubtraxerunt & occultarunt, ſeu prætenſo titulo donationis vel remiſſionis quietantiæ, vel alio quouis prætextu detinent, ſeu ſciunt ea per alios poſſideri, vſurpari & detineri, aut occupata fuiſſe, & ad eorum manus perueniſſe requirimus & monemus, eiſque diſtricte pręcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio & peremptorio termino eis & eorum cuilibet ꝓ canonica monitione aſſignamus, omnia & ſingula iocalia, ornamenta, aurum, argētūm, gemmas, margaritas, lapides pretioſos, pecunias, veſtes, pānos, libros, equos, mulos, mulas, imagines, ſupellectilia, & alias res, & bona huiuſmodi dilecto filio Franciſco Odelcalco dictæ Cameræ præſidenti cum effectu reſtituāt & conſignent, & ſi donationem vel remiſſionem, aut quietantiam deſuper ſibi factā prætendant, illā ſeu illas videndas, vt decet & examinandas exhibeant & producāt, ac illorum raptores, vſurpatores, ſeu detentores vel occupatores ſcientes reuelent. Alioquin lapſis diebus huiuſmodi oēs & ſinguli præfati Epiſcopali vel Archiepiſcopali, aut Patriarchali, ac etiam Cardinalatus honore ſeu dignitate prędíti, interdicti ingreſſus eccleſiæ pœnam, alii vero excommunicationis & maledictionis æternæ ſententiam quam alias in eos his ſcriptis ferimus, & à quibus niſi à nobis & eodem Romano Pontifice pro tempore exiſtente, ac ſatisfactione præuia, præterquam in mortis articulo conſtituti, relaxationis & abſolutionis be-

nis beneficium obtinere non poſſint, eo ipſo incurrant,& ſi Pontificali aut Cardinalatus honore ſeu dignitate præditi ſub interdicto huiuſmodi per octo dies præfatos, ſex immediate ſequentes permanere, alii verò inferiores ab eis eandem excommunicationis ſententiam animo, quod abſit, indurato ſuſtinere nõ formidauerint, extunc elapſis dictis octo diebus, Pontificali & etiam Cardinalatus honore ſeu dignitate præditi à regimine eccleſiarum eis commiſſarum, eo ipſo ſuſpenſio, ac tam ipſi ſi alia beneficia eccleſiaſtica obtineant, quam inferiores ab eis omnibus & ſingulis monaſteriis, prioratibus, dignitatibus, adminiſtrationibus, canonicatibus, & præbendis, cæteriſque beneficiis eccleſiaſticis cum cura & ſine cura, ſecularibus ac ordinum quorumcunq; regularibus, quæ in titulum vel commendam ſeu adminiſtrationem, aut alias quomodolibet etiam ex quibuſuis conceſſionibus ſeu diſpenſationibus Apoſtolicis obtinent, ac etiam officiis Romanæ Curiæ per eos obtentis. Seculares verò feudis, vicariatibus, dominiis & aliis iuribus, ac priuilegiis quibuſcunque eis per Romanam eccleſiam aut ſedem pręfatam ſeu alios quoſcunq; etiam quacunq; alia auctoritate etiam Imperiali, vel Regali eis conceſſis, etiam eo ipſo priuati exiſtant, & ad ſimilia beneficia, feuda priuilegia, vicariatus, dominia & iura obtinenda, necnon ad quoſcunque actus legitimos exercendos inhabiles, ac etiam inteſtabiles ſimiliter eo ipſo fiant, poſſintq; beneficia, officia, ac vicariatus & feuda, aliaque iura huiuſmodi tanquam vacantia abſque alia declaratione deſuper facienda à nobis & ſede præfata, ac aliis ad quos pertinet illa concedere & dare liberè impetrari, Scituri quod ſi ipſi, aut eorum aliqui ſuæ ſalutis

lutis immemores in præmiſſis moroſi fuerint, ſeu præmiſſa adimplere non curauerint, aut contempſerint, hoc eis pro graui crimine & delicto imputabitur, & iuſtitia mediante contra eos ad grauiores & tales pœnas abſque vllo reſpectu procedetur, quod illorum coercio eis perpetuo cedat ad noxam, & aliis in exemplum, abſque ſpe alicuius veniæ inde conſequendæ, ſi verò ſe humiles, & ad ſatisfaciendum, aut confitendum promptos exhibuerint, cum omni manſuetudine & reſpectu excipientur, & ex eorum ſpontanea reſtitutione ſeu confeſſione eis ſalutaris miſericordiæ & gratiæ amplexus exuberanti ſedis præfatæ in ſingulos pœnam pietate prouenięt. Ac ſingulas donationes eis deſuper factas, prout iuſtitia ſuadebit & ordo dictauerit rationis, admittemus. Ac vt præfertur ſcientes & reuelantes vltra cœleſte præmium à nobis condignam mercedem & retributionem recipient cum eorum omnium grata ſatisfactione. Rom. 3. Non. April. 1560.

[a] *Sacrilego pœna eſto. neque ei ſoli, qui ſacrum abſtulerit, ſed etiam ei, qui ſacro commendatur. Cic. 2. de legib.*

[b] *Qualitas non patrocinatur crimini quo mitius puniatur, nam dignitas aggrauat peccatum. l. presbyteri. in fin. C. de Epiſc. & clericis.*

TIT. III.

De * *annatis.*

Innocentius VIII.

Excommunicationis & priuationis beneficiorum pœnis innodantur, non ſoluentes debitis temporibus annatas.

CAP. I.

APostolicæ [a] Cameræ, ex qua non modo S.R.E. ſed etiam magnum totius Chriſtianæ Reip. ſubſidium prouenit, iura illæſa ſeruare (vt tenemur) modis omnibus cupiẽtes, his, quæ propterea à prædeceſſoribus noſtris, emanarunt, libenter adiicimus muniminis noſtri firmitatẽ, ac alias deſuper prouidemus, prout in Dño conſpicimus ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem p fœl.re. Pium Papam II. prædeceſſorẽ noſtrum, accepto quod numerus debitorũ dictę Camerę nimis auctus erat, & quod obligati pro annatis beneficiorum, eccleſiaſticorum, quę auctoritate Apoſtolica aſſecuti fuerant, excommunicationis ſententiam in eos latam (quam non ſoluendo in pręfixo eis termino, ipſo facto incurrebant) minime curare videbantur, & per hoc animabus ſic illaqueatis periculum imminebat, & continua dictæ Cameræ damna ſubſequebantur. Idem prædeceſſor cupiens tam ſaluti animarũ, quam ipſius Cameræ indẽnitatibus ſalubriter prouidere, prouide ordinauit, ꝙ oẽs, qui de cætero pro annatis quorumcunq; beneficiorum in dicta Camera ſe obligarent, ſi infra eis præfixos terminos, dictæ Cameræ, aut collectorib. fructuũ & prouẽtuum eis, in partibus exiſtentib. ſatisfacere deficerent, ipſo facto, lapſo termino, nõ ſolũ in ſententiã excõmunicationis inciderent, ſed ẽt beneficiis ſuis, ꝓ quibus ſe in dicta Camera obligaſſent, omnino priuati forẽt; illi verò, qui nõ pro ſe, ſed pro aliis, vt principales, ſe [b] ꝓ annatis huiuſmodi obligarẽt, ſi in terminis non ſatisfacerẽt, vltra ſententiã excommunicationis huiuſmodi, eſſent ipſo facto omnib. benefic. eccleſiaſticis q̃ obtinerẽt, priuati; poſſentq; talia beneficia p quoſcũq; libere

liberè impetrari, prout in eiuſdem prædeceſſoris literis deſuper confectis plenius continetur. Cum aũt (ſicut accepimus) ex ordinatione prædicta, ab aliquibus temporibus citra, ideo optati fructus non prouenerint, quia nonnulli, qui beneficia eccleſiaſtica p huiuſmodi priuationem vacãtia, pro tempore poſtmodum impetrarunt, ſuper illis agendo, & qui excipiendo, priuationem huiuſmodi in iudicium deduxerunt, coram palatii cauſarum Apoſtolici auditoribus, & aliis iudicibus Romanæ Curiæ, auditi nõ fuerunt ab eiſdem auditoribus & iudicibus, aſſerentibus ordinationem eandem prædeceſſoris præfati nõ fuiſſe receptam, & moribus vtentium comprobatã, creuitq; & creſcit indies numerus debitorũ eorũdẽ, in animarũ non ſoluentiũ quæ debent, periculum, & præfatæ Cameræ ac Chriſtianæ Reip. præfatæ, non leue præiudicium. Nos igitur volentes ſuper præmiſſis opportune prouidere, eiuſdem prædeceſſoris ordinationem, & literas prædictas, ac omnia & ſingula in eis contenta, auctoritate Apoſtolica, præſentium tenore approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, iuxta illarum cõtinẽtiam, & tenorem; ac volumus, & eadem auctoritate ſtatuimus, quod hactenus obligati Cameræ eidem ex cauſis prædictis, qui non ſoluerunt ſtatutis eis terminis, ac propterea excommunicationis ſententiam, & iuxta eiuſdem prædeceſſoris literarum continentiam, priuationis pœnam prædictã incurrerunt (ſi curiales, infra vnum; citramontani, infra tres; & vltramontani, infra nouẽ menſes, à die publicationis præſentium in Cancellaria Apoſt. computandos) dictæ Cameræ de his quæ debebant, ſatisfecerint, ex tũc, eo ipſo, ab excõmunicationis ſentẽtia

N 2 abſolu-

abſoluti, & ad beneficia, quibus propterea iuxta ordinationem prædictam priuati exiſtunt, plenarie reſtituti cēſeantur; & ſi non ſoluerint in terminis prædictis, priuationis pœnam prędictam de nouo incurrant eo ipſo: c Quodque illi, qui in poſterum ſe obligabunt, excommunicationis & priuationis pœnas prædictas, iuxta eiuſdem prædeceſſoris ordinationem, omninò incurrant; & impetrantes beneficia p huiuſmodi priuationem vacantia; & ſimiliter contra illos ſic priuatos, de priuatione huiuſmodi excipientes; poſſint & debeant per quoſcunque auditores & iudices audiri; nec eo prætextu, quod conſtitutio prædicta non fuerit recepta, & moribus vtentium comprobata, repelli; teneanturq; auditores & iudices quicunque, in cauſis cognoſcendis in Romana curia, & extra, ſecundum eandem ordinationem iudicare. Rom. 13. Cal. Mart. 1484.

a *Romanæ eccleſiæ ſuppetijs tota Reſpublica Chriſtianorum iuuatur.*

b *Annatas non ſoluentes ſtatutis temporibus Pij II. ſanctione excommunicati & beneficijs priuati.*

c *Non ſoluentibus annatas priuatio & excommunicatio.*

NOT.* *Annatæ.)* Romanæ eccleſiæ ad res piè & ſanctè gerendas in publicum Chriſtiani orbis commodum maximi pręſidii loco habentur, eaſque Ioannes Eckius in Enchiridio locorum communium contra Lutheranos, tit. de annatis, ita probat, vt iure diuino firmatas & ſtatutas aſſeueret, quia loco decimæ decimarum ſoluuntur, Ioannes de Bachenſtein decretorum Doctor in collatione illa quam habuit in Synodo Florentina apud ſummum Pontificem, dixit, Annatas introductas fuiſſe, vt itinera & commeatus ad terræ ſanctæ littora, tutiores & liberiores eſſent.

Clemens

Clemens VII.

Annatæ non debentur Cameræ Apoſtolicæ, nec exiguntur de beneficiorum penſionibus annuum valorem 24. ducatorum non excedentibus.

Cap. II.

CVm ſicut nobis innotuit licet ratione fructuum beneficiorum eccleſiaſticorum valorem annuum vigintiquatuor [a] ducatorum auri de auro communi ęſtimatione nõ excedentium annatæ Cameræ Apoſtolicæ non debeantur, nec ſolui aut exigi conſueuerint, & minus ratione penſionum quantitatẽ vigintiquatuor ducatorum auri ſimilium non excedentium annatæ aliquæ retroactis temporibus exactæ aut ſolutæ fuerint, nihilominus à certo tempore citra præſidentes dictæ Cameræ & alii officiales Romanæ Curiæ, ad quos exactio annatarum pertinet, ſub prętextu quod in prouiſionibus & aliis diſpoſitionibus beneficiorum eccleſiaſticorum ſuper quorum fructibus, &c. valorem vigintiquatuor ducatorum excedentibus aliquę penſiones annuæ cuiuſcunq; ẽt minoris quantitatis vigintiquatuor ducatorum reſeruatæ exiſtunt, illorum medietas deduci, ac defalcari conſueuerit, annatas * ex penſionibus quãtitatem octo ducatorum excedentibus, & vigintiquatuor non excedentibus, aut attingentibus, de facto exegerint, & exigunt. Nos qui vnicuique in iuſtitia debitores ſumus, ſuper iis congruis remediis prouidere volentes, ac ratione penſionum, quarum quantitas viginti quatuor ducatorum auri de Camera nõ excedit, nullas annatas Cameræ aut officialibus prædictis deberi declarantes, ex certa noſtra ſcientia, & delibera-

tione ſtatuimus, quod de cætero ex quibuſuis penſionibus quantitatem vigintiquatuor ducatorum huiuſmodi non excedentibus nulla annata quouis prætextu exigatur, nec per illos quibus penſiones ipſæ reſignatæ fuerint ſoluatur, neque ſolui debeat, ſic tamen quod in penſionibus & aliis diſpoſitionibus beneficiorum ſuper quorum fructibus ſimiles penſiones annuæ minoris quãtitatis vigintiquatuor ducatorum, & quantitatem vigintiquatuor ducatorum ſimilium non excedentes reſignatæ fuerint, ex talibus penſionibus nihil deduci debeat. Diſtrictius inhibentes Cameræ præſidentibus, ac aliis officialibus prædictis ſub excõmunicationis, & à perceptione emolumentorum officiorum ſuorum ad noſtram & Apoſtolicæ ſedis beneplacitum ſuſpẽſionis in eorum ſingulos latæ ſententiæ pœnis, ne de cætero ratione huiuſmodi penſionum quantitatem vigintiquatuor ducatorum non excedentium aliquas annatas quouis prętextu exigere, ſeu quo minus literę reſignationis illarum expediantur impedire, vel differre quoquo modo præſumant, alioquin literas ipſas tam per Cancellariam, quam Cameram Apoſtolicam per eos ad quos literarum expeditio pertinet, abſque manuum illorum appoſitione libere expediri poſſe decernimus, ac ad id eis liberam facultatem concedimus.

[a] *Bonifacius nonus vt ærario Apoſtolico conſuleret annatam ſoluendam ſtatuit ab his qui beneficia à ſummo Pontifice impetrarent, vt videlicet is cui de beneficio excedente valorem annuũ ducatorum vigintiquatuor auri de Camera prouideretur, dimidiam annui valoris beneficij impetrati ſolueret fiſco Apoſtolico.*

NOT.

NOT. * *Ex penſionibus quantitatem octo.)* Ad ſoluendas annatas communis & recepta quorundam eſt ſententia, Penſiones beneficiorum non teneri, cum penſio beneficium non dicatur. c. quamuis. & ibi Doct. de præbend. in 6. Ex ſtilo tamen Romanæ Curiæ longè aliud eſt iudicium. Penſio ſiquidem etſi non ſit beneficium, conſtat tamen ex fructibus beneficii ex quo extrahitur, ideo ſolutioni annatæ obligatur. Leonis X. temporibus ſtatutum fuit, annatam ſoluendam duntaxat de penſione cuius valor aſcenderet ad 12. ducat. aur. de Cam.

Iulius Tertius.

Conſtitutionum editarum in non ſoluentes annatas à varijs Pontificibus ampliatio & confirmatio.

Cap. III.

Cvpientes Cameræ Apoſtolicæ, ex qua non modo S. R. E. verumetiam toti Reip. Chriſtianæ ſubſidium prouenit, & collegii fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ac officialium ſedis Apoſtolicæ indemnitati conſulere & eorum iura, vt tenemur, illæſa præſeruare, his quæ à prædeceſſoribus noſtris ad hoc prouidè emanarunt, libenter adiicimus noſtri muniminis firmitatem, [a] aliaſq; deſuper diſponimus prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem poſtquam fœlicis recordationis Pius Papa II. prædeceſſor noſter accepto quod numerus debitorum dictæ Cameræ plurimum auctus erat, & quod obligati pro annatis beneficiorum eccleſiaſticorum quæ Apoſtolica auctoritate aſſecuti fuerant, excommunicationis ſententiam in eos latam, quam non ſoluẽdo in termino eis præfixo ipſo facto incurrebant, minime curare videbantur, vnde animabus

ſic illaqueatis periculum imminebat, & continue eidem Cameræ damna ſubſequebantur: Cupiés tam ſaluti animarum, quam indemnitati Cameræ huiuſmodi ſalubriter prouidere, p ſuas ordinauerat quod omnes, qui ex tunc de cætero pro annatis quorumcunque beneficiorum dicta Camera ſe obligarent, ſi infra terminos eis præfixos dictæ Cameræ, aut collectoribus fructuum, & prouentuum eidem Cameræ debitorum in illis partibus exiſtentibus ſatisfacere deficerent, ipſo facto lapſis terminis prædictis non ſolum ſententiam excommunicationis inciderent, ſed etiam beneficiis pro quibus ſe in ipſa Camera obligaſſent, omnino priuati eſſent, ii verò qui ſe pro annatis huiuſmodi non pro ſe ſed pro aliis vt principales obligarent, ſi in terminis non ſatisfacerent, vltra ſententiam excommunicationis huiuſmodi, eſſent omnibus beneficiis eccleſiaſticis per eos obtentis, eo ipſo priuati, poſſentque talia beneficia per quoſcunque libere impetrari.

[a] *Idem habetur ſup. 1. c. de annatis ex Innocentio VIII.*

Cap. IIII.

Annata ſolui debet ſingulis quindecim annis Cameræ Apoſtolicæ de beneficiis & monaſteriis vnius de cætero non vacantibus.

ET piæ memoriæ Paulus etiam Papa II. prędeceſſor noſter, cum tam ipſe quam dictus Pius prædeceſſor, ac recolendæ memoriæ Martinus V. Eugenius IIII. Nicolaus etiam V. & Calixtus III. Romani Pontifices prędeceſſores noſtri tunc ſui, quam plura diuerſorum ordinum monaſteria, prioratus, præpoſituras, & præpoſitatus, conuentuales, necnon dignitates maiores in cathe-

cathedralibus, etiam metropolitanis & principales in collegiatis eccleſiis, adminiſtrationes quoq;, officia, & beneficia eccleſiaſtica, etiam diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſeruata inuicem vel aliis cathedralibus, etiam metropolitanis, ſeu collegiatis eccleſiis, ac earum, ſiue capitularibus mēſis, aut monaſteriis, dignitatibus, collegiis, vniuerſitatibus, & beneficiis, ac congregationibus canonicorum regularium S. Auguſtini Lateranenſium, & de Scopeto, ſeu S. Saluatoris nuncupatorum, monachorum S. Iuſtinæ Paduan. & Montis Oliueti, S. Benedicti Ciſtercien. Vallis Vmbroſæ, & Carthuſien. ordinum, preſbyterorum quoque S. Georgii in alga Venetiarum, atque aliis monaſteriis, domibus, hoſpitalibus, fabricis, & piis locis vtriuſque ſexus perſonarum, ſub diuerſis modis & formis dicta auctoritate vniuiſſent, annexuiſſent, incorporaſſent, & ſubmiſiſſent. Et ꝓpterea monaſteria, prioratus, præpoſituras, dignitates, adminiſtrationes, officia, & beneficia vnita huiuſmodi amplius vacare nō ſperaretur, & exinde Camera, ac Collegium huiuſmodi, & officiales ſedis Apoſtolicæ detrimentum non modicum paterentur: volens, vt par erat, quod vniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & ſubmiſſiones prædictæ, ſi alias ritè & rationabiliter præceſſerant, ita in ſua firmitate permanerent, quod eorum quibus vna cum ſuis oneribus vnita fuerant, commodis deſeruirent, & aliorum iura propterea non læderentur, per ſuas ſtatuerat, & ordinauerat atque decreuerat, quod omnia & ſingula monaſteria, illa videlicet, quorum fructus, reditus, & prouentus ad ſummam centum florenorum auri de Camera ſecundum communem extimationem aſcendebant annuatim ſiue in libris

eiuſdem Cameræ taxati reperiebãtur, communia, & minuta ſeruitia, ac alia iura debita, & conſueta, tam Cameræ, & collegio, quam officialibus prędictis, reliqua verò monaſteria, prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, & beneficia, vt præfertur, vnita, pro quibus prædictæ Cameræ annata, ſeu alia iura ſolui conſueuerant, vel debebant tẽporibus retroactis, & de ſoluendo ſingulis certis futuris temporibus obligatio in eadem Camera per inaduertentiam facta nõ fuerat, annatã ſiue medios fructus vnius anni in poſterũ & ſingulis quindecim annis ꝑpetuo ſecuturis eidem Cameræ omnino ſoluere tenerẽtur, & deberent. Et quod de omnibus monaſteriis, prioratibus, præpoſituris, præpoſitatibus, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, & beneficiis ſupradictis, vt præfertur, vnitis, à quorũ vnionũ temporibus poſtquam illæ fuerant ſortitæ effectum, anni quindecim effluxerant, infra annum proximè ſecuturum cõmunia minuta, & alia iura, ſeu annatas, & medios fruct⁹ huiuſmodi ſoluere aſtringerentur, ẽt ſingulis 15. annis in futurum, prout multi alii ſimiles vniones, & gratias obtinentes faciebant, & facere conſueuerãt, & ad id ii quorũ intererat infra ipſius anni ſpatium ſe in eadem Camera efficaciter obligare deberent cum effectu, alioquin ſi à ſolutione aut obligatione præmiſſis ceſſare præſumpſiſſent, vniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & ſubmiſſiones prędictæ haberentur penitus pro infectis: & ſic vnita monaſteria, prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, & cuiuſuis qualitatis, aut generis beneficia tãquam vere vacantia poſſent à dicta ſede libere impetrari, &

cano-

canonice obtineri, ac ſi vniones ipſæ & ſuper eis cõfectæ literæ, ac proceſſus habiti per eaſdem, & quæcunque inde ſecuta nullatenus emanaſſe.

[a] *De beneficiorum vnionibus habes ſup. in fine 1. lib.*

[b] *Beneficia vnita annatas ſoluere tenentur.*

Cap. V.

Ordinationem Pii Secundi cuius neglectus ſummum detrimentum minabatur Cameræ Apoſtolicæ confirmauit Innocentius VIII.

AC ſimilis memorię Innocentius Papa VIII. ſimiliter prędeceſſor noſter accepto, quod ex ordinatione Pii prędeceſſoris huiuſmodi à tunc certo tempore citra optatus fructus non prouenerat, quia nõnulli qui beneficia eccleſiaſtica p huiuſmodi priuationem vacantia impetrauerant ſup illis agendo, & alii qui excipiendo priuationem huiuſmodi in iudicium deduxerant coram cauſarum palatii Apoſt. auditoribus, & aliis Ro. Curiæ iudicibus aſſerẽtibus ordinationẽ huiuſmodi receptã, & moribus vtentium comprobatã non fuiſſe, auditi, non fuerãt, & quod creuerat, creſcebatq; indies numerus debitorum eorundem, in animarum non ſoluentiũ periculum, & prædictę Reipub. Chriſtianę præiudicium, ordinationem, & literas Pii prędeceſſoris huiuſmodi, ac omnia & ſingula in illis cõtenta p ſuas approbauerat, & perpetuæ firmitatis robur obtinere decreuerat. Ac voluerat, & ſtatuerat, ꝙ illi qui extunc in poſterũ ſe obligarent, excõmunicationis, & priuationis pœnas p̃dictas iuxta ordinationẽ Pii p̃deceſſoris huiuſmodi omnino incurrerẽt, & impe-

impetrantes beneficia per huiuſmodi priuationem vacantia, & ſimiliter contra illos ſic priuatos de priuatione huiuſmodi excipientes, poſſent & deberent per quoſcunque auditores audiri, nec prętextu quod ordinatio huiuſmodi non fuiſſet recepta, & moribus vtentium comprobata repelli: tenerenturque auditores & iudices quicunque, tam in dicta Curia, quam extra eam ſecundum ordinationem huiuſmodi iudicare, nec prodeſſent eiſdem obligatis, quietationes quas à collectoribus, vel ſubcollectoribus haberent, quæ publico non probarentur inſtrumento.

[a] *Excommunicati annatam ſtatuto tempore non ſoluentes.*

Cap. VI.

Pœnas & cenſuras ſancitas cum priuationis beneficiorum, tum excommunicationis inuiolabili legis vigore ſeruari voluit Iulius II. in non ſoluentes annatas, cuius vt priorum reſcriptum ratum & conſtantiſſimè ſeruandum Iulius III. confirmat.

SANCTÆ memoriæ Iulius ſimiliter Papa II. & prædeceſſor noſter eorundem prædeceſſorum veſtigiis inhærendo, motu proprio, & ex certa ſcientia ordinationes, ſtatuta, decretum, & voluntatem prædeceſſorum huiuſmodi per quaſdam innouans, per conſtitutionem ſuam perpetuo valituram declarauit, decreuit, ſtatuit, & ordinauit, quod ordinationes, ſtatuta, decretum, & voluntates prædeceſſorum huiuſmodi, & quoad cenſuras, & pœnas, etiam priuationis in eis expreſſas quoad futura in omnibus & per omnia iuxta illorum tenores inuiolabiliter perpetuis futuris tem-

temporibus obſeruarentur. Et quod illi quos pro annatis huiuſmodi dictæ Cameræ teneri conſtaret, etiam ſi illas ſoluere non promitterent, ſeu ad illarum ſolutionem ſe ſpecialiter non obligarent, dummodo beneficia ipſa realiter aſſequerentur, ad ſolutionem annatæ, & iurium prædictorum efficaciter tenerentur. Et drinde accepto quod ex prædictis & quæ poſtea tam per dictum Innocentium, quam per ſimilis memoriæ Sixtum IIII. & Alexandrum VI. Romanos Pontifices pariter prædeceſſores noſtros tunc ſuos eatenus factæ fuerant perpetuis vnionibus, & applicationibus, ac ex negligentia, ſiue malitia multorum qui dictis literis parere eatenus contempſerant, dicta Camera in ſuis iuribus nõ mediocrem patiebatur iacturam, tam ſtatutum, ordinationem, decretum, & declarationem Pauli prædeceſſoris huiuſmodi, quam omnia & ſingula alia in illius prędictis literis contenta per alias ſuas literas approbauit, & innouauit, ac inuiolabiliter obſeruari debere, ac omnes & ſingulos, cuiuſcunque qualitatis, gradus, & conditionis forent qui ſe poſtea obligauerãt, aut alias ratione monaſteriorum, ac aliorum beneficiorum ſic vnitorum ad valorem centum florenorũ ſimilium communi extimatione aſcendentium, vel quorum fructus, reditus, & prouentus, in eiſdem libris ad ſimilem ſummam taxati reperiebãtur, eidem Camerę ſoluere tenebãtur ad integrã ſolutionẽ eidẽ Cameræ de præmiſſis faciendam infra certum tunc expreſſum tempus iuxta tenorem literarum Pauli prædeceſſoris huiuſmodi, & ſub pœnis in illis cõtentis, vt par erat omnino teneri, obligarique decreuit, prout in ſingulis literis prædeceſſorum huiuſmodi plenius continetur. Cum autem, ſicut accepimus, malitia,

malitia, & auaritia hominum in dies creſcente ordinationes, ſtatuta, voluntates, decreta, & declaratio Pii & Pauli, ac Innocentii, & Iulii prædeceſſorum huiuſmodi ad præſens plene non obſeruentur, & à tempore ipſius Alexandri prædeceſſoris citra, tam per ipſum Iulium, quam etiam fœlic. recor. Leonem X. Adrianum VI. & Clementem VII. ac Paulum III. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ac nos, diuerſæ aliæ vniones, annexiones, incorporationes, & applicationes perpetuo factæ, & conceſſæ fuerint, ac ex incuria agentium pro Camera prædicta, ſeu alias obligationes de ſoluendis communibus, & minutis ſeruitiis, ac annatis, ſeu mediis fructibus, aut aliis iuribus ſolui debitis, & conſuetis factæ non fuerint, & quæ factæ ſunt, executioni non demandentur, in eorum ad quorum commodum vniones, annexiones, incorporationes, & applicationes prædictæ factæ fuerunt in animarum periculum, & Cameræ, ac collegii Cardinalium, & officialiũ detrimentum, necnon Reipublicæ huiuſmodi non leue præiudicium.

Nos volentes in præmiſſis opportune prouidere, prædeceſſorum huiuſmodi veſtigiis inhærendo, motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera deliberatione, & certa ſcientia noſtris ordinationes, ſtatuta, voluntates, decreta, & declarationem Pii, & Pauli, ac Innocentii, & Iulii pṛdeceſſorum huiuſmodi, necnon deſuper confectas literas, ac omnia & ſingula in eis contenta Apoſtolica auctoritate tenore pṛſentium approbamus, & innouamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere, & à quibuſcunque tam in eiſdem literis nominatis, quam non nominatis, virorum & mulie-

mulierum, ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus congregationibus, ac omnibus aliis ſub ſingulis prædictis, & prẹſentibus noſtris literis compræhenſis perſonis, tam pro præterito, quam futuro tempore inuiolabiliter obſeruari, eaque omnia, ac cenſuras, & pœnas in ſingulis literis huiuſmodi contentas contra omnes congregationes, & perſonas prædictas, quoad omnia & ſingula monaſteria, & beneficia eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſecularia & quorumuis ordinum regularia quomodolibet qualificata, quæ congregationes prædictæ quomodolibet communiter poſſident, etiam ſi de iure patronatus laicorum, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, Marchionum, Baronum, Comitum, & aliorum nobilium, etiam illuſtrium, aut dummodo per ipſas congregationes poſſideantur, tam in Romana Curia, quam extra eam inter quoſcunque litigioſa exiſtant vigere, & locum habere, totalique & plenariẹ executioni demandari debere, decernimus. Necnon ea omnia quæ ſinguli prædeceſſores prædicti voluerunt, eiſdem auctoritate, & tenore volumus, ac præmiſſa omnia prout per ipſos prædeceſſores ordinata, ſtatuta, decreta, & declarata fuerunt, de nouo ordinamus, ſtatuimus, decernimus, & declaramus, eaq; omnia ad quaſcunq;, tam ſeculares, quam regulares virorum, & mulierum congregationes, quantumuis priuilegiatas, & exemptas, auctoritate, & tenore prædictis extendimus, & ampliamus. Ro. 15. Cal. Ianuar. 1553.

[a] *Beneficiorum prouentus ſigillatim Camera Apoſtolica nouit vt iuxta eorum quantitatem taxetur annata.*

Pius

Pius Quintus.

Annatarum, quindenniorum & reliquorum iurium ſolutioni obligantur monaſteria, quorum fructuum taxam Cameræ Apoſtolicæ non latet authoritas. Beneficiorum quoque annuũ valorem prodere & fateri debent Eccleſiæ cathedrales ne annatarum ius defraudetur.

Cap. VII.

APoſtolicæ ſedis poſcit auctoritas, vt quæ prouide per Rom. Pont. ſtatuta fuerunt, debitę executioni demandentur. Cũ autem, ſicut accepimus, vt annatarũ communium, & aliorum iurium ſemel tantum, vel de 15. in 15. annos ob perpetuas beneficiorum eccleſiaſticorum vniones perſoluendorum, quæ alias fœl. rec. Iulius III. & Paulus IIII. Rom. Pont. prædeceſſores noſtri per eorum literas in forma motus proprii deſuper editas ex præterito duntaxat Cameræ Apoſtolicæ applicauerunt, eo celerius quo poterit exactio & executio fiat, plurimum interſit: & neceſſarium exiſtat vt tam Iulii III. & Pauli IIII. prædeceſſorum literas prędictas, quam alias quaſcunque conſtitutiones, ſtatuta, decreta, & declarationes per recol. memo. Pium II. Paulum etiam II. Innocentium VIII. Iulium ſimiliter II. ac Iulium & Paulum præfatos, alioſq; diuerſos Pom. Pont. prædeceſſores noſtros contra pro tempore in Camera Apoſtolica aut alias ratione annatarum communium, & aliorum iurium prædictorum ſemel tantum aut de 15. in 15. annos ſoluen. obligatos, aut alios quoſcunq; beneficia eccleſiaſtica, abſque eo quod annatas, communia, & quin-

quindennia prædicta ſoluiſſent pro tempore poſſidentes, editas & factas, per nos innouentur, approbentur, & confirmentur.

Nos igitur ſingularum literarum, & cuiuſlibet motus proprii à prædictis Romanis Pont. prædeceſſoribus noſtris, vt præfertur, quam etiam forſan à nobis hactenus emanati veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum hic inſerti eſſent pro plene & ſufficiēter expreſſis & inſertis haberi volentes; illas & illos, necnō omnia & quæcunq; per quoſcunque iudices, executores & commiſſarios in illis deputatos, & ab eis ſubdelegatos, ac alios miniſtros in præmiſſis & circa ea quomodolibet geſta & exequuta reperiuntur, ac inde ſequuta quæcunq; ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus & cōfirmamus, ac rata & grata habemus, necnon illis perpetuæ & irrefragabilis firmitatis robur adiicimus, illaq; inconcuſſe obſeruari debere decernimus & declaramus, omneſq; & ſingulos tam iuris quam facti & ſolennitatum forſan omiſſarum, & alios quoſcunq; defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdē & qui neceſſario exprimi deberent, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilib. ſupplemus, illaſq; & illa, quatenus opus ſit, innouamus. Et inſup quoniam ſicut ēt nobis innotuit, à nonnullis nimium ſcrupuloſis & pluſquā oporteat ſapere contendentibus hęſitatur, an monaſteria quorum fructus, &c. in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur, necnon prioratus quorumuis ordinum regularia & regulares, cæteraque beneficia eccleſiaſtica quocunq; titulo nuncupata, quorū fructus, reditus, & ꝓuentus in diſtributiones quotidianas cōuertuntur, ſub literis Pauli II. & aliorū ꝑdeceſſorum huiuſmodi comprehendātur.

Nos conſiderantes ꝙ annatarum communium & aliorum iurium prædictorũ exactio in recognitioné vniuerſalis dñii introducta eſt ª antiquiſſima. Quindenniorumq; vſus & ſolutio ideo adinuenti ſunt, ne Camera prædicta ex monaſteriorum, prioratuum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum vnionibus quę amplius vacare non ſperabatur, detrimentum aliquod pateretur: Volentes Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac venerabilium fratrum noſtrorum ſanctę Romanæ eccleſiæ Cardinalium, necnon dil. filiorũ Ro. Curię officialium participantium iure pſeruare, illorumq; indẽnitati conſulere ad omne dubiũ omnemque diſputãdi & excipiendi occaſionem tollendum, motu ſimili, &c. omnia & ſingula monaſteria tam ſecularia quã quorumuis ordinum regularia dummodo in libris eiuſdem Camerę taxata reperiantur, reliqua verò monaſteria, prioratus, præpoſituras, præpoſitatus, tam ſeculares quã quorumuis ordinum regulares, necnon dignitates, pſonatus, adminiſtrationes, officia, & alia quęcunq; beneficia eccleſiaſtica ẽt ſi manualia & de iure patronatus exiſtant, quorum fructus, &c. ſummam 24. ducatorum auri de Cam. ſe. co. æſt. val. annuum excedũt, à quocunq; tempore citra ẽt ante fœ. re. Martinum Papã V. ſimiliter prædeceſſorẽ noſtrum, & p nos, & ſucceſſores noſtros quibuſcunq; cathedralib. etiã metropolitanis, ſeu collegiatis eccleſiis, aut capitularibus menſis, ẽt pro quotidianis diſtributionibus, aut alias vſibus, necnõ collegiis, vniuerſitatibus, congregationibus quorumuis ordinum monaſteriis, domibus, hoſpitalibus, fabricis, ac vtriuſq; ſexus perſonarum piis locis quantumuis priuilegiatis, & exemptis ſub quibuſcunque tenoribus & formis Apoſt. auctoritate vnita, ſeu alias quomo-

quomodolibet & quouis titulo obtenta, & poſſeſſa ſub literis Pauli I I. & aliorum prædeceſſorum huiuſmodi comprehendi & includi. Et propterea omnia & ſingula cathedralium etiam metropolitanarum, eccleſiarumq; collegiatarum capitula, congregationes, vniuerſitates, collegia, hoſpitalia, & pia loca, & quiuis alii in quorum fauorem vniones, annexiones, incorporationes, applicationes, & ſubmiſſiones huiuſmodi factæ reperiuntur, quantūcunq; vt p̄fertur exemptæ & priuilegiatæ exiſtant, etiā ſi ſe ſupinde in Cam. Apoſt. non obligauerint, dummodo monaſteria & beneficia ipſa poſſideant, ad ſolutionem communium annatarū & aliorum iurium p̄dictorum eidem Cameræ pro tempore præterito (ſaluis collegii & officialium iuribus quoad futura remanentibus) rōne vnionum, annexionum, incorporationū, applicationum, & ſubmiſſionum p̄dictorū ſingulis 15. annis à die qua illæ ſuum ſortitæ fuerunt effectum, & alias iuxta tenoré literarum in forma motus proprii à Iulio I I I. prædeceſſore prædicto ſup applicatione quindenniorum p̄dictorum eidem Cameræ facta deſup emanatarū faciendā teneri, & obligatos eſſe & ad id p ſententias, cénſuras, & pœnas in ſingulis Pauli II. & aliorum prædeceſſorum huiuſmodi literis contétas, cogi & compelli poſſe, ſicq; & non aliter in præmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunq; iudices & commiſſarios quauis Apoſt. auctoritate fungen. etiā palatii noſtri Apoſtolici cauſarum auditores, necnon S.R.E. Cardinales; ac venerabilem fratrem noſtrum Hieronymum Epiſcopum Maceraten. præfatæ Cameræ clericum, cui omnes & ſingulas cauſas occaſione præmiſſorum pendentes commiſimus in quauis inſtantia, ſublata eis & eorum cuilibet aliter iudicādi

facultate iudicari & diffiniri debere, irritumq;, &c, decernimus & declaramus. Mandantes eidem Hieronymo Epiſcopo, vt omnes & ſingulas cauſas corā eo inter dil. filium eiuſdem Cameræ collectorem ex vna, & quaſcunq; congregationes, capitula, collegia, & quaſuis alias perſonas ex altera partibus ſuper ſolutione annatarum communium & aliorum iurium quindenniorum eorundē vel eorum occaſione nūc, & pro tempore pendentes iuxta præſentium tenorē terminet & decidat. Et pro faciliori indagatione vnionum prædictarum omnia, & ſingula Cathedralium etiam metropolitanarum & collegiatarum eccleſiarum capitula, collegia, necnon tā virorum quā mulierum ſeculares, & quorumuis ordinum regulares congregationes ſeu collegia & pia loca, eorundemque prælatos & procuratores ad indicandum & profitendum medio iuramēto omnia & ſingula monaſteria, prioratus, præpoſituras, præpoſitatus, parochiales eccleſias, & alia quæcunque beneficia eccleſiaſtica, quæ ipſa capitula, congregationes, & alia pia loca prædicta poſſideant, & quo titulo illa poſſideant, illorumque annuos valores ſub priuationis, & aliis in literis in forma motus proprii Pauli IIII. prædeceſſoris huiuſmodi contentis ſententiis, cenſuris, & pœnis in Romana curia & extra eam moneat & requirat.

[a] *Introducta fuit annata ad ſubuentionem Papæ & Cardinalium indigentium, ſicuti & charitatiuum ſubſidium, vt tradit Fernand. Cordub. in tractatu ſuo de annat. quem refert Gomez. in præfation. reg. cancell. de valore exprimendo. numero ſexto.*

[b] *Poſteriores deciſiones in cauſis annatarum, quibus delatæ.*

T I T.

Tit. IIII.

De iure patronatus.

Adrianus VI.

Beneficiorum electiuorum conceſsiones iuris patronatus hactenus factæ à primo anno Pontificatus Innocentii octaui, qui Romæ coronatus fuit pridie Idus Septembris, 1484. reuocantur.

Cap. I.

Sanctissimvs D. N. Adrianus VI. accepto per ſanctitatem ſuam quod nonnulli Romani Pont. eius prædeceſſores diuerſis perſonis collegiis laicorum [a] ſub patronatus, & facultates & indulta præſentandi, ſeu nominãdi perſonas idoneas ad eccleſias etiam metropolitanas, monaſteria & beneficia eccleſiaſtica, ſecularia, ac regularia, ac hoſpitalia, & alia pia loca extunc deinceps vacatura etiam interdum pro eorum hæredibus & ſucceſſoribus alias ſub variis modis & formis per diuerſas eorum literas in perpetuum vel ad certũ tempus reſeruarunt & conceſſerunt, conſiderans quod per huiuſmodi facultates & indulta Romanus Pontifex ſæpius impeditur quo minus perſonas qualificatas, vtiles & neceſſarias ad eccleſias & monaſteria promouere. Ac de beneficiis eccleſiaſticis ſimilibus perſonis prouidere, hoſpitalia quoq; & pia loca huiuſmodi perſonis etiam vtilibus, & monaſteriis, committere, & alias de illis diſponere libere poſſit. Ideo vt per ſanctitatem ſuam & ſedem Apoſtolicam libe-

rius de pſonis bene meritis dictis cathedralibus eccleſiis, & monaſteriis prouideatur, & de illis ac aliis dignitatibus, beneficiis, hoſpitalibus, & piis locis huiuſmodi diſponatur, oportune prouidere volens, fœ. recordationis Innocentii Papæ VIII. ſuæ ſanctitatis prædeceſſoris inhærendo veſtigiis omnes & ſingulas reſeruationes & conceſſiones iurispatronatus, ac facultates & indulta præſentandi ſeu nominādi perſonas huiuſmodi, ad eccleſias, monaſteria, prioratus, præpoſituras, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, canonicatus, & præbendas, aliaque beneficia eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, ſecularia, & ordinum quorumcunq; regularia, qualitercunq; qualificata, ac hoſpitalia & alia pia loca, pſonas, prædeceſſores & ſedem Apoſtolicam, aut eius legatos, nuncios, executores, & ſubexecutores, ab anno primo Pontificatus eiuſdem Innocentii prædeceſſoris citra quibuſuis Regibus, Reginis, Ducibus, & Marchionibus, ac aliis Principibus & perſonis, necnon communitatibus, vniuerſitatibus, confraternitatibus, & collegiis ſecularium perſonarum, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, etiam ex motu proprio & ex certa ſcientia, ac de poteſtatis Apoſtolicæ plenitudine, aut etiam conſiſtorialiter & alias tam ſimpliciter, quā ſub quibuſuis conditionibus & ꝑmiſſionibus, & alias quomodocunque & qualitercunq; & ex quibuſuis cauſis, præterquam ratione ereptionis locorum in quibus eccleſiæ, monaſteria, & beneficia prædicta conſiſtunt ex infidelium manibus & poteſtate factas & conceſſa, quorum omnium formas & tenores eadē ſua ſanctitas haberi voluit per expreſſis quoad metropolitan. ac alias cathedrales eccleſias & monaſteria nec-

ria necnon prioratus,& præpoſituras, ac alias dignitates conuentuales,& alia electiua,etiam ſi ii quibus reſeruationes & conceſſiones, facultates & indulta huiuſmodi facta & conceſſa fuerunt quaſcunque conditiones eis propterea quomodolibet impoſitas, & promiſſiones per eos propterea factas adimpleuerint.

Quo verò ad alia beneficia ac hoſpitalia & pia loca huiuſmodi ſi illi quibus reformationes & conceſſiones ac facultates & indulta huiuſmodi facta & conceſſa fuerunt, vt præfertur, illorum occaſione fructus proxime dictorum beneficiorum, hoſpitalium, piorum & locorum ad medietatem vnius annui valoris fructuum eorundem, ſecundum communem extimationem de propriis eorum bonis non auxerunt, vel eorum eccleſias aut hoſpitalia & pia loca huiuſmodi de nouo fundamentaliter non ædificarunt, [b] ſeu funditus dirutas non reædificarunt, ſeu fundos in quibus ædificarentur ædificia in præſentiarum ſubſecuto non conceſſerunt ad quorum augmentis,ædificationis,reędificationis & conceſſionis reſpectiuæ probationem eos, qui tali iure patronatus, ſeu præſentandi & nominandi directe vel indirecte vti voluerint, eadem ſua ſanctitas teneri decreuit, etiam ſi cõdictionem ad quas alias quam modis præmiſſas tenebantur executioni demandatæ fuiſſent & in literis reformationum & primo dictarum conceſſionum ſeu facultatum & indultorum huiuſmodi cautum ſit, quod dictum ius ſimpliciter vel ſub certis condictionibus, modis & formis ex fundatione vel dotatione pertineat aut pertinere cenſeatur, vel perinde habeatur, ac ſi ex fundatione vel dotatione prædicta ptineret & quod reſeruatio-

nes & primo dicta conceſſiones facultates, & indulta huiuſmodi reuocari non poſſint, & clauſulæ etiam derogatoriarum derogatoriæ fortiores efficaciores & inſolitæ in dictis literis pro illarum perſeueratione deſuper adiectæ ſint illarum formas & tenores per expreſſis habendo reuocauit, caſſauit, & annullauit, ac eccleſias, monaſteria, prioratus, præpoſituras, dignitates, & beneficia huiuſmodi ad eorum primæuam naturam præmiſſis non obſtantibus, reduxit.

[a] *Vide Mar. Socin. de præb. vlt. col. Felin. in tract. quando litera Apoſt. 6. limitat. Cæſarem. Lamber. in tract. de iure patron. lib. 1. q. 1. art. 8. Rebuff. in tract. de nominationib. Rochus in tract. de iure patronat. verb. honorificum. q. 3.*

[b] *Conſtructione, dotatione, vel fundatione, vt ius acquiritur, ſic & ijſdem tribus modis conſeruatur. cap. 3. de iure patronatus. cap. piæ mentis. & ibi gloſſ. 16. quæſt. 7. cap. Abbatem. in 2. 18. quæſt. 2.*

Paulus Quartus.

Iure præſentandi priuatur qui apoſtatam præſentat ad beneficium iuris patronatus.

Cap. II.

SI patroni alicuius beneficii eccleſiaſtici ſiue ſint laici, ſiue clerici aliquem ex [a] apoſtatis & extra clauſtra vagantibus ad beneficium de eorum iure patronatus exiſtens tunc vacans præſentauerit præſentationes huiuſmodi ſint eo ipſo nullæ, irritæ & inanes, ac viribus careant, & ipſi patroni iure præſentandi * alios ad eadem beneficia pro ea vice tantum priuati exiſtant.

[a] Apoſta-

a *Apoſtatæ præſentatio ius præſentandi deprædatur patrono, quemadmodum indigni & incapacis. ſecundum gloſſ. ſing. in Clem. 1. de neglig. præl.*

NOT. * *Iure præſentandi.)* Idoneos, & omni exceptione maiores præſentare debēt patroni, quod ſi ſecus fecerint, & dolo, vel ſanguinis fauore allecti, ſecus fecerint, priuantur ea vice iure præſentandi ſecund. gloſſ. Panorm. & alios in c. cum vos. de offic. ordi. Cuius rei cauſam ſic ratiocinatus eſt Rebuffus. Quia (inquit) poſtquam ille, cui de iure competit ius eligendi, priuatur eligendo indignum, in cap. cum in cunctis. in fin. de elect. à fortiori ille cui conceditur ex gratia, cum priuilegium facilius tollatur quam ius commune. ita text. in l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de teſtamen. milita. Brun. in tract. de dignitat. legal.

Pius Quartus, ex reformationis pœnitentiariæ Apoſtolicæ decretis.

Ius patronatus concedendi legitima cauſa quæ ſit.

Cap. III.

Poenitentiarivs ac pœnitentiariæ Apoſtolicæ regens abſtineat à conceſſione iuriſpatronatus ſeu præſentandi ad beneficia eccleſiaſtica propter augmentum* fructuum, ſed tantum ex cauſa fundationis vel dotationis a illud concedere poſſit.

a *Pan. in conſ. 76. & 106. lib. 2. Caſſad. deciſ. 7. de iure patronatus. num. 6.*

NOT. * *Propter augmentum fructuum.)* Non qui prouentus beneficio conſtitutos auget, ſed qui prima eius auſpicia tulit, illudque fundauit, iuriſpatronatus auctoritate fruitur in præſentatione. Si quis enim aliquid largitus fuerit eccleſiæ iam conſecratæ, non ob id fit patronus, etiamſi accedat ordinarii Epiſcopi conſenſus, ſolius enim fundationis, conſtructionis, &

donationis gratia acquiritur ius patronatus. Archid. Gemin. Innocen.in rub.de iure patron num.3. Ioan.And.in cap.1.de iure patron.in 6.Alexand.conſi.74.ad finem.lib.4.Præpoſ.in cap. hortamur. 70. diſt Curtius de iure patron.in verb.pro eo quod de Diocæſani.in fin. Qui eiuſdem opinionis recenſet Felin.in tract.quando literæ Apoſtolicæ noceant patron.num.10. Ang. de Clauaſ.in ſum.in verb.iuspatronatus.§.4.

Tit. V.

De confeſſis.

Paulus Quartus.

Confeſſi crimen aut probatiſſimis indiciis quæſtione torquendi carcerati non relaxentur fiſco inſcio, etſi præſtita fuerit cautio.

Cap. I.

LICET ex iuris communis diſpoſitione ſatis prouiſum ſit, vt de aliquo crimine inquiſitus, dum ſuper indiciis [a] contra eum exiſtẽtibus diſcutitur, an torturę in eius perſona iure locus ſit perſonaliter in carcere detineatur, & vt crimen confeſſus in quem nihil, niſi vt pœnam ſoluere cogatur, agendum reſtat, quouſq; ille debite punitus fuerit, non relaxetur: tamen vt nuper accepimus, rei criminum torturæ ſupponendi, ſub cautione de ſe repræſentando & confeſſi ſub ſimili cautione, ſeu etiã ſub cautione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, plerunq; relaxantur, quo fit vt illis extra carcerẽ poſitis expeditionem non procurantibus, cauſæ huiuſmodi differãtur, & demum obliuioni tradantur, aut variis viis rei ipſi, poſt aliquod tempus, cautiones pſtitas liberari procurent, ſicq; ipſi pœnas debitas effu-

fugiant,& delicta remaneant impunita,in graue ſcãdalum,& peſſimum cæterorum exemplum. Nos itaque huic abuſui occurrere volentes, motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium decernimus,ſtatuimus & ordinamus, vt nullus, qui ex indiciis contra eum laborantibus iure torquẽdus veniat, ſeu de quo dubitetur, dum de indiciis huiuſmodi, an ad torturã ſufficientia ſint, diſputatur, quo vſq; aut p torturam indicia ipſa purgauerit, aut eum torturæ ſubiiciendũ non eſſe, cognitum fuerit, niſi procuratore fiſci noſtri ad hæc omnia citato,& interueniente,ſub quauis cautione à carcere relaxetur, neq; ſuper iis extra carceres audiatur. Nullus etiam qui * crimen in iudicio confeſſus fuerit,contra quem nullæ ſunt partes iudicis, niſi in exequẽdo, etiam ſi pro crimine huiuſmodi pecuniaria pœna plectendus veniat, & quamcunque cautionem de illa ſoluendum præſtare offerat, à carcere relaxetur,niſi pœna ipſa,pręfato fiſci procuratore deſuper audito, debite perſoluta, ſicque per quoſcunq; iudices quauis auctoritate fungentes, iudicari, diffiniri,& obſeruri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & diffiniendi facultate, irritumque & inane quicquid contra præſentium tenorem à quoquam quauis auctoritate,ſcienter vel ignoranter attentari contigerit,decernimus.

* *De ſufficientibus indiciis quibus adductus iudex reum quæſtionibus ſubiiciat, vide Bartol. in l. vltim. num. 5. & ibi latius Marſil. num. 4. de quæſt. Alexand. conſil. 77. num. 4. libro primo. Decius in l. magiſtratibus. numero decimo, de iuriſdictione omnium iudicum. Thomas Ferratius cautela 5. numero tertio. Boſſius tract. cauſarum criminalium, tit. de indiciis. numero 30.*

NOT.

NOT. * *Crimen in iudicio confeſſus fuerit.*) Panormitanus in cap. ex parte. de confeſſis. dubium illud elucidat, an confeſſio iudicialis præiudicet confitenti. Verum Doctorum concors eſt ſententia confeſſionem emiſſam iudicialiter ſiue extraiudicialiter probare cum deliberatione in præiudicium confitentis. C. de non numerata pecunia. l. generaliter. ff. depoſiti. l. publia. ff. de confeſſis. l. 1. C. eo. l. vna, extr. eod. c. cum ſuper. & c. ex parte. de exceſſibus prælat. quam graue. Hoc tamen axioma multiplici diſtinctione clauditur, vbi metus, doli, ætatis, fraudis, vis, fauoris, mendacii, & erroris habetur conſideratio, vt doctè diſſerit Bellam. decis. de confeſ. concluſ. 690. Et Zaſius in ea lectura quam de confeſſis ſcripſit. Et Menoch. lib. 2. de arbit. iudic. cen. 3. caſ. 268.

Pius Quintus.

Rei confeſſi à vinculis carceris non ſoluantur niſi executionis ſententiæ paruerint.

Cap. II.

CVM ſicut accepimus, viſitatores carcerum almæ vrbis noſtræ homicidii, aliorumque capitalium criminum reos carceratos ad illorum abſolutionem, & liberationem nimia humanitate proni atque procliues ſæpe à carceribus liberari faciunt ſub cautione de ſe præſentãdo, aut alias ſub aliis obligationibus, & conditionibus eis bene viſis, & ita proceſſus debilitantur, & cauſarum expeditiones differuntur, vel (quod moleſtius ferimus) eos quandoque liberant, aut leuiori pœna, quam iuſtitia expoſcit, afficiunt, ac propterea delicta impunita remanent contra ius, & vtilitatem [a] publicam. Nos conſiderantes impunitatem ſcelerum eſſe incentiuum malorum, nolenteſque in futurum reos homicidii, ac aliorum delictorum capitalium, niſi in caſibus à iure expreſſis à carceribus liberari, & extra carce-

carceres audiri, at leuius puniri, tenore præſentium, eiſdem viſitatoribus ſub pœna indignationis noſtræ inhibemus, atq; interdicimus, ne poſthac reos carceratos, vt præmittitur, arbitrio ſuo relaxent, & liberent. In leuioribus autem delictis reos confeſſos, aut conuictos non relaxét, neq; liberent, niſi prius ſententię, aut condemnationi, quam eis infligendam & imponendam duxerint, paruerint, & illius executio facta fuerit. Volumus autem quotieſcunque viderint æquitatem iuris rigori attenta facti qualitate præferendam eſſe, cum ad ſolum Principem ius decernendi inter iūs, & æquitatem non ſcriptam ſpectet, & pertineat, tunc facti qualitas diligenter in viſita conſideretur, & ſi quid ab eis de iure relaxandum videbitur, id nobis vnus ex viſitatoribus vna cum iudice cauſæ referat, præſente procuratore fiſcali, vel Aduocato fiſcali eiuſdem Cameræ, & fiſci, ac etiam pauperum aduocato, vt à nobis quid ſtatuendum, & deliberandum ſit, intelligant.

[a] *l. cum quidam. ff. de liberis & poſthumis. c. vt famæ. de ſent. excommun.*

Idem.

In cauſis criminalibus confeſſi appellare nequeunt.

Cap. III.

In confeſſos iudices procedere poſſunt, non obſtantibus * appellationibus & inhibitionibus, & abſque aliquarum pœnarum incurſu.

NOT. * *Non obſtantibus appellationibus.)* Propria voce confeſſus appellare non poteſt. l. 2. C. quorum appell. vbi gloſſ. Barr. Bald. & Oldrad. dicunt hunc textum generaliter habere locum in criminibus & etiam in cauſis ciuilibus, niſi inſta

quædam

quædam ſuperueniat cauſa quæ confeſſionem probet eſſe inutilem. Et eſt communis Doctorum ſententia, Bart. poſt Dyn. in l. creditor. §. iuſſus. ff de appellat. tit. Dom. in cap. Romana. §. ſin autem. eod in 6. Matth. & Ang. de Are. in d. §. iuſſus. ea potiſſimũ ratione freti, quod maxime intereſſe videatur Reipublicæ, vt delicta puniantur. c. vt famæ. de ſentent. excom. l. cum quidam. ff. de lib. & poſthumis. vide. Philip. Dec. tit. de appellat. §. porro. ſup. decretal.

TIT. VI.

De dolo & contumacia.

Pius Quartus.

Defenſio condemnatorum in contumaciam, infra ſemeſtre exigi debet.

CAP. I.

QVONIAM ſæpe contingit, vt qui ex aliquo crimine in contumaciam * condemnati fuerint, perdurant ad multos annos in cõtumacia, expectantes occaſionem, vt per temporis diuturnitatem criminis probatio impoſſibilis reddatur, & tunc quęrunt contumaciam ſibi remitti, & ſuper defenſionibus audiri, cum criminis probandi facultas eſt fiſco ſublata, cauſam plerunq; vel coram iudicibus in ipſos propenſis, vel in locis vbi iura fiſci deduci non poſſunt introducẽtes; ſtatuimus, quod rei in contumaciam condemnati, ad ſuas defenſiones faciendas admitti non poſſint, niſi infra ſex menſes, [a] quoad faciendas videlicet à die condemnationis, quo verò ad iam factas condemnationes, à die publicationis præſentium computandos, nec alibi quam in loco vbi condemnatio ſecuta eſt, vel in curia generali Prouinciæ vbi delictum fuerit com-

commiſſum. Et ſi ſecus fieri contingat, quæcunq; abſolutiones deſuper obtinendæ, ét ſi vigore commiſſionis ſignaturæ noſtræ, nullius ſunt roboris vel momẽti, ſed ad ipſarũ condemnationũ iam factarũ executionem deueniri poſſit, & debeat. Quo termino ſex menſium elapſo, ſententiæ in contumaciam latę, crimen notorium efficiant, & tanquam in rem iudicatam tranſiuerint, realiter, & perſonaliter executioni demandentur. Nec homicidis proſit minor ætas viginti annorum, dum tamen maiores quatuordecim annorum extiterint. Quod ſi banniti huiuſmodi in contumaciam condemnati, veniãt poſtmodum abſoluendi, iudices, ſub pœna mille ſcutorum, & infamiæ perpetuæ, illos gratis, & ſine vlla ſportularum ſolutione, abſoluere debeant. Publicata Romæ 26. Maii. 1565.

[a] *Pius V. vt habet. ſub tit. de treug. & pac. cap. 2. contumaces infra annum ad defenſionem admitti poſſe decreuit.*

NOT. * *In contumaciam condemnati.)* Contumax is dicitur, qui tribus edictis, aut vno peremptorio, tribus literis vel tribus denunciationibus euocatus, iudicio ſiſtere ſe & pręſentiã ſui facere contemnit. l. contumacia. §. 1. ff. de re iudic. l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud. Edicta publico loco affiguntur vnde rectè legi poſſunt, literæ ad reum mittuntur, denuntiationes fiunt per officia & executores. l. abſentem. § aduerſus. ff. de pœn l. 2. l. tres. C. quomodo & quando iud. In contumacem etiam abſentem dicta ſententia valet, nec appellatione reſcinditur. l. & poſt §. vlt. ff de iudic. l. 1. C. quorum appel. non rec. & hoc eſt quod Paulus ait, quinimmo nec appellari poteſt. Quoties in contumacem fuerit iudicatum ab ea ſententia quæ aduerſus contumaces data eſt, neque appellari neque in duplum reuocari poteſt. Ex Cuiacio lib. 5. recept. ſent. Paul.

Pius

Pius Quintus.

Semeſtre ſpatium conceſſum Pij IIII. decreto contumacibus ad exprimendas cauſæ defenſiones, ad annum extenditur & prorogatur, ita tamen, vt ſponte comparentibus duntaxat non captis infra annum faueat & patrocinetur.

Cap. II.

Q vdvm poſtquam fœl.rec. Pius Papa IIII. prædeceſſor noſter, cupiens ſubterfugiis delinquentium [a] obuiare, per quaſdā ſuas in forma motus proprii editas literas, ſub dat.Romæ apud ſanctum Petrum,12.Cal.Iunii.anno 6.inter alia ſtatuiſſet, quod rei in contumaciam condemnati ad ſuas defenſiones faciendas admitti non poſſint, niſi infra ſex menſes,quo ad faciendas, videlicet à die cōdemnationis, quo verò ad iam factas condemnationes à die publicationis earundem literarum computandos, per alias noſtras, etiam in forma motus proprii emanatas literas,die 20.menſis Iunii, Pontificatus noſtri anno primo publicatas, terminum ſex mēſium huiuſmodi ad annum prorogauimus, ac contumacibus huiuſmodi defenſiones non niſi poſt anni elapſi terminū denegari debere decreuimus. Cumque, ſicut accepimus, à nonnullis ordinationem, & diſpoſitionem huiuſmodi,noſtramque, & dicti prædeceſſoris in illis edendis intentionem variis calumniis eludere,& ſuper earum ſiniſtris interpretationibus agentes pro fiſco, & Camera Apoſtolica fatigare,& cauſas in longum protrahere, & illas intricare, ſententiarumque executionem euitare ſatagentibus,

tibus, ſępe in dubium verti contingat (licet ex verborum proprietate res clara ſit) an ſcilicet tam ſponte *comparentes, de quibus loquitur motus proprius prędicti prędeceſſoris, quam etiam capti intra dictum tempus, indiſtinctè admitti debeant ad faciendum ſuas [b] defenſiones, maximè ſtantibus in eodem noſtro motu proprio appoſitis ſupra relatis verbis videlicet. *A contumacibus huiuſmodi defenſiones non niſi poſt anni elapſi terminum denegari debere*, quæ indiffinitè prolata ſunt, & videntur poſſe comprehendere, tam ſponte comparentes, quam captos, nihilominus cõſiderantes, quod verba ipſa nihil aliud diſponunt quam prorogationem termini, his quibus ex forma motus proprii prædicti prædeceſſoris denegari non poterat. Nos igitur ad tollendum omne dubium, & abſurdum euitandum, quod capti, & ſponte comparentes paris eſſent conditionis, necnon calumniis, & aliis inconuenientibus huiuſmodi quãtum cum Deo poſſumus, obuiare, omnemq; diſputandi materiam tollere, & in his opportune prouidere volentes, necnon ſingularum literarum prædictarum, ac indiciorum, inquiſitorum, proceſſuum, condemnationum, & ſententiarum deſuper formatarum, & latarum, ac formandarum, & promulgandarum huiuſmodi, aliorumque forſan latius exprimen. tenores, continẽtias, formas, & compendia, ac reorum delictorum, criminum, & exceſſuum, ac pœnarum huiuſmodi, & iudicum nomina, cógnomina, gradus, & qualitates, ac quantitates, & loca, pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, & decernentes, necnon ſingulas prænarratas literas confirmantes, & innouãtes, motu ſimili, &c. quod banniti, & in contumaciam condemnati in pœnam capitis, & vltimi ſupplicii, ſi capti

P ad ma-

ad manus Curiæ deuenerint,per iudices ad nouas,ſiue alias defenſiones faciendas, etiam intra dictum tempus non admittantur, niſi habita à nobis, vel ſignatura noſtra deſuper gratia ſpeciali,nec literæ ipſæ quæ in eorum odium æditæ ſunt, eis in aliquo ſuffragentur, aut illis ſe iuuare, ſiue defendere poſſint. Quinimmo, ꝙ iudices præfati ſententias ipſas condemnatorias, tam in vrbe, quam extra eam latas, & ferendas, ſi tamen legitimis præcedentibus indiciis ad inquirendum promulgatæ fuerint,executioni realiter,& corporaliter ſuis loco,& tempore congruis reſpectiuè totaliter, & integrè contra ſic captos demandent,& demandari faciant,hac noſtra perpetuo valitura declaratione declaramus, & decernimus, & quatenus opus ſit, de nouo ſtatuimus & ordinamus,& ita mentis,& intentionis noſtræ fuiſſe,& eſſe atteſtamur.Rom.Idib.Septemb.1571.

a *Contumacia in criminalibus accuſanda.l.abſentem.§.i.ff. de pœnis.Bart.in l.inter.vlt.col.ff.de public.iudic.& in extraua. ad reprimendum.in verb.neglexerit.*

b *Contumax damnatus non auditur, niſi contumaciæ ſolutis expenſis.gloſſ.in l.ſed & ſi.§.ſed etſi dum decreto.ff. ex quibus cauſis maior.Bald.in c.cum veniſſent.col. 2. de iudic. Idq; obſeruatur tam in ciuilibus quam criminalibus cauſis.*

NOT. * *Sponte comparentes.)* Veram diffinitionem contumaciis verbis his contrariis complectimur, vt qui non paret, ſiue initio vocatus non venit, ſiue ſe malitioſe occultando ſeu impediendo ne citatio ad eum perueniat, non parere dicitur.c. fin.§.porro.vt lit.non conteſt.Cle. 1. de iudiciis, ſiue venerit tamen iuſſis iudicis non paret, vt quia diſcedit ſine iudicis venia, ſeu commeatu.cap. 1. de iudiciis. Suffragatur verò his omnibus contumaciæ ſpeciebus legitimum impedimentum quo excuſatur abſens & diſcedens. l. quæſitum ff.de re iudic.

Tit. VII.

De ſequeſtris.

Pius Quartus.

Iudicibus decernendi ſequeſtra fructuum beneficiorum lite pendente conceditur facultas.

Cap. I.

SAnctissimvs in Chriſto Pater, & Dominus noſter, Dominus Pius diuina prouidentia Papa IIII. cupiens prout ſuo paſtorali incumbit officio, vnicuiq; ꝙ ſuum eſt tribui, iuſtitiamq; inter oẽs ęqua lance miniſtrari, ac animarum periculis, & fraudibus eorũ qui paſſim beneficia eccleſiaſtica in mẽſibus in quibꝰ illorũ collatio, & prouiſio per conſtitutiones ſuas, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ regulas deſuper editas diſpoſitioni ſuæ pro tempore reſeruatæ exiſtunt vacantia, ſeu alias eidem, & ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni generaliter reſeruata, aut ex generali reſeruatione Apoſtolica vel alias affecta, ordinaria, ſeu alia auctoritate cõtra dictarum conſtitutionum tenorem, aut alias indebitè ſibi conferri, & de illis etiam prouideri procurant, & in eis prætextu collationum & prouiſionum huiuſmodi ſe intrudunt, ad hoc vt illorum fructus ſuos faciant, & ex eis impetrantes Apoſtolicos [a] ſeu alias iuſto titulo prouiſos moleſtent, & interim lites adeo in longum protrahant, vt impetrantes & iuſtum titulum habentes, aut cum eis concordare, aut eorum iuri cedere, & renunciare, aut in proſecutione litium huiuſmodi omnes fere eorum facultates diſſipare, & tandem in illarum

proſecutione mori cogantur. [a] Quique beneficia in Romana Curia, vel extra eam litigioſa reſignant, aut eorum iuri cedunt ſimpliciter vel in fauorē tertii, in memorialibus cum paruis datis & conſenſibus deſuper præſtitis, quę penes ſe retinent, & nihilominus lites huiuſmodi proſequuntur, & dum cognoſcunt nullum ius ſibi in huiuſmodi beneficiis litigioſis competere, ad effugiendum ſententiam, & expenſas, vel fructuum reſtitutionē, in quibus condemnādi venirent. Supplicationes deſuper ſignari, ac datas, & conſenſus paruos huiuſmodi extendi faciunt, aſſerentes ſe iam diu illa dimiſiſſe, partes fouentes bonū ius, & iudices iuſtitiā miniſtrantes deludendo, quantum in eo eſt obuiare, ac omnem penitus talia præſumendi occaſionem tollere, hac ſua perpetuo valitura ſanctione ſtatuit, & ordinauit, quod quoties in antea aliquem ſuper quouis beneficio eccleſiaſtico, vt præfertur, reſeruato ſeu affecto, & dicta auctoritate vel alias nulliter collato, tam in dicta Curia, quā extra eam litigare contigerit, & iudici ordinario, ſeu cui cauſa deſuper commiſſa fuerit, etiā ſummariè, & extraiudicialiter, quantum ſibi pro rei qualitate ſufficere parte legitime citata videbitur, conſtiterit beneficium ipſum in dictis mēſibus vacauiſſe, aut alias, vt præfertur, reſeruatum ſeu affectum, & nihilominus ordinaria, ſeu alia auctoritate nulliter collatum, & indebite detentum exiſtere, idem iudex reproducta citatione, fructus, reditus, & prouentus beneficiorum ſic nulliter collatorum, & indebite detentorum ſequeſtrari [b] mandet, & faciat, ac alia exequatur in præmiſſis neceſſaria, & opportuna. Super quo eidem iudici oēm poteſtatem & auctoritatem impartitus eſt. Idemq; ſanct. ſua in cauſis nunc in quauis in-

uis inſtantia coram eiſdem iudicibus pendentibus ſimiliter obſeruari mandauit. Preterea decreuit & declarauit ſic reſignantes, ſeu cedentes, & nihilominus lites huiuſmodi proſequen. ne eorum malitia illis ꝓdeſſe, & fouentibus bonum ius nocere valeat, ad fructuum, redituum, & prouentuum dictorum beneficiorum ꝑ eos perceptorum reſtitutionem, ac expenſarum in litibus huiuſmodi factarum, refectionem, omniaq; & ſingula damna, & intereſſe in quibus cōdemnati fuerint, ſi non ceſſiſſent, vel reſignaſſent, per iudices tam ordinaria quam delegata, vel alia auctoritate fungentes, corā quibus lites ipſas pro tempore pendere, ſeu moueri contigerit cōdemnandos fore, & condemnari debere, ac ad id teneri, & obligatos eſſe, ipſoſque, ac etiam in dictis beneficiis ſucceſſores quoſcunque ad paritionem ſententiæ, ſeu ſentētiarum, ac literarum executorialium pro tempore latæ, ſeu latarum, & decretarum à quibus * appellare non liceat, ad reſtitutionē, ſeu relaxationem poſſeſſionis, ac fructuum, redituum, & prouentuum, necnon refectionem expenſarum, ac damnorum, & intereſſe huiuſmodi perinde ac ſi contra eoſdē ſucceſſores ſententia, ſeu ſententiæ latæ, & literæ executoriales huiuſmodi decretæ fuiſſent, cogi, & compelli. [c] Sic tamen, quod poſtquam alter ipſorum ſententiæ, ſeu ſententiis, ac reſtitutioni, vel relaxationi poſſeſſionis, & fructuum, redituum, & prouentuum, necnon damnorum, & intereſſe huiuſmodi refectioni, aliiſq; præmiſſis realiter, & cum effectu paruerit, alter deſuper moleſtari non poſſit.

[a] *Aperit conſtitutio varios dolos, quibus iniuria fit legitimis poſſeſſoribus.*

[b] *Sequeſtrum non debet concedi, niſi ius illud petentis appa-*

reat.l.cum proponas.C.de bon.auth.iud.poſſid. l. ſi is à quo. ff. vt in poſſ.lega. Nam ſi is qui petit ſequeſtrum nil iuris habeat, ſequeſtrum non fiet.

c *Sententia ſequeſtri exequutoria eſt, per l.Imperatores.in fin.ff.de appellat.Bald.& Rom.in l.ſi fideiuſſor. §.fi.ff. qui ſatiſdare cogan.*

NOT.* *Appellare non liceat.*)Si forma non fuerit in ſequeſtratione ſeruata, per appellationem tunc ſuccurritur, vt docet Luc.in l.penult.§.ſuper his.C.de erog.milit.an. lib. 12. Seruato vero ordine formæ præſcriptæ non appellatur. l. ſi qua mulcta. ff.de verb.ſignif.& ſi appelletur, nihilominus executio fiet, non obſtante aliqua appellatione & ſine eius præiudicio. Rebuff. in tract.de ſenten.execu.art.1. Valetudine quoque aduerſa,abſentia reipub.cauſa,violentia,iuriſdictionis & fori priuilegio contumacia excuſatur.l.contumacia.ff. de re iudic. vide Rebuffum tract.de contumacia & defectu.

Pius Quintus.

Lite pendente fructus & diſtributiones beneficiorum eccleſiaſticorum fidei ſequeſtro debent deponi.

Cap. II.

CORDI nobis eſt lites minuere, & à labpribus ſubditos,maximè pſonas eccleſiaſticas diuino cultui deditas, releuare. Sane cum (ſicut accepimus) in pleriſq; cathedralibus, & collegiatis eccleſiis earum conſtitutionibus, & ſtatutis ēt à ſede Apoſtolica approbatis,& confirmatis cautum ſit, a q͏ occurrentibus litibus, & controuerſiis inter prouiſos de dignitatibus, officiis, canonicatibus, & præbendis,portionibus,& præſtimoniis,cæteriſque beneficiis eccleſiaſticis qualitercunq; qualificatis, tā ordinaria,quam Apoſtolica auctoritate,tam ſuper illorum prouiſione, ſeu inſtitutione, aut poſſeſſione, quam

quam illorũ idoneitate,&habilitate,aut alias ex quauis cauſa,& eorundem ad dignitates,canonicatus,& præbendas,cæteraq; beneficia eccleſiaſtica prędicta admiſſione,& receptione,& capitulũ, & canonicos, cæteraſq; capitulares perſonas, ad quos admiſſio, & receptio tam de iure quã ex conſuetudine ſpectat, & pertinet, aut ẽt alias perſonas eccleſiaſticas aſſerẽtes beneficia prædicta ad ſe de iure ſpectare, ipſi ſic prouiſi interim beneficiorum huiuſmodi fructus, ac diſtributiones non percipiant,ſed capitulum,& canonici illas vel in ſuos vſus,& vtilitatem conuertendas, ſeu reſtituendas ei, cui de iure reſtituẽdæ erunt,recipiant,prout in dictis conſtitutionibus,&ſtatutis,ſeu conſuetudinibus continetur, quo factum eſt,vt lites huiuſmodi immortales efficiantur, nec earum optatus finis videri poſſit. Hinc eſt, quod nos hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, atq; decernimus, quod fructus, reditus,& prouentus,ac diſtributiones,cęteraq; emolumenta, quæ vigore cõſtitutionum, conſuetudinum, & ſtatutorum prædictorum à capitulo, & canonicis, recipienda (vt præmittitur) erant,amplius nõ ab eiſdem capitulo,& canonicis recipiãtur,ſed penes pſonam fide & facultatibus idoneam, per iudicem corã quo cauſæ huiuſmodi pendere repertæ fuerint, eligendam & nominandam * deponantur reſtituenda ei,cui de iure poſtea reſtituenda fuerint. Dat.Romæ 3.Cal.April.1568.

[a] *Reſpondet conſtitutio æquitatis & recti ſanctioni quo ſtatim atque litigatur ſuper aliquo beneficio interdicto retinendæ poſſeſſionis, tunc ſequeſtratur beneficium ne partes varijs litium anfractibus inuoluantur. l. æquiſſimum. ff. de vſufruct.*

NOT. * *Deponantur.*) Sequeſter à depoſitario ſimplici differt, ideo pragmatici addiderãt depoſitariũ iuſtitiæ, qui idẽ eſt cum ſequeſtro. nam ſequeſtrum fit, quando eſt controuerſia. l. ſequeſter. ff. de verbor. ſignif. gloſſ. & Doct. in cap. examinata. de iudiciis.

TIT. VIII.

De interdicto

Bonifacius VIII.

Propter pecuniarum debitum, ciuitas, prouincia, & loci publici non poſſunt interdicto ſupponi.

CAP. I.

PROVIDE attendentes, quod vt frequentius, quamuis non ſine cauſa, ſiue culpa, tamen multorum interdicti [a] ſententiæ proferuntur. Quod ſibi nonnulli iudices nimis prompti ad proferendas eaſdem, etiam in negotiis, ſiue cauſis, quæ plus interdum ex cupiditatis, quam ex charitatis radice, perſpicuis indiciis procedere arguũtur, quodque tempore interdicti diuina organa ſuſpenduntur, & laudes Dei, nec eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrantur, vt ſolent, tolluntur mortuis, ſeu muniuntur ſuffragia, præſertim per oblationẽ frequentem hoſtiæ ſalutaris, adoleſcentes & paruuli percipientes rarius Sacramenta, minus inflãmantur, conſolidantur in fide fidelium, tepeſcit deuotio, hæreſes pullulant, & multipliciter periculum animarum: præſentis conſtitutionis prouidemur edicto, vt prouincia, ciuitas, caſtrum, villa, locus, territorium vel diſtrictus, auctoritate ordinaria, vel delegata non ſupponantur eccleſiaſtico interdicto pro pecunia-

rio

rio debito, vel pro cuiuſuis monetæ, vel pecuniæ quantitate, ſub quacunque occaſione, vel cauſa, ſeu quouis quæſito colore, pro eo maximè, quod ipſorum domini rectores, ſeu officiales, quocunque nomine cenſeantur, aut incolæ ſeu inhabitatores, quod ſingulares perſonæ ipſorum ſtatutis, vel ſtatuendis, ordinatis, vel ordinandis terminis huius, ſeu quantitatem non ſoluerint hactenus, aut in antea non perſoluent. Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane, ſi ſecus hactenus contigerit attentari, illudq; reuocamus omnino.

[a] *Bonifacius Alexandrum IIII. Nicolaum III. & Martinum IIII. ſequutus, vt legitur in lib. ordinat. antiq. fol. 59. ſtatuit, quod locus nullus interdicti pœna mulctetur pro pecuniario debito. Et Baſil. concil. non leuiter proferendas interdicti ſententias dicit.*

Leo Decimus ex concordatis Galliæ.

Iudices in quacunque loca ob pecuniarum debita, interdicti ſententiam ferre non debent, niſi caſibus hic expreſſis vrgentibus.

Cap. II.

QVONIAM ex indiſcreta interdictorum promulgatione multa conſueuerunt ſcãdala euenire, ſtatuímus, quod nulla ciuitas, oppidum, caſtrum, * villa aut locus eccleſiaſtico poſſit ſupponi interdicto [a] niſi ex cauſa ſiue culpa ipſorum locorum, aut domini ſeu rectores vel officiales ipſorum locorum auctoritate iudicis requiſiti, huiuſmodi perſonam excommuni-

catam infra biduum inde cum effectu non eiecerint, aut ad ſatisfaciendum compulerint, qua etiam poſt biduum eiecta recedente vel ſatisfaciente, mox ad diuina reſumi poſſint, quod etiam in pendentibus locum habere decernimus.

a *Vide text.extra.prouide.de ſentent.excom.incom.*

NOT. * *Caſtrum, villa, aut locus, interd.*) Locum aliquem interdicere, nihil aliud eſt, quam homines à certis ſacramentis ibi ſuſcipiẽdis, & à ſepultura eccleſiaſticos atq; clericos à publica diuinorum celebratione ibidem, ac ſacramentorum collatione interdicere. Sepultura autem eccleſiaſtica quæ interdicto prohibetur, non modo intelligenda eſt, cum defunctorũ cadauera in loco ſacro ſepeliuntur, ſed etiam quando extra locum ſacrum eccleſiaſtico funere humantur. Locus verò ſacer, qui interdicitur non ſolum templa verumetiam cæmiteria ſub ſe complectitur.

Clemens VII.

Pro pecuniario debito, vel cuiuſuis æris crediti quantitate non poteſt iudex ordinaria vel delegata poteſtate locum vel populum interdicere.

Cap. III.

Licet ea, quæ per Romanum Pontificem pro Chriſtifidelium animarum ſalute quotidie facta fuerunt, plenam obtineãt roboris firmitatem, nonnunquam tamen Romanus Pontifex illa libenter approbat, & concedit, vt eo firmius illibata perſiſtant, quo magis ſuo fuerint pręſidio cõmunita. Dudum ſiquidẽ fœ.re. Bonifacius Papa VIII. a prædeceſſor noſter libenter prouide attendens, ꝙ vt frequentius, quamuis * non ſine cauſa, ſine culpa tamen multorum, interdicti ſententiæ proferuntur, quod-

quodq; erant nonnulli iudices nimis prompti ad ꝓferendas eaſdem ét in negotiis,ſiue cauſis, quę interdũ plus ex cupiditatis, quã charitatis radice, pſpicuis indiciis procedere arguebantur, quoq; interdicti tẽpore [b] diuina organa ſuſpendebantur, & laudes, nec eccleſiaſticaSacramenta miniſtrabantur,vt ſolebãt, tollebantur mortuis ſiue minuebãtur ſuffragia, præſertim p oblationem frequentem hoſtiæ ſalutaris, adoleſcentes & paruuli participantes rarius Sacramẽta minus inflammabantur, & ſolidabantur in fide,fidelium tepeſcebat deuotio, hæreſes pullulabant, & multiplicabantur pericula animarũ, conſtitutionis ſuæ ꝓuidit edicto,vt nulla prouincia,ciuitas, caſtrũ, villa,locus,territoriũ,vel diſtrictus auctoritate ordinaria vel delegata ſupponeretur eccleſiaſtico interdicto pro pecuniario debito, vel cuiuſuis monetæ, vel pecuniæ,quacunq; occaſione,vel cauſa,ſeu quouis quæſito colore, pro eo maximè, quod ipſorum domini rectores, vel officiales, quocunque nomine cenſerentur aut incolæ,ſeu habitatores, aut ſingulares perſonæ ipſorum tunc ſtatus, ſeu ſtatuendis, ordinatis,vel ordinandis terminandis huiuſmodi debitum, ſeu quantitatem non ſoluiſſent eatenus, aut in antea perſoluerent, decernens extunc irritum, & inane ſi ſecus extitiſſet attentatum, vel contingeret attentari, illudque reuocauit omnino. Non obſtantibus quibuſcunque contractibus, obligationibus,pactis,conuentionibus, compoſitionibus, ſubmiſſionibus, fideiuſſionibus, conſenſibus, proceſſibus, & ſententiis tunc deſuper habitis, & habendis iuramentorum pœnarum ſpiritualium,& tẽporaliũ, ſeu mulctarũ appoſitione, vel quacũq; alia firmitate vallatis, niſi talis ſuppoſitio interdicti eatenus foret

facta,

facta, vel in antea fieret de Apoſtolicæ ſedis ſpeciali licentia, & expreſſa, per ipſius patentes literas apparente. Nos igitur cupientes, vt ea quæ pro animarum Chriſtifidelium ſalute per prædeceſſores noſtros matura deliberatione ordinata & facta fuerunt, perpetuis futuris tẽporibus firmius obſeruentur, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac poteſtatis plenitudine, literas prædictas, & in eis contenta, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & innouamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, illaque inuiolabiliter obſeruari debere decernimus atque mandamus, ac potiori pro cautela omnia in eis contenta de nouo facimus, & ordinamus. Rom. Cal. Iunii. 1559.

[a] *Sup. cap. primo.*

[b] *Enumerat interdicti metuendos effectus, illo enim terræ alicui, aut eccleſiæ, vel perſonis aliquando Miſſæ ſacrificium, cæterorumque diuinorum officiorum publica celebratio ſiue cum alijs in diuinis communicatio. participatioque, templi ingreſſus, & eccleſiaſtica ſepultura interdicuntur.*

NOT. * *Non ſine cauſa, ſine culpa tamen multorum.*) Interdicti triplicem conſtituunt differentiam Canoniſtæ. Eſt enim interdictum vel locale, quod in quædam certa loca aut prouincias, & ciuitates immittitur, aut perſonale intuitu certarum perſonarum quas petit, vel contra perſonas & locum ſimul, & perſonale & locale ſimul appellatur, & quodlibet horum duplex eſt, aut generale aut particulare. In quibus autem caſibus iaculetur copioſe diſtinxit F. Felicianus Epiſcopus Scalenſis, in Enchiridio de cenſuris. cap. 10. de interdicto.

TIT.

Tit. IX.

De appellationibus.

Pius Secundus, in Mantuana Synodo.

Appellationes & prouocationes à ſummo Pontifice ad futurum Concilium inanes, ſchiſmaticæ & erroneæ ſunt.

Cap. I.

EXECRABILIS, & priſtinis temporibus inauditus, tempeſtate noſtra inoleuit abuſus, vt à Romano Pontifice, Ieſu Chriſti Vicario (cui dictum eſt in perſona beati Petri, Paſce oues meas, &, Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis) nonnulli ſpiritu rebellionis imbuti, non ſanioris cupiditate iudicii, ſed commiſſi euaſione peccati, ad futurum Conciliū prouocare præſumant: quod quantum * ſacris canonibus aduerſetur, quantumque Reipub. Chriſtianæ noxium ſit, quiſquis non ignarus [a] iurium, intelligere poteſt. Namque (vt alia prætereamus, quæ huic corruptelæ manifeſtiſſimè refragantur) quis non illud ridiculum iudicauerit, quod ad id appellatur, quod nuſquam eſt, neq; ſcitur quando futurum ſit? Pauperes à potétioribus multipliciter opprimūtur, remanent impunita ſcelera, nutritur aduerſus primam ſedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, & omnis eccleſiaſtica diſciplina, & hierarchicus ordo confunditur. Volentes igitur hoc peſtiferum virus à Chriſti Eccleſia procul pellere, & ouium nobis commiſſa-

miſſarum ſaluti conſulere, omnemque materiam ſcandali, ab ouili noſtri Saluatoris arcere, de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium, cunctorumque Prælatorum ac diuini & humani iuris interpretum, curiam ſequentium, conſilio, & aſſenſu, ac certa noſtra ſcientia, huiuſmodi prouocationes damnamus, & tanquam erroneas, ac deteſtabiles reprobamus; caſſantes, & penitus annullantes, ſi quæ hactenus taliter interpoſitæ reperiantur, eaſque, tanquam inanes, ac peſtiferas, nullius momenti eſſe decernimus, ac declaramus: præcipientes deinceps, vt nemo audeat quouis quæſito colore, ab ordinationibus, ſententiis, ſiue mandatis quibuſcunque noſtris, ac ſucceſſorum noſtrorum, talem appellationem interponere, aut interpoſitæ per alium, adherere, ſeu eis quomodolibet vti.

[a] *Lege tum Ciuili tum Pontificia decretum eſt, appellationem non deuolui niſi ad ſuperiorem. l. præcipimus. C. de appellat. & appellationem illam ratam haberi quæ a minore ad maiorem appellatur. Appellari autem a Concilio ad Papam, non cōtra perſpicuum eſt, ex Gelaſio in Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ. Ad ſedem, inquit, Apoſtolorum de qualibet mundi parte appellandum eſt, ab illa autem nemo eſt appellare permiſſus.*

NOT. * *Sacris canonibus aduerſetur.)* Præter ſacrorum canonum authoritatem inconcuſſam proſtant apud hiſtoriarum monimenta irritas ſemper fuiſſe appellationes à Pontificia ſententia ad Concilia, liquetque ſæpe Romanos Pontifices ſoluiſſe eos quos iniquè Concilia ligauerant, vt de Athanaſio Alexādrino fatetur Sozomenus lib. 3. hiſt. cap. 7. de Flauiano Epiſcopo Conſtantinopolitano. Leo Epiſtola 25. ad Theodoſium Auguſtum. Huius rei repetes exempla ex ſcholio conſtitut. in ſumm.

Iulius

Iulius Secundus.

Pÿ ſecundi in appellantes à ſedis Apoſtolicæ ſententÿs ad futurum Concilium conſtitutio confirmatur & interpretatur.

Cap. II.

LICET olim fœl. recor. Pius Papa II. prædeceſſor noſter, de fratrum ſuorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium, cunctorumq; prelatorum, ac diuini & humani iuris interpretum, Curiam Romanam ſequentiũ, in dicta ſeu congregatione Mantuana exiſtẽtium approbatione, matura prius & graui præmiſſa diſcuſſione, & de eorundem congregatorum vnanimi conſilio & aſſenſu, ac ex certa ſcientia prouocationes ad futurum Concilium * efficaciſſimis, & palpabilibus rationibus, tanquam erroneas & deteſtabiles [a] damnauerit, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & interdicti pœnis præceperit, ne qua perſona cuiuſuis dignitatis, ſiue etiam vniuerſitas, aut collegium, quouis quæſito colore, ab ordinationibus, ſententiis, ſeu mandatis quibuſcunque, ſuis, ac ſucceſſorum ſuorum appellationem huiuſmodi interponere auderet, & contrafacientes, vna cum fautoribus ſuis, & conſilium, auxiliumue præſtantibus (ſiue hi tabelliones eſſent, ſiue teſtes, ſiue aduocati, ſiue alii quicunque) non ſolum pœnis, & cenſuris prædictis, ſed etiam iis quæ læſæ maieſtatis, & hæreticæ prauitatis reis imponuntur, obnoxios eſſe ſtatuerit. Leonardus tamen Lauredanus Dux, Rogati, ac generale Concilium, & commune Venetiarũ, oẽſq; & ſinguli patritii, & ciues cõmunis eiuſdẽ, vna cũ prouiſoribus, pqteſtatibus, cõmiſſariis & re-

& reliquis officialibus ſuis (quorum auctoritate, induſtria, conſilio, opera, aut fauore, ciuitates, oppida, caſtra & arces, ad nos & ſanctam Romanam eccleſiã legitimè pertinentes, occupatæ fuerant, aut detinebantur) de fratrum noſtrorum conſilio, à nobis requiſiti & moniti, vt intra certum terminum, ſub pœnis tunc expreſſis, nos & ſanctam Apoſtolicã ſedem plenè & omni ex parte, in conceſſa ſibi auctoritate & libertate, cum obedientia recognoſcerent & redintegrarent; ac Rauennam, Seruiam, Ariminũ, Fauentiam, Sarſinam ciuitates, cum oppidis, caſtris, terris, & diſtrictu ipſarum, cumque Ceſenaten. Forliuien. ac Immolen. territoriis, caſtris, oppidis, terris, & locis quæ occupabant, integrè & expeditè, nobis & dictæ Romanæ eccleſiæ, cuius iuris eſſe noſcebantur, relaxarent, atque inde recederent, nec impedirent quo minus illorum ciues & habitatores, ad piæ matris ſuæ Romanæ eccleſiæ obedientiam reuerterentur: omnes eorum fautores ab auxilii in talibus præſtatione deterrendo, ita quod requiſitioni, monitioni & mandato noſtro huiuſmodi non parentes, maioris excommunicationis ſententia, de ſimili conſilio, eo ipſo innodari cenſerentur, à qua, præterquam in mortis articulo cõſtituti, per alium quam per Romanum Pontificem, etiam pretextu cuiuſcunque facultatis, cuicunque pro tempore conceſſæ, abſolui nõ poſſent (quam quidem excommunicationis ſententiam in huiuſmodi non paritionis euentum, iteratis etiam vicibus aggrauauimus) paternis monitis & ſalutaribus iuſſis obſequi, prout debebant, indebitè recuſantes, ſeu qui iuri proprio diffidunt, & ſuperioris mandata contumaciter obaudiunt, vt quæ minus iuſtè vſurparunt, indebitè, etiam cum animarum

rum ſuarum detrimento, retineant: ad prohibitum atque damnatum remedium cõfugientes, à requiſitione, monitione & mandato, ac ſententiis, cenſuris, & pœnis p̄dictis, nulla conſtitutionis Pii prædeceſſoris, hoc expreſſe vetantis, habita ratione, ad futurum concilium, temerè (vt accepimus) prouocarunt: prout etiam perditionis filii, quondam Ioannes Bentiuolus, [c] & eius nati, cum eo à tyrãnica oppreſſione dilectæ ciuitatis noſtrę Bononiæ expellere decreuimus, dãnabiliter feciſſe dicũtur: videlicet ad futurum Concil. prædictum appellaſſe & ꝓuocaſſe. Nos igitur quã deteſtanda ſit eorum peruerſitas attendentes, qui propriis innixi cõmodis, & nefariis cupiditatibus mãcipati, ſalubria decreta Patrũ, & ſuperiorum iuſſa ſpernentes, inconſutilẽ Chriſti tunicã ſcindere, aut ẽt ſciſſionis cauſam p̄bere cõtendunt, & eccleſiæ vnitatem diuidere, p̄dictæ S. ſedis Apoſt. principatũ tollere, & cõtra tot ſanctorum Patrũ, & ſacrorum Concil. decreta temere & damnabiliter, magna audacia venire non erubeſcunt, & contrafacere non verentur: aſſerentes inter cætera, conſulentes, pſuadentes, determinãtes, ſeu determinationi huiuſmodi intereſſentes, ſola conſilii p̄ſtatione ſeu pſuaſione, deliberatione aut determinatione, ꝙ aliquibus caſibus à Ro. Pont. ſeu eius ſentẽtia, vel decreto ad futurũ Concil. generale appellari poſſit, dicta Pii p̄deceſſoris cõſtitutione non ligari, niſi in ipſa actuali appellatione, & illius interpoſitione, vel ſcripturæ cõpoſitione, ſe immiſcuerint: ne de cætero tali aſſertione ſe excuſare, ac tale quid in poſterum p̄ſumere impune valeãt, opportunã tam immani & periculoſo morbo medelã adhibere volentes hac generali & in ꝑpetuũ valitura conſtitutione, ex certa noſtra ſcientia, & po-

Q teſta-

teſtatis plenitudine,de venerabi.fratrum noſtrorum ſanctę Ro.eccle.Cardinaliū cōſilio ꝓmulgata,ſanximus conſtitutionē Pii p̄deceſſoris p̄fatā, tā citra quā vltra mōtes, & in vltramōtanis partib. quo ad oēs,tā eccleſiaſticas quā ſeculares pſonas,ēt regali dignitate acCardinalatus honore fulgētes,capitula,vniuerſitates,cōmunitates,& collegia, cōgregationes & ſynodos,ac parlamēta,valuiſſe, valere,& ꝑpetuo valitura declaramus, cū ſuppletione ſolēnitatis cuiuſlibet, ēt publicationis omiſſę(cuius in illa edenda vel publcāda defectus p̄tendi poſſet,quę iuxta illā fieri requirebatur)eāq; ex p̄terito nunc &in poſterum inuiolabiliter obſeruari mandamus, ipſius violatores, cuiuſcunq; dignitatis exiſtāt, pœnis & cenſuris in eadē exp̄ſſis,quocunq; tēpore ſubiacere ſtatuentes, contraria conſuetudine ſeu potius corruptela non obſtāte: Decernentes & declarantes vltra pœnas impoſitas (quas ipſo facto dictos violatores & contrauenićtes incurrere volumus)ipſos & eorum quēlibet, ꝓ veris & indubitatis [d] ſchiſmaticis & incōſutilis tunicę Dñi noſtri Ieſu Chriſti violatoribꝰ & diſſipatoribus,ac de catholica fide male ſentientibus, habendos & reputādos, pœniſq; canonicis & legalibꝰ contra tales impoſitis,ſubiacere,& cum Dathan & Abiron,partē & dānationem habere, ipſaſq; ēt pœnas & earum quālibet oēs illos incurrere volumus, cuiuſcunq; conditionis exiſtāt,& gradus p̄rogatiua fulgeant,qui in ſenatu,conſiliis,parlamentis,congregationibꝰ,etiā Synodalibus & ꝓuincialibus, vel alias quomodolibet, tacitè vel exp̄ſsè,voce vel ſcripto,p ſe vel aliū (cuiuſcunq; timoris vel reuerentiæ velamine,vel prætenſa excuſatione,& ſuperioris mādato non obſtātib.) decreuerint, cōſuluerint, ſeu deliberauerint, vel aliorum

rum

rum dicta approbauerint, cõſilium aut vocem dederint, vt ad futurum vniuerſale Concil. à nobis vel ſucceſſoribus noſtris Ro. Pontificib. contra pdictã conſtitutionem appellare liceat, poſſit vel debeat: dictas pœnas ad ipſos eorum quemlibet contrauenientem in pmiſſis, tenore pſentium extendentes, & locũ habere declarãtes, õni ambiguitate ceſſante. Et nihilominus puocãtes & appellationes, tã p Leonard. Ducem, rogatos, conſilium & commune Venetiarum, factas huiuſmodi, quã p quoſcunq; alios pdictos pro tempore faciendas, & inde ſecuta quæcunq; (vtpote contra Pii prædictã ac pſentem conſtitutionem attentas) nullas, put ſunt, & inualidas, nulliuſq; roboris vel momenti fuiſſe, & pro tempore fore, authoritate, ſciẽtia & poteſtate ſimilibus, ſtatuimꝰ, decernimus, & declaramus: ac p potiori cautela, caſſamus, & annullamus. Et vltra ſupradictas pœnas (quas contra cõſtitutionis huiuſmodi violatores in ſuo robore pmanere decernimus) loca q̃cunq;, ad quæ violatores ipſos declinare, & in quibus ſcienter ſtare pmitti contigerit, eccleſiaſtico ſupponimus interdicto: decernentes illud, quãdiu ipſi violatores inibi ſcienter ſteterint vt præfertur, & per triduum poſt eorum inde diſceſſum, firmiter obſeruari. Romæ 9. Calend. Iulii. 1509.

a *Proximo c. ſup. execrabilis. de appellationibus.*

b *Ob occupata bona dominij eccleſiaſtici per tyrannidẽ Venetorum Reſpublica excommunicata.*

c *Ioannem Bentiuolum ab inſolenti principatus dominio & inueterata audacia præſumptuoſum, Bononia expulit Iulius II. Pontifex Maxim. à cuius ſententia ad futurum Concilium appellarat, ſed ſexagenarius in ipſo exilio moritur, deſerta vt inani & irrita appellatione.*

[d] *Vt ſchiſmatis & hæreſis rei habendi ſunt qui à Pontifice ad Conciliũ prouocãt, taleſq; in Bulla cœnæ Domini excõmunicãtur & anathematizantur, necnon ij quorum auxilio vel fauore appellatum fuerit.*

[e] *Corã quibus prouocãtes reperiũtur interdicto ſupponũtur.*

NOT. + *Efficaciſſimis & palpabilibus rationibus.)* Pii ſecundi conſtitutionis quam ſupra retulimus meminit Alphonſus de Caſtro lib. 1. de iuſta hæreticorum punitione. cap. 10. rationibus quibus inniti videtur, in medium productis. Ridiculam enim illam aſſerit appellationem fieri a ſummo Pontifice ad futurum Concilium, quod non niſi magnis impendiis rerũ & temporis cogitur, & ſic diutius langueſceꝛent res quæ promptiſſimè decidi & diffiniri debent. Prouide ergo factum eſt vt ne immoraremur noſtris dubiis Pontificio iuri ſtaremus, nam alias variæ hæreſes hac fallaci declinatoria & prouocatione pro hominum libidine orirentur, repulſa ſententia Papæ omnes vt errorem tuerentur ad Concilium appellarent, & ob vnius tenebrionis pertinaciam ſemper congregandum eſſet. Antiqua eccleſiæ praxis longè aliud cenſuit, qua a Conciliis ad Pontificẽ, non a Pontifice ad Concilia probata fuit appellatio. Baſilides & Martialis (vt ex Epiſt. 4. primi libri Cypriani conſtat) Hiſpaniæ Epiſcopi propter crimen idolatriæ ex eccleſia eiecti ad Stephanum Pontificem iure appellationis confugerunt. Theodoretus Epiſcopus Cyri appellauit a Concilio Epheſino II. ad Leonem Pâpam, vt patet ex Liberato in Breuiario, c. 12. & ex Epiſt. Theod. cuius lectio apprime huic argumento conducit, illiuſque vltimam ferme periodum de appellatione ad Pontificem referam, τὴν γὰρ ὑμετέραν περιμένω ψῆφον, κἂν κελεύσητε τοῖς καταψηφισαμένοις ἐμμεῖναι ἐμμενῶ, καὶ οὐδενὶ ἀνθρώπων ἐνοχλήσω λοιπὸν, ἀλλὰ μενῶ τὸ ἀκλινὲς τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν κριτήριον. Veſtram enim, inquit, ſententiam expecto, quod ſi ſententiæ eorum qui condemnarunt acquieſcere iuſſeritis, acquieſcam, nulli deinceps futurus moleſtus, quin potius expectabo incorruptum Dei, & Saluatoris noſtri tribunal. Summum in terris iudicem Epiſcopum Romanum confitetur optimus author, & ſacrarum literarum peritiſſimus. Hoc legitimo appellationis iure ad Pontificem maximum, ſummi illi iudices & paſtores tum vicarii Chriſti alios Epiſcopos iniquis iudiciis op-

oppreſſos ad Romanum tribunal confugientes audierunt, & iudicarunt, Innocentius Chryſoſtomum, Leo Theodoretum, Nicolaus tertius Ignatium, Martinus Maximum, vt alios compendii gratia omittam.

Pius Quintus.

Appellationes in cauſis criminalibus infra ſex menſes expediri debent, ne hinc diuturna pœnæ mora, delictorum impunitas exoriatur.

Cap. III.

CVm remedium appellationis contra iudicum iniuriam à legibus introductum minime tollere intendamus, ſaltem cum eo homines abuti, & illud in calumniam verſum proſpiciamus, illius tempus limitandum [a] & reſtringendum duximus, vt eo magis hominum malitiis occurratur, & bene viuere volentium quieti & ſecuritati conſulatur. Hac igitur perpetuo valitura conſtitutione decernimus, vt lata in cauſis criminalibus ſententia continente pœnam pecuniariam fiſco noſtro applicandam, appellantes ab ea (in caſibus tamen quibus alias de * iure communi permiſſa eſt appellatio, & ſeruatis iis quæ ex forma conſtitutionum Apoſtolicarum circa depoſitum facien. ſeu cautionem præſtan. ſunt ſeruanda) teneantur infra ſex menſes à die ipſius interpoſitæ appellationis, cō-putandos, ita coram iudice appellationis cauſam ſuam proſequi, vt etiam expeditionẽ reportent, quibus elapſis, & expeditione coram iudice à quo, non reproducta, teneatur prefatus iudex à quo, ad quamcunque fiſci inſtantiam, etiã ſi acta fuerint tranſportata, ſententiam præfatam debitæ executioni, omni mora poſtpoſita, demandare, ita vt effectualis incame-

meratio ſubſequatur. Verum ne malitia iudicis ius litigatorum efficiatur deterius, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, ac priuationis officiorum, etiã ſi illa ex cauſa oneroſa obtineãt, ac refectionis omnium damnorum & intereſſe, quibuſcunq; iudicibus totius ſtatus noſtri eccleſiaſtici quacunq; dignitate, & præeminentia fulgentibus, ẽt ſi legati, vicelegati, ac prouinciarum gubernatores exiſtant, committimus, & mandamus, vt appellantibus ſine mora acta, & proceſſus quoſcunq; effectualiter tradi curent & faciant, & ipſi iudices ad quos reſpectiue, bona fide, & omni verſutia ſemota, ad cauſarum legitimam expeditionem procedant: ſcituri nos acriter vindicaturos, ſi per eorum quempiã in præmiſſis fuerit appellantibus ipſis præiudicium generatum. Dat. Ro. 16. Octob. 1571.

[a] *Annus datur ad proſequendum & finiendum appellationem. vt Clem. ſicut. de appellat. poteſt tamen iudex terminum reſtringere reſpectu proſecutionis, q̃a hoc cõcernit ius partis, licet proſecutio debeat fieri corãm ſuperiore, vt dicit Sicul. in cap. cum ſit Ro. de appell. Appellationis proſequendæ tempus non poteſt de conſenſu partium etiam expreſſo prorogari. Bart. in auth. ſi tamen. C. de temp. appellat.*

NOT. * *De iure communi permiſſa appellatio.)* Admittitur ſemper appellatio niſi ſpecialiter ſit iure prohibita, ſecundum gloſſ. in l. qui reſtituere. ff. de rei vendicatione. Franc. in rub. de appellat. colum. 5. Bald. in l. vnica. columna 2. C. ſi de momen. poſſ. & in cap. paſtoralis. columna 3. de appellat. & Dec. in c. Roma. de appellat.

Pius Quartus, ex decretis reformationis ſignaturæ iuſtitiæ.

Ab exceſſu taxæ ſemel appellandum.

CAP. IIII.

SANCIMVS quod ab exceſſiua taxatione expenſarum ſemel tantum appellatio committatur & duæ ſentētiæ habeant vim triũ. Dat. Rom. Cal. Ian. 1562.

Idem, ex reformat. Rotæ Apoſtolicæ ſanctionibus.

A fructuum liquidatione vnica conceditur appellato.

CAP. V.

A Liquidatione fructuum & expenſarum taxatione ſemel tantum appellare licet, ita quod duæ conformes rem iudicatam faciant.

Idem.

A decretis ordinariorum ante ſententiam diffinitiuam, & vbi agitur de morum & diſciplinæ eccleſiaſticæ reparatione, appellatio prohibetur.

CAP. VI.

EPISCOPIS, Archiepiſcopis, primatibus, & Patriarchis reſidentibus, vltra priuilegia & indulta eis per quoſcunq; Roman. Pontifices prædeceſſores noſtros, ac ſedē Apoſtolicā & generalia Concilia, & cancellariæ Apoſtolicæ regulas conceſſa, quæ in ſuo robore permanere

volumus, tanquam à dicta ſede delegati in quibuſcunque ciuilibus, criminalibus, vel miſtis cauſis contra quoſcunque clericos, ſeculares, particulares, ac etiam extra eorum monaſteria ſeu regularia loca degentes regulares quomodolibet exemptos auctoritate noſtra procedere, & cauſas ipſas cognoſcere, fineque debito terminare, ac, quicquid terminauerint exequi & obſeruari facere, ipſoſque exemptos pro tempore delinquentes iuxta eorum exceſſus & delicta punire, corrigere, & omnem iuriſdictionē in eos exercere, omniaq; alia & ſingula in præmiſſis & circa quomodolibet neceſſaria & opportuna quæ noſmet facere, exercere, & exequi poſſemus, in omnibus & pēr omnia facere, exercere, & exequi libere & licite valeant, plenam & liberam licentiam ac facultatem auctoritate & tenore prædictis concedimus & indulgemus, decernentes ab eorum ordinationis, interlocutionibus & decretis ante diffinitiuā ſententiam, vel vim diffinitiuę habentem, & vbi agetur de morum correctione [a] nullatenus etiam ad nos & ſedem Apoſtolicam appellari poſſe: & nihilominus per appellationes quaſcunq; contra præſentium tenorem quomodolibet interpoſitas minime cauſas deuolui, aut etiam per quaſuis inhibitiones etiā cum quibuſuis cenſuris & pœnis eis à quibuſuis iudicibus ordinariis vel delegatis forſan faciendas illarum vlteriorem cognitionem & expeditionem, & vbi de morum correctione agetur etiam legitimam executionem minime impediri, aut cenſuris & pœnis huiuſmodi ligari aut irretiri cenſere. Romæ prid. Non. Septemb. 1560.

[a] *c. irrefragabili. de offic. ord. c. ad noſtram. & c. reprehenſibilis. in fin. eod. Specul. eo. tit. §. in quibus. verſ. 11. à correctione.*

Iulius

Iulius Secundus Theſaurario Marchiæ Anconitanæ.

Appellationum ſuffragia propenſiores reddunt ad lites faciendas animos & flagitia audenda, cum ſententiæ prorogantur, & indeciſæ remanent, ideo non admittuntur in cauſis maleficiorum, niſi depoſita pecuniaria mulcta ſumma.

Cap. VII.

ACcepimus fiſco Cameræ Apoſtolicæ, iſtius noſtræ prouinciæ, damnum non leue inferri, delictaque impunita remanere, ex prætextu appellationum, quæ in maleficiorum [a] cauſis, tum ante condemnationem, tum poſt, interponuntur: propter quas, cum aut ad vrbẽ, aut alio cauſæ ipſæ transferuntur, indeciſæ, & minus pro ipſo fiſco defenſæ remanent. Quamobrem volentes damno & impunitati prædictis occurrere, tibi committimus & mandamus, vt nullam in aliqua cauſa alicuius maleficii, aut fractæ pacis, induciarum, vel treugæ (etiam ſi de noua cauſa, aut de habẽdo recurſum diceret) appellationem admittas, aut admitti ſinas per aliquem iudicem vel officialem, niſi prius effectuale depoſitum penes te fecerint, de pœna in qua appellans condemnatus fuerit, aut veniret condemnandus, prout in conſtitutionibus prouincialibus, & aliis prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris literis (ad quas relationem haberi volumus) plenius continetur. Inhibentes etiam præſentibus Gubernatoribus, Vicelegatis, Locumtenentibus, & aliis quibuſcunq; officialibus ipſius prouinciæ, quocunq;

nomine nuncupatis, vt appellationem aliquam, in dictis cauſis admittere nullo modo audeant vel præſumant, niſi per te eis prius conſtiterit de effectuali depoſito vt præmittitur facto. Rom. 16. Iun. 1506.

[a] *Nullus homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, itemque eorum, qui manifeſtam violentiam commiſerunt, argumentis conuictus, teſtibus ſuperatus, etiam voce propria ſcelus, vitiumque confeſſus, audiatur appellans. l. 2. C. quorũ appellatio non recip. c. ſi. §. nullus. 2. q. 6.*

TIT. XI.

*De dilationibus, & ceſſionibus *bonorum.*

Clemens VII.

Ceſſionis ſiue diſcuſſionis bonorum beneficium impetrantes aut dilationem quinquennalem tenentur cauſam infra tres menſes expedire.

CAP. I.

CVM ex multorum relatione non ſine animi noſtri diſplicentia accepimus, ꝙ nonnulli Dei timore poſtpoſito, & ſuarum animarũ & honoris ꝓprii immemores, poſt magnũ æs alienum contractum, etſi bona ſufficientia pro ſatisfaciendis creditoribus habeant, tñ ad eos illudendos ac laboribus & expenſis defatigandos alii beneficium alternatiuum [a] ceſſionis videlicet bonorum aut dilationis quinquennalis, alii diſcuſſionem bonorum aut hæreditatis, etiam à ſede Apoſtolica impetrant, quibus impetratis ad expeditionem earundem minime incumbunt, & dictis gratiis ſe tutos cognoſcentes

centes & difficile reputantes, ꝙ vel creditores cõueniant in eligendo vel bonorum hæreditatis diſcuſſio fiat pauperes creditores eorum credito vel deluduntur, vel adeo ꝓtrahuntur vt ipſi fame pereant, vel vt ſæpius euenire ſolet moriãtur, & hęredes eorum, nõ ita de materia informati, à credito corũ penitus excludãtur. Nos talibus inconuenientiis obuiare volẽtes, motu ꝓprio, & ex certa noſtra ſcientia, tenore p̃ſentium decernimus & declaramus, ꝙ quicunq; beneficium alternatiuę p̃dictum, aut diſcuſſionẽ bonorum, ſeu hæreditatis hactenus impetrarũt à die publicationis p̃ſentium, & qui in futurum impetrabunt à die eorum impetrationis cõputandis, niſi infra tres menſes vſq; ad ſententiam incluſiue cauſam expediuerint, ſeu expediri fecerint, dictis gratiis ſeu beneficiis ipſo iure priuati exiſtant, & iudices eorum, quibus tales cauſas ventilare continget, ſiue ordinarii, ſiue delegati, etiã ſi ſint cauſarum palatii Apoſtolici auditores, aut S.R.E. Cardinales, ad totalem executionẽ contra ipſos debitores ad inſtãtiam cuiuſlibet creditoris procedere poſſint & debeant, perinde ac ſi talia beneficia ipſis talibus debitoribus minime conceſſa fuiſſent, partibus alias iuſtitiam miniſtrando. Et nihilominus ſi ex aliqua rationabili cauſa iudicibus prędictis viſum fuerit dictum terminum trium menſium prorogari debere, dictum terminum ſibi bene viſum, non tamen vltra alium menſem & non amplius, prorogaudi licentiam per pręſentes concedimus pariter & facultatem.

[a] *Hoc beneficium iure inuentum, maleuolis fraudibus eorum qui ex alieno ære ditari cupiunt, violatur: dum ceſſione bonorum impetrata quæſtui pro commodo proprio inhiant, & pauperiem ſimulant, quæ niſi ſit notoria, ceſſionem bonorum*

fraudu-

fraudulentam & doloſam arguit. Bald.in l.1.C.qui bon.ced.poſſ. Guid.Pap.quæſt.211. & Pet.Iac.tit.de ceſſ.bonorum.verſic.10.eſt notandum.

Idem.

Extenſio præcedentis decreti ad diſcutiendas cauillationes ſuffugiorum beneficij. c. Odoardi. & c.peruenit.

Cap. II.

CVM nuper ad amputandum cauillationes eorum, qui ad fraudandum creditores, & diutius prorogandum debita, alternatiuas & diſcuſſiones bonorum à ſede Apoſtolica impetrauerint, vt exinde ea longiſſimo tempore durante nullatenus ſoluere teneantur, nos per motum proprium manu venerabilis fratris noſtri Antonii de Monte Epiſcopi Portuenſis mandauerimus, vt ii qui talia impetrauerant, ex tunc, qui verò talia in futurum impetrarent, à die impetrationis huiuſmodi infra tres menſes cauſam expedire tenerentur, cũ poteſtate dictis iudicibus attributa trimeſtre prædictum ſi eis videretur ad vnum menſem prorogandi, quibus elapſis & cauſa minime finita, extunc iudex coram quo cauſa penderet, ad exequutionem contra debitores, perinde ac ſi tales conceſſiones minime impetraſſent, procedere debeant, aliaq; faciant, ꝓut in dicto motu proprio, cuius tenorem haberi volumus pro inſerto, plenius continetur. Verum quia ꝙ vna via prohibuimus, alia cauilloſi debitores præfati conſequen. alii capitulum Odoardus, [a] alii beneficiũ capituli, Peruenit, à prædicta ſede Apoſtolica impetrantes, quæ beneficia nullatenus expedire curant, in ma-

in maximum pauperum creditorum damnum, animæ ſuæ periculum,ac ſcandalum plurimorum. Talibus igitur incōuenientiis prouidere volentes,dictū-que mandatum, etiam ad prædicta beneficia ampliā-tes,& extendentes decernimus & mandamus, quod quicunque aliquod dictorum beneficiorum, ſi capitulum Odoardus,& capitu.Peruenit,à nobis, ſeu ſede Apoſtolica hactenus impetrauerint, aut in poſterum impetrabunt, ex tunc, aut à die impetrationis reſpectiue infra tres menſes, cum poteſtate prorogandi ad alium menſem, iuxta & ſecundum formam dicti prioris mandati cauſam ipſam omnino expediri facere teneantur.

[a] *Conſule Bal. in §.fin.inſtit. de actionib. ad Lud.Gomeſium in reg.cancel.de annal.& triennal. & Panorm.in eod.cap.*

NOT. * *Ceſsionibus bonorum.*) Veteris iuris inſtitutis nimirum è lege Iulia hoc ceſſionis bonorum beneficium ad noſtra vſque tempora in duplicis effectus gratiam emanauit. Alterum vt qui voluerit cedere bonis non poſſit detrudi in carcerem, aut ſi coniectus fuerit, dimittatur. l. 1. C.qui bonis ced. poſſ. & huic non poteſt renuntiari, vt in authen. Immo.C.de actio.& obliga. iuncta l.Titia.§.1.ff.de condit.& demonſt. Alterum quod in bonis poſtea quęſitis non conueniatur niſi in quantum facere poteſt, & huic poteſt renuntiari, quia hoc non continet turpitudinem reſpectu extranei. Angel.Aret.in §.fi. inſt.de actionib.deciſ.Capell.Tholoſan.q.61.

Miſerabile ergo hoc refugium etſi iure concedatur, in certis tamen caſibus denegatur vt nec ceſſioni bonorum locus ſit Primo in caſu l. penult. quia ante agnitum vel confeſſum vel condemnatum debitum non admittitur ceſſio bonorum. II. Si is qui pergit cedere bonis non ſit ſoluendo, alias non audiretur volens cedere, ſed bona ſua executerentur. Hoc enim extraordinarium remedium non datur vbi ordinaria extant remedia. III. Si creditores indulſiſſent debitori ſpatium illud huic rei vſitatum, nempe quinquennale ad exoluendam debiti rationē, quo elapſo cogeretur ſtare promiſſis, nec gauderet beneficio ceſſionis.l.fi.C qui bonis ced. IIII. In cauſis criminalibus, extingui-

tingu:tur ius ceſſionis bonorum,& pœna pecuniaria conuertitur in corporalem.l.1.§.generaliter. ff. de pe.& l. penult. ff. de in ius vocand.c.finem.de dol.& contum. Quia reus luat in corpore quod non poteſt in ære, vbi potiſſimum pœna fiſco applicatur, mitius verò agitur ſi parti contingat. V. In prodigis & decoctoribus. VI. Si in fraudem creditorum variæ obligationes, & credita quamplurima cōgerat debitor.eleg.text. in l.fin.C.de his quæ in fraudem credito. VII. Si metu & faſtidio ſubeundæ curæ aut publicæ aut priuatę,aut exercendi aliquod officium in patriæ aut ſuorum commodum aliquis municeps cedere bonis voluerit. VIII. Si habita pignoris fortunæ gratia iterum debitor cedere bonis conetur. IX. Si in tabulis contractus aut pacti renuntietur bonorum ceſſioni. Sed hoc pluribus eſt improbatum. X. Si aliquis arctauit ſe ad factum ad quod præciſe poteſt compelli. Quæ autem ſint facta ad quæ præciſe poſſit compelli debitor,vide apud Bald.in l. ſtipulat.non diuid.

Pius Quartus.

Grauibus dolis quos meditantur qui alternatiuas & dilationes in fraudem creditorum petunt pœna occurritur.

Cap. III.

CVPIENTES mercatoribus & aliis perſonis tam almæ vrbis noſtræ ciuibus, quam forenſibus in ipſa vrbe cum quibuſuis perſonis contrahendi omnem poſſibilem ſecuritatem concedere,& omnem viam, ac etiam omnes dilationes, p quas mercatorum & aliarum perſonarum debitores à debitorum ſolutione ſubterfugere, ſeu ſe quoquo modo ſubtrahere, & creditores eorum creditis defraudare, aut ſupplantare poſſent, de medio tollere,ac remedium opportunum præmiſſa ne fiant adhibere, & vt debitores ipſi à præmiſſis, ſi non

non Dei omnipotentis, ſaltem humanæ ignominiæ timore abſtineant, & ſic eorundem mercatorum & perſonarum firmitati prouidere volentes, & conſiderantes motum proprium à fœl. rec. Paulo [a] Papa IIII. prædeceſſore noſtro, quod ex tunc de cætero alternatiuæ, ſignificationes, & dilationes quæcunque, niſi iuxta iuris diſpoſitionem, ac formam ſtatutorum ipſius vrbis concedi nullatenns poſſent, & qui illas obtinuiſſent, & ex tunc in futurum obtinerent, ſemper birretum viride portare tenerentur emanatum, Circa ipſorum debitorum malitiam, ſeu malos homines non ſufficere, cum ipſum birretum viride niſi poſtquam ad alternatiuam vel alias dilationes admiſſi fuerint, portare non teneantur, & ſic beneficio temporis in graue creditorum præiudicium & iacturam gaudeant. Nos igitur motu ſimili, &c. per præſentes perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero quicunque debitores ſeu in forma Cameræ, aut alias quomodolibet obligari, quamcunq; alternatiuam, ſignificationem, vel aliam quamcunq; dilationem etiam ſecundum capitulum, [b] Peruenit, vel Odoardus, ſeu inhibitionem aliquam à Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ auditore, ſeu eius locumtenente, aut almæ vrbis Vicario, vel Gubernatore, vel Senatore, ſeu aliis ipſius vrbis iudicibus etiam commiſſariis, aut etiam carcerum vrbis viſitatoribus petere non poſſint, niſi ſe prius coram illis dictum birretum viride geſtando præſentauerint, & ipſum birretum viride publice & ſecrete ſub fuſtigation. per vrbẽ pro prima vice, & triremiũ pro ſecunda, qua ſine dicto birreto reperti fuerint, deferre, per ſe vel ſuos legitimos procuratores ipſis abſentibus promiſerint, & medio iuramento

affir-

affirmauerint, ac aliter à prædictis, & aliis quibuſuis iudicibus etiam vigore ſpecialis commiſſionis noſtra aut ſucceſſorum noſtrorum manu ſignatæ, vel ſignādæ, obtentæ & obtinendæ, alternatiuæ, & ſignificationes aut dilationes quæcunq; etiam ſecundum iuris formam nullæ ſint, & ipſis debitoribus etiã ſi clerici exiſtant, nullatenus ſuffragentur.

[a] *Paulus IIII. ſtatuit debitores obtinentes alternatiuas vel dilationes teneri deferre birretum viride.*

[b] *Hæc duo capit. habentur lib. 3. decret. tit. 22. de fideiuſſorib. & tit. 23. de ſolutionibus.*

Pius Quintus.

Fraudulenti & doloſi decoctores luxu & imprudentia rem alienam dilapidantes, pro furibus & latronibus impune graſſantibus haberi debent, & ideo pœna vltimi ſupplicij plectuntur.

Cap. IIII.

POSTQVAM eo vſque humana proceſſit intemperantia, [a] vt Chriſtifideles, qui in ſacri Baptiſmatis ſuſceptione diabolo & omnib9 vanitatibus eius ſponte, ac ſolenniter renunciarunt, diabolica fraude ſeducti ita mundi huius illecebras expetant, vt pro illis aſſequendis non modo filii ꝓdigi in Euangelio per Dominum demonſtrati exempla ſequentes, ſua luxurioſe viuendo profundãt, verum etiam illis abſumptis, aliena appetant, grande ęs alienum à proximis ſuis, qui id eis, prout mutuum fert hominum commercium, ſub variis inſtrumentorum obligationibus liberaliter mutuant, extorquendo, ac deinde cum id eis ſub paupertatis ſpecie reſti-

reſtituere negligunt, proximos ſuos vna cum tota familia aliquādo mendicare cogunt, facere nullo modo poſſumus, quin & paſtoralis officii debito, cui diſponēte domino, præſidemus, moniti, & ea qua Chriſtus prior dilexit nos charitate impulſi, clementię, & miſericordiæ reiectis viis, iuſtitiam, & iudicium in tales acriter inſurgendo aſſumamus, iuriſque rigorem acriorem reddamus, vt ſaltem per hoc eos, quos timor Domini à malo non retrahit, vltimi ſupplicii pœna exterreat, ſicq; vniuerſas Domini gregis oues ad ouile, ad quod (dante Domino) omnes dirigi cupimus, ſalubre perducamus. Sane licet alias fœ.re. Paulus Papa IIII. prędeceſſor noſter inter cætera dilectis filiis populo Romano conceſſa priuilegia per quaſdam ſuas literas voluerat, quod dilationes *quęcunque niſi iuxta diſpoſitionem iuris, ac formā ſtatutorum almæ vrbis concedi nullatenus poſſent, & qui illas obtinerent, ſemp birretum viride portare tenerētur, ac alias, prout in dictis literis plenius continetur, nihilominus diuerſi iniquitatis filii, præmiſſis non attentis, propriaq; temeritate confiſi, poſtquā ꝓpriis eorum bonis non aduerſa fortuna, aut fortuitis caſibus, ſiue hoſtium incurſu, vel ventorum, mariſq; violentia atque iniuria (quod quidem vel certe ferendum eſſet) cum ab iis facile caueri nequeat humana prouidentia, ſed ſua ipſorummet incuria, neglig ētia, prodigalitate, [b] atq; luxu in explendis propriis voluptatibus, penitus dilapidatis, proximos ſuos ad varia eorum bona ſibi mutuanda ſub ſpe reſtitutionis compulerunt ſimiliter illis profuſis creditores ſuos ceſſione bonorum deludētes ac tam literas pręfatas, quam alia per nos contra huiuſmodi decoctores, fallitos nuncupatos, edita ſtatuta deridere au-

dent, in graue Apoſtolicæ auctoritatis vilipendium, proximorum ſuorum detrimentum & grauamen, ac animæ ſuæ periculum non modicum. Nos præmiſſa conniuentibus oculis ptranſire nequeuntes, & attente conſiderantes nulla alia de cauſa in fures vltimi ſupplicii pœnã eſſe impoſitã, niſi vt talia ppetrandi hominibus via intercluſa, liberum eſſet vnicuique ſua abſq; periculo poſſidere & vti, hos aũt adeo furibus & latronibus ſimiles eſſe, vt ab illis in nihilo differant, niſi vt quod eis niſi cum vitæ ſuę periculo agitur, hoc decoctoribus impune liceat, volenteſque propterea vt par immo grauius delictum, parem etiã ſortiatur pœnam, iuriſq; rigorem in hos grauiorem rędderc, ac genus hoc hominum tanquam humano generi infeſtum, è cæterorum cetu ſegregãdum merito eſſe diiudicantes, omnium & ſingularum legum & conſtitutionum tam imperialium quam Apoſtolicarum, etiam in corpore iuris deſcriptarum tenores & formas, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forẽt pręſentibus pro expreſſis habentes, ſine illarum aliquo præiudicio, quinimo illas reualidantes & confirmãtes, motu proprio hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione ſancimus, ſtatuimus, & declaramus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus quęcunq; pſona, tam ſecularis, quam eccleſiaſtica, etiam ſi clericali & eccleſiaſtico foro gaudeat, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtat, & quacunque dignitate tam mundana, etiã ſi Domicellus, Comes, aut aliter nobilis aliquando fuerit, quam eccleſiaſtica, non tamẽ Epiſcopali, præfulgeat, qui omnem eorum ſubſtantiam, non præmiſſis de caſibus fortuitis, ſed incuria, negligentia, prodigalitate, & luxu ſuis, proprias voluptates explendo, & cupiditatibus non medio-

mediocri intemperantia ſeruientes ſubuerterint & dilapidauerint, necnon qui ſe bona ſua decoxiſſe ſimulantes, illa in fraudem creditorum ſuorum occultant, & eorum pecuniam totam in eorum vtilitatem forſan conuerterint, vt eorum creditores ad ſecum componendum facilius alliciant, vltimi ſupplicii, & ea qua fures ipſi de iure vel conſuetudine, aut particulari vel municipali ſtatuto plecti ſolent, puniri debeat. Mandantes tam vrbis præfatæ Gubernatori, & Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali auditori, quam omnibus & ſingulis noſtris & ſedis Apoſtolicæ in quibuſcunque prouinciis, legatis, & vicelegatis, necnon quarumcunq; ciuitatum, terrarum, oppidorum, & locorum, nobis & eidem ſedi tã mediate quam immediate ſubiectarum Gubernatorib⁹, Prætoribus, Capitaneis, Commiſſariis, & aliis quibuſcunque iudicibus quauis etiam ſubdelegata poteſtate fungentibus, vt præſentes noſtras inuiolabiliter in eorum iudiciis obſeruent, nec contra tales, niſi illarum forma ſeruata, procedere audeãt vel præſumant. Diſtrictius quoq; inhibentes quibuſcunque terrarum, oppidorum & locorum dominis in temporalibus in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excómunicationis, &c. pœnis, ne ſic in præmiſſis iudicantes, eorum ſeculari auctoritate moleſtare, inquietare, perturbare, vel impedire audeant vel præſumant.

[a] *Intemperantiam appellat gulam & luxum, cuius mãcipia viliſſima ſeruiunt voluptatibus & cupiditatibus obſcenis.*

[b] *Si debitores diſſipent, decoquant, prodegerint ſua ſub ſpe cedendi, iſtis non admittitur miſerabile illud ceſſionis bonorum beneficium. Din. in regul. peccatum. & Zaſius in l. qui cedit. ff. de bonorum ceſſ.*

[c] *Vltimi ſupplicij pœna in decoctores fraudulentos.*

NOT. * *Dilationes quæcunque, &c.*) In caſibus priuilegiatis nec conceduntur nec conceſſæ valent literæ dilationis ſiue annalis, ſiue triennalis, aut quinquennalis, l. quoties. C. de precibus Imperat. offerend. Inter autem caſus priuilegiatos numerantur creditores ratione delicti, reatus enim ſufficiens impedimentum parit delinquendi, quo minus literarum beneficio huiuſmodi vtatur. arg. l. 1. C. vbi ſenat. Secundo, creditoribus futuris dilatio non præiudicat intuetur ſiquidem præterita non futura, quemadmodum reſcripta ad beneficia non trahuntur ad beneficia quæ poſtea quis aſſecutus eſt. l. Aurelius. §. Titius. 1. ff. de liber. leg. Clem. fin. de reſcrip. Tertio irritum eſt beneficiũ dilationis in locatione & emphyteuſi, in debitis iuramento firmatis, in perſonis miſerabilibus, in pupillis & minoribus, in dote, in legatis piis, & eccleſiæ libertatibus, quamplurimiſque aliis caſibus quos vberrime recenſet Rebuffus tract. de literis dilat. annal. art. 1. gloſſ. 1.

TIT. XII.

De Cambiis.

Pius Quintus.

Commutationis rerum ad res, ſiue pecuniæ ad pecunias, quam Cambium mercatorum vulgus vocat prohibitio illicitæ, & declaratio conceſſæ.

CAP. VNICVM.

IN eam pro noſtro paſtorali officio curam diligenter incumbimus, vt Domini noſtri ouibus opportuna pro animarum ſalute remedia adhibere minime differamus. Cũ itaque ad aures noſtras peruenerit, legitimũ [a] cambiorum vſum, quem neceſſitas, publicaq; vtilitas induxit, ſæpenumero ob illiciti quæſtus cupiditatem ſic deprauari, vt ſub illius prætextu, vſuraria prauitas à non-

à nonnullis exerceatur: Nos petitionibus, quæ ſuper his nuper nobis factæ ſunt, hac perpetuo valitura decretali reſpondendum eſſe duximus, vt neque doloſis ſua fraus ſuffragetur, neq; ignaros perdat inſcitia: ſic enim paſtoris officium exequimur, dum gregem nobis commiſſum ab æternæ damnationis periculo eripere modis omnibus ſtudemus. Primum igitur damnamus ea omnia * cambia, quæ ſicca nominantur, & ita configuntur, vt contrahẽtes ad certas nundinas, ſeu ad alia loca cambia celebrare ſimulant, ad quæ loca ii, qui pecuniam recipiunt, literas quidem ſuas cambii tradunt, ſed non mittuntur, vel ita mittuntur, vt tranſacto tempore vnde proceſſerant, inanes referantur, aut ẽt nullis huiuſmodi literis traditis, pecunia ibi deniq; cum intereſſe repoſcitur, vbi contractus fuerat celebratus, nam inter dantes & recipientes vſq; à principio ita conuenerat, vel certe talis intentio erat, neq; quiſquã eſt, qui in nundinis, aut locis ſupradictis huiuſmodi literis receptis ſolutionem faciat. Cui malo ſimile etiam illud eſt, cum pecuniæ, ſiue depoſiti, ſiue alio nomine ficti cãbii traduntur, vt poſtea eodem in loco, vel alibi cum lucro reſtituantur. Sed, & in ipſis cambiis, quæ realia appellantur, interdum (vt ad nos perfertur) Campſores pręſtitutum ſolutionis terminum lucro ex tacita, vel expreſſa conuentione recepto, ſeu etiam tãtummodo promiſſo differunt. Quæ omnia nos vſuraria eſſe declaramus, & ne fiant diſtrictius prohibemus. Porrò ad tollendas quoq; in cambiis, quantum cum Deo poſſumus, occaſiones peccandi, fraudeſq; fœneratorum, ſtatuimus, ne deinceps quiſquam audeat ſiue à principio, ſiue alias certum, & determinatum intereſſe, etiam in caſum non ſolutionis paciſci,

 neque

neque realia cambia aliter quam pro primis nundinis, vbi illæ celebrantur, vbi verò non celebrantur, pro primis terminis iuxta receptum locorum vſum exercere, abuſu illo prorſus reiecto, cambia pro ſecundis & deinceps nundinis, ſiue terminis exercendi. Curandum autem erit in terminis, vt ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus ſolutio deſtinatur ne dum lõgiores præfiguntur, quã loca deſtinatæ ſolutionis deſiderant, fœnerandi detur occaſio. Quicunque contra hanc noſtram conſtitutionem cõmiſerit, pœnis à ſacris canonibus contra vſurarios inflictis, ſe nouerit ſubiacere. Eos verò, qui conſpirationes fecerint, vel congeſtam, vndique pecuniam ita ad ſe redegerint, vt quaſi monopolium pecuniæ facere videbuntur, pœnis, quæ à iure contra exercentes monopolia, conſtitutę ſunt, teneri ſancimus. Rom. 5. Cal. Feb. 1575.

[a] *De cambijs & cambiorũ inſtitutis ac abuſibus vide Ant. 2. par. tit. 1. c. 7. §. 47. Laur. de Radulph. de vſuris. c. conſuluit. p. 2. q. 26. Ang. Sylu. Tab. Caietan. tract. de camb. Soto de iuſtit. & iure. l. 6. q. 8. art. 1. Nauar. c. 17. Ioſeph. Anglez. de camb.*

NOT. * *Cambia quæ ſicca nominantur.)* Cambium eſt cõmutatio rerum ad res, ſiue pecuniæ ad pecunias, cuius quidam quinq; ſpecies conſtituunt, alii ſeptem. Primum cambium fit per officium, ſecundum minutum, III. per literas, IIII. ratione lucri ceſſantis, V. per trãslationem, VI. depoſitarium, VII. quod fit ratione permutationis aut venditionis pecuniarum.

TIT. XIII.

De forma contrahendi cenſum.

Pius Quintus.

Cenſus eſt rei immobilis fructiferæ in pecunia numerata cõtractus, nec ſuper fructib. cẽſus augeri vel creari poteſt, cuius pretium ſemel cõſtitutum immobile permanet.

CAP. I.

CVM onus Apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes, cognouerimus innumeros celebratos fuiſſe,& indies celebrari cenſuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à noſtris anteceſſoribus eiſdem contractibus ſtatutos,verumetiam quod deterius eſt,contrariis omnino pactionibus,propterea ardentem auaritiæ ſtimulum, legum etiam diuinarum manifeſtum contemptum præſeferunt, animarum, prout tenemur ſaluti conſulétes, ac piarum mentium petitionibus etiam ſatisfacientes,tam graui morbo,læthiferoq; veneno ſalutari antidoto non mederi.

Hac igitur noſtra conſtitutione ſtatuimus, [a] cenſum ſeu annuum reditum creari, conſtituiue nullo modo poſſe, niſi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de ſui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus deſignata ſit.

Rurſum niſi verè in pecunia numerata, præſentibus teſtibus,ac Notario, & in actu celebrationis inſtrumenti,non autem prius recepto integro, iuſtoq; pretio.

Solutiones quas vulgo anticipatas appellant, fieri,aut in pactum deduci prohibemus.

Conuentiones directè, aut indirectè obligátes ad caſus fortuitos eum, qui alias ex naturæ contractu, non tenetur,nullo modo valere volumus.

Quemadmodum nec pactũ auferens, aut reſtringens facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam, quia volumus rem ipſam ſemper,& liberè, ac ſine ſolutione laudemii, ſeu quinquageſimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari.

Vbi autem vendenda ſit, volumus dominum cenſus aliis omnibus præferri, eique denuntiari conditiones quibus vendenda ſit, & per menſem expectari.

Pacta continentia moroſum cēſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium, ſeu certas expēſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſiue aliquā eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, ſiue aliunde exquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita ſint, & nulla.

Imo & cenſum augeri, & nouum creari ſuper eadem vel alia re in fauorem eiuſdem, aut perſonæ per eum ſuppoſitæ pro cenſibus temporis vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus.

Sicut etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum ad eum ſpectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non ſpectarent.

Poſtremo cenſus omnes in futurum creandos nō ſolum re in totum vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, ſed etiam poſſe pro eodem pretio extingui. Non obſtante longiſſimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum, & plurium annorum præſcriptione, non obſtantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuſcunq; verbis, aut clauſulis concepta ſint.

Cum verò traditione pretii reditus extinguendus erit, volumus per bimeſtre ante id denuntiari ei, cui pretium dandum erit, & poſt denuntiationem, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti poſſe, & vbi pretium nec volens intra annum exigatur, volumus

lumus

lumus nihilominus quandocunque reditum extingui poſſe, præuia tamen ſemper denuntiatione de qua ſupra, & non obſtantibus his, de quibus ſupra, idq; obſeruari mandamus etiam quod plures ac plures denuntiatum fuiſſet, nec vnquam effectus ſecutus fuiſſet.

Pacta etiam continentia pretium cenſus extra caſum prædictum, ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam cauſam repeti poſſe, omninò prohibemus.

Contractuſq; ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitios iudicamus.

Et ita illis propterea non obſtãtibus, quicquid vel expreſsè, vel tacitè contra hæc noſtra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fiſco volumus poſſe vendicari. Hanc autem ſalutiferam ſanctionem nedum in cenſu nouiter creando, verumetiam in creato quocunque tempore alienando, modo poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit perpetuo, & in omnibus ſeruari volumus.

Declarantes pretium ſemel cenſui conſtitutum nunquam poſſe ob temporum, aut contrahentium qualitatẽ, ſeu aliud accidens, nec quo ad vltimo contrahentes minui vel augeri.

Et licet legem ipſam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes in quos ſub alia forma peruenerunt cenſus, hortamur in Domino, vt ſingulos contractus, cenſuræ bonorum religioſorum ſubiiciant & animarum ſaluti conſulant. Rom.14.Cal.Feb.1568.

[a] *Cenſus variæ ſignificationes explicantur apud Caſſiodor. lib.3.variar.epiſt.penult.& l.2.§. poſt.deinde. ff. de origine iur. Theophil. in §. vlt. inſtit. de Libertinis. quomodo verò differat à penſione emphyteutica, & alijs ſimilibus, habes ex gloſſ. & Pan.*

 in cap.

in cap.conſtitutus.de religioſis domib. & Bal.in tit.de pace Conſtant.in verb.perſoluere.

NOT.* *De forma contrahendi cenſum.)* Iuris canonici placitis cenſus eſt quædam penſio quæ de prouentibus eccleſiæ perſoluitur.q.3.quæſitum.in fin.ſecun.D. Quicquid autem annatim præſtatur in quantitate vel ſumma poteſt dici cenſus. l. ætatem.ff.de cenſib.ſum.Hoſtienſ.lib.3.de cenſib. & exact. verſ. quid ſit cenſus. Nobis verò cenſus dicitur contractus quidã quo habens plenum rei dominium eam alteri tradit, quo ad ipſum dominium vtile directum pro cẽtum aureis ea pactione vt perpetuò ex ea re ſibi decem aurei annui ſoluantur, quemadmodũ notatur in c.conſtitutus.de reli.domib.Bart.in l.1.§.1.ff.de publica.Imo.in c̃.ad audientiam.col.2.de reb eccleſ.

Conſtituendi cenſus ius penes illos habetur, qui plenum, merum, & directum rei dominium tenent.inſt. de vſufructu §. ſine teſtamento.

TIT. XIIII.

De teſtamentis & vltimis voluntatibus.

Paulus Tertius.

Piis locis qui teſtandi facultatem non habẽt Prælati iure legati vel donationis decimam tantum partem bonorum relinquere poſſunt.

CAP. I.

ROMANVS Pontifex, qui ex aſſueta ſedis Apoſtolicę benignitate in fauorem eccleſiarum, hoſpitalium, & aliorum piorum locorum diuerſa priuilegia concedere conſueuit, ſi proceſſu tẽporis tẽdunt in abuſum, illa moderari, ac deſuper opportune prouidere ſolet, prout rerum, & temporum qualitate penſata conſpicit in Domi-

Domino ſalubriter expedire. Sane non abſque animi moleſtia accepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati, aliæque perſonæ eccleſiaſticæ tam ſeculares, quam diuerſorum ordinum, & militiarum regulares, non habentes de eorum rebus, ac bonis teſtandi, & diſponendi * facultatem, eccleſias, hoſpitalia, & alia pia loca, quibus à dicta ſede Apóſtolica capiendi res, & bona ex teſtamento, vel alia diſpoſitione illorum qui alias de rebus, & bonis eorum diſponere nō poſſent, facultas eſt [a] conceſſa, hęredes inſtituunt, & in teſtamentis ſiue eorum diſpoſitionibus plura legata, ſeu ordinationes in fauorem diuerſarum perſonarum, ac alios vſus, in quos bona, & res huiuſmodi tranſmittere non poſſent, faciunt. Hoſpitaliaque, eccleſiæ, & loca pia huiuſmodi, ſiue eorum rectores fidem teſtantium, ſeu diſponentium inſequen. legata ipſa, & in teſtamentis, ſeu aliis etiam inter viuos diſpoſitionibus ordinata adimplent, ex quo Camera Apoſtolica circa res, & bona ſpolia nuncupata, per obitum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Prælatorum, & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum huiuſmodi, abſque teſtandi, & diſponendi facultate decedentium remanentia in ſuis iuribus detrimentum patitur, & iacturam. Et quia noſtrum eſt, in præmiſſis taliter prouidere, quod ipſius Cameræ iurium debita ratio habeatur, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium, omnia, & ſingula priuilegia, facultates, gratias, literas, & indulta, quibuſuis eccleſiis, etiam metropolitanis, monaſteriis, hoſpitalibus, etiam ab archihoſpitalis ſancti Iacobi in Auguſta de vrbe dependentibus, ſeu cauſam habētibus, ac aliis piis locis vbilibet conſtitutis,
per

per quoſcunque Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem præfatam, ſuper capiendis, ſeu acquirendis hæreditatibus, rebus, ac bonis, ex teſtamento, donatione inter viuos, vel alia quacunqne diſpoſitione quorumcunque Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Prælatorum, & aliarum perſonarum eccleſiaſticarum, ſecularium vel regularium, vtcunque etiam, vt præfertur, qualificatorum, & quacunque præeminentia, ac dignitate, & auctoritate fulgẽtium, etiam ſi S.R.E. Cardinalis fuerit, de hæreditatibus, rebus, & bonis huiuſmodi facultatem diſponẽdi non habentium, vel alias quomodolibet conceſſa, etiam ſi vſu recepta ſint, moderantes, volumus, decernimus, & declaramus, quod Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati, & perſonæ huiuſmodi de rebus, ac bonis eorum, à nobis vel à dicta ſede facultatem teſtandi, ſeu diſponendi non habentes, decimam partem tantum rerum & bonorum eorundem mobilium, & immobilium, & ſe mouentium, ac pecuniarum eccleſiis, monaſteriis, hoſpitalibus, & piis locis capiendi, & acquirendi facultatem huiuſmodi habentibus tantum, non per viam inſtitutionis hęredum, ſeu donationis, vel legati in vita, ſeu in morte relinquere, & eccleſiæ, monaſteria, hoſpitalia, & pia loca huiuſmodi, ſeu illorum rectores, non niſi decimã partem huiuſmodi capere, ſeu acquirere poſſint, & ad hoc eccleſiarum, & hoſpitalium, ac aliorum piorum locorum huiuſmodi priuilegia, facultates, conceſſiones, gratias, literas, & indulta quæcunq; reducimus, ac moderamur: decernentes ſic, & non aliter in præmiſſis, ac illa quomodolibet cõcernentibus, & quoad priuilegia, facultates, gratias, indulta, ẽt in forma breuis in futurum concedendas, per quoſcunq; tam ordi-

ordinaria, quam delegata, & miſta auctoritate fungentes, iudices, & perſonas, etiam dictę Romanę eccleſiæ Cardinales, vbique iudicari, cognoſci, ac decidi debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, cognoſcendi, ac decidendi facultate, necnon irritum & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter cõtigerit attentari.

* *Piè & ſanctè iuſsit Synodus Leodienſis cap. 13. clericos bona maximè immobilia quæ per eccleſiam ſunt adepti relinquere debere eccleſiæ à qua ſunt profecta. Sed intuitu eleemoſynæ ſiue pauperibus, religioſis locis, & illis qui ipſis ſeruiunt, ſiue conſanguinei ſint, ſiue alij, iuxta ſeruitij meritum, de mobilibus dare poſſunt.*

NOT. * *Teſtandi & diſponendi facultatem.)* Iuris ciuilis gratia ſolennitates in teſtamentis requiſitæ excogitatę fuerunt, naturali verò & gentili omnibus liberam eſſe teſtandi in vltimis voluntatem relictam docẽt leges. §. ſingulorum. inſt de rerum diuiſ. §. quod verò. inſtit. de iure nat. gentium, & ciuili. Bar. in l. interdum. num. 7. ff de condict. indeb. Roman. Fulgoſ. & Iaſon in rub. ff. acquir. hæred. Attamen iure cautum eſt certis perſonis condere teſtamenta, vtpote minoribus, prodigis, furioſis, cœcis, obſidibus, deportatis & damnatis in metallum, captis ab hoſtibus, damnatis ad mortem, &c. Qui omnes his rudibus antiquitatis venerandæ verſibus complectuntur:

Teſtari nequeunt impubes & religioſus,
Filius in ſacris, morti damnatus, & obſes,
Prodigus ac ſtultus, ſeruus, dubius, & furioſus,
Crimine damnatus, cum muto ſurdus, & ille
Qui maieſtatem læſit, ſic cæcus & ipſe.

Pius

Pius Quintus.

Teſtamenta & donationes acquiſitorum ex bonis eccleſiæ in fauorem illegitimorum, etiam legitimatorum, non tamen hoſpitalibus expoſitorum & orphanorum, infirmantur & annullantur.

CAP. III.

Vӕ ordini eccleſiaſtico noxia eſſe, & ſcandalum obiicere perhibentur, neceſſe eſt è medio ſubmouere. Quod nos pro noſtri muneris officio, inter alia incommoda, quæ in oculos noſtros incurrunt, de Chriſti peculio, ne ab indignis, & reiectis, ignominioſe conſumatur, neue illorum cauſa, eccleſiis, & pauperibus præripiatur, curam præcipuam habere volentes, de nobis attributæ poteſtatis plenitudine, reuocamus, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, [a] licentias, diſpenſationes, & indulta faciendi teſtamenta, donationes, ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis, legata, & quaſcunque alias diſpoſitiones, de dominiis, terris, caſtris, domibus, & quibuſlibet aliis bonis, & rebus immobilibus, mobilibus, & ſe mouentibus, necnon pecuniis, iuribus, & actionibus, ex beneficiis, fructibus, penſionibus, & aliis rebus eccleſiaſticis qualibuſcunque confectis, acquiſitis, & alias quomodocunq; prouenientibus, necnon de peculio, & aliis etiam ſola induſtria, labore, muneribus, aut quocunque alio modo partis, cuiuſcunque qualitatis, quantitatis, ſpeciei, naturæ, & valoris exiſtentibus, in quoſcunque illegitimos, ſiue ſuos, ſiue extraneos, etiam legitimatos, eoſdemque ex toto,

vel in

vel in parte hæredes inſtituendi, & ſubſtituendi, ſeu quod ipſi in prædictis ab inteſtato ſuccedant, cæteraſque huiuſmodi facultates, & permiſſiones, ac etiam habilitationes, & capacitates ſuccedendi in bonis, & rebus feudalibus, & emphyteoticis, ab eccleſiis, monaſteriis, & piis locis profectis, quibuſcunq; perſonis ſecularibus, & quorumcunque ordinum, necnon militiarum, & hoſpitalium, regularibus, ac Romanæ Curiæ officialibus, & aliis curialibus, curiamq; ipſam ſequentibus, & etiam vrbis Romæ ciuibus, ac palátia, ædes, cenſus, aliaq; bona, in ea eiuſque diſtrictu habentibus, noſtris quoque, & aliorum Romanorum Pontificum familiaribus, eccleſiarum prælatis, etiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, & aliis cuiuſcunq; dignitatis, ordinis, & conditionis exiſtentibus, illorumq;, & aliis eccleſiis, capitulis, conuentibus, ordinibus, militiis, hoſpitalibus, collegiis, officiis, & locis, ac prædictæ vrbi, aliiſq; ciuitatibus, prouinciis, & dominiis, eorumq; dominis, populis, ciuibus, & incolis, tam per fœl. rec. Syxtum IIII. Innocentium VIII. Alexandrum VI. Iulium II. Leonem X. Clementem VII. Paulum III. Iuliũ III. Paulum IIII. Pium IIII. & qui ante illos fuerũt alios quoſcunque Romanos Pontifices, ac nos, & ſedem Apoſtolicam, eiuſque legatos, etiam de latere, nuntios, notarios, comites, collegia, officia, & loca, ẽt per modum ſtatuti ꝑpetui, generalis legis, initi, & ſtipulati cõtractus, ſeu quaſi, & alias ſub quibuſcũq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis reſtitutiuis, ꝑſeruatiuis, mentis atteſtatiuis, derogatoriarũ, derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deque ſimili pote-

poteſtatis plenitudine,ac prędictorum Cardinalium conſilio,& matura deliberatione, in conſiſtorio habita,necnon conſideratione,intuitu,contemplatione, vel ad inſtãtiam Imperatoris,Regum,& aliorum Principum, etiam ob remunerationem laborum, & obſequiorum in nobis, & dictæ ſedi impenſorum, refectionem damnorum, compenſationem iurium ceſſorum,vel ablatorum, nauatæ militiæ contra hæreticos,& infideles,ſeu pro prędictæ vrbis ornatu,& frequentatione, ac quibuſcunque aliis vſibus, ac etiam neceſſariis, & piis cauſis conceſſa, & multiplicatis vicibus confirmata,innouata,extenſa,& moderata, & quantocunque tempore pacificè obſeruata, quoad eam partem, quę illegitimos prędictos tangit duntaxat, etiam ſi illa contineant, quod omnes Curiales Curiam ſequentes, & alii, ſiue eccleſiaſtici, etiam Cardinales, ſiue mundani,qui palatia,domos,& prædia vrbana, vel ruſtica ædificauerint, aut cenſus, aliaue bona acquiſiuerint, aut alias acquiſita habuerint in dicta vrbe,& circum eam, ad milliaria decem, ex bonis, ſeu fructibus eccleſiaſticis, hi tales de illis, necnon iuribus,& iuriſdictionibus omnibus,* in fauorem illegitimorũ, ac quomodolibet inhabilium, & incapacium,ſiue inter viuos,ſiue cauſa mortis diſponere, eoſque hæredes, & ſucceſſores vniuerſales, vel particulares inſtituere,& ſubſtituere,& ſi inteſtati deceſſerint,ipſi illegitimi,& incapaces, in illis ſuccedere poſſint,quodque per quaſcunque reuocationes,derogationes, aut alias contrarias diſpoſitiones, illis,quorum intereſt, præiudicari nequeat, & ſi vllo vnquam tempore præiudicatum, aut derogatũ quoquo modo apparuerit,ius quæſitum ablatum,& literæ reuocationũ, & derogationum huiuſmodi, iuris

quæſiti

quæſiti ablata cenſeantur. Sicque per quoſcunque iudices iudicari debeat,& etiam diffiniri. Ac pariter tollimus,& abrogamus omnes,& quaſcunque facultates ſimilia concedendi, legatis, nuntiis, notariis, comitibus,collegiis,officiis,& aliis ſupradictis,quorum omnium tenores, ac ſi ad verbum inſererentur, habemus præſentibus pro expreſſis. Ita vt priuilegiorum, diſpenſationum, facultatum, habilitationum,capacitatum,indultorum,& aliorum ſupradictorum ſic reuocatorum, aut etiam literarum, legitimationis prætextu, nullus omnino de huiuſmodi bonis,rebus,pecuniis, iuribus, iuriſdictionib9, & actionibus, in commodum, & fauorem illegitimorum vtriuſque ſexus, ſiue eorum filiorum, ſiue conſanguineorum,affiniumue,ſiue extraneorum, etiam in ſtatu ſeculari procreatorum, ac legitimati quacunque auctoritate donatorum, & ad huiuſmodi res,& bona, eiuſque ſucceſſionem, teſtato, vel inteſtato idoneorum, & capacium effectorum, ſiue [b] teſtamento,ſiue donatione,ſiue legato,ſiue eleemoſyna, ſiue alio quocunq; titulo, & pio opere (exceptis in communi, ac omni fraude conuentione,ſeu compoſitione ceſſante,Hoſpitalibus expoſitorum,& orphanorum) diſponere,nec illegitimi ipſi in eis ab inteſtato,ſiue protinus,ſiue per interpoſitas perſonas, ac quomodocunque ſuccedere, aut illa alias ad eos, etiam per quemcunque circuitum multiplicatarum in alios capaces ſucceſſionum,vllo tempore deuenire poſſint. Ac etiam nulla eſſe,& pro infectis habere volumus omnia,& quæcunq; facta hucuſq; teſtamẽta, legata, donationes, & alia diſpoſita huiuſmodi, quæ viuentibus adhuc teſtatoribus, aut alias, locum non habuerunt, ac pariter ab inteſtato ſucceſſiones,

non tamen litigioſas, quæ plenarium non ſunt effe-ctum ſortitæ. Dehinc verò diſtrictius prohibemus, ne talia ſiue in p̄dictos illegitimos vtriuſlibet ſexus, ſiue in illorum coniuges, ſiue ipſorum parẽtes, filios, deſcendentes, aſcendentes, vel alios cognatos, ſiue viuentibus, ſiue defunctis ipſis illegitimis, etiam pau pertatis, dotis, aut alterius cuiuſcunq; pii operis intuitu fiant, neue ipſi vnquam in rebus, bonis, pecuniis, iuribus, iuriſdictionibus, & actionibus prædictis, ſiue totis, ſiue in parte ſuccedãt, aut illa ad ipſos, quauis diſpenſatione ſuffultos, etiam per prædictum circuitum deueniant, neue de eis vlla in alium, ſeu alios conceſſio, donatio, tranſlatio, aliaue diſpoſitio fiat, vt alia bona ſimilia, vel diſſimilia, illegitimis, aut aliis ſupradictis concedantur. Quod ſi prædictorum quiſquam fuerit præſentium violator, teſtamentum, donatio, legatum, & diſpoſitio, omnino non teneat, nec etiam quoad alios capaces, & res alias valeat, ſicque diſponens priuilegio, diſpenſatione, facultate, & indulto prædicto, eiuſque vſu, & commodo, etiam in cæteris omnibus ipſo ſit iure priuatus. Nemo quã-tumuis capax illius prætextu fructus, res, pecunias, aut prorſus alia bona ſua faciat, nec illa detinens pręſcriptione, aut vllo alio iuris præſidio adiuuetur, ſed ad integram illorum reſtitutionem, quocunq; temporis lapſu non obſtante, debeat coerceri. Ita, vt omes in eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis ſucceſſores, tam coniunctim, quam diuiſim, quiſque videlicet pro rata parte ſua, illa omni tempore recuperare poſſint, & qui primus cæteris ab eo monitis, & negligentibus, iudicium intenderit, ei ſoli res tota merito vendicetur. Nullis verò huiuſmodi ſucceſſoribus, pro prædictis inſiſtentibus, ac ẽt de peculio alias quam

quam ex rebus eccleſiaſticis confecto, locorum ordinarii, tam conceſſorum, & relictorum illegitimis, eorumue cauſa, quam quorumcunq; aliorum bonorum immobilium, mobilium, & ſe mouentium, necnon pecuniarum, fructuum, rerum, & iurium, alias ſub dictis teſtamentis, donationibus, legatis, & diſpoſitionibus comprehenſorum, corporalem poſſeſſionem, amotis inde, & expulſis quibuſcunq; detentoribus, ſiue incapacibus, ſiue capacibus, p ſe, vel aliũ, ſeu alios, liberè apprehendant, & apprehẽſam huius ſedis nomine cuſtodiant, donec ipſa ſedes de illis, vti tum tulerit piorum operum neceſſitas, duxerit prouidẽdum. Bona verò, res, & iura feudalia, vel emphyteutica (aliis legitimis ad ea forte vocatis non exiſtẽtibus) eo ipſo deuoluta, & iuri, ac proprietati ſuarum eccleſiarum, & locorum reſtituta, & cum reliquis eorum bonis conſolidata eſſe declaramus.

[a] *Hæreditaria ſucceſſione bona eccleſiæ quæ ſunt pauperum, non debent dilapidari, & priuilegia conceſſa clericis ad edendas vltimæ voluntatis tabulas non niſi maxima vrgente neceſſitate poſſunt probari. Abb. in relect. cap. cum eſſes. Franc. in cap. cum in officijs. in 6. col. 32.*

[b] *c. fin. de pecul. cleric. Abb. in c. cum eſſes. in relect. colum. 14. Barb. in tract. de præſt. Card. 1. part. quæſt. 4. Ioan. Mai. in 4. ſent. diſtinct. 24. quæſt. 20. Ang. in verb. clericus. 2. §. 13. Sylueſt. verb. clericus. 4. quæſt. 2. Aluar. Pelag. de planct. eccleſ. 2. par. art. 28. col. 3. Archid. in ſum. 12. q. 5.*

NOT. * *In fauorem illegitimorum.*) Archiepiſcopi & prælati quicunq; regularis vitæ inſtitutũ profeſſi, nõ poſſunt teſtari, ſeculares verò hæredẽ eligere & inſtituere pro mẽtis arbitrio queunt, vt de eorũ bonis propriis & intuitu perſonæ acquiſitis gaudeat & tutè fruatur. c. Epiſcopi. 12. q. 1. & c. 1. de teſta. in 6 & in

Auth. licentiã. C. de Epiſcopis & cleric. Filiis ante ſacros ordines ſuſceptis legitimo thoro non eccleſiæ cui præfuit Epiſcopus bona huiuſmodi relinquere poteſt. c. ſint manifeſtæ. 12. q. 1. & q. 2 Epiſcopus qui filios. ſed hoc non debet intelligi de filiis illegitimis, nam licet æquitas canonica ſtatuat, filios inceſtuoſos, vel ſpurios debere alimentari à patre. c. cum haberet de eo qui duxit in matrim. in 6. tamen tales filii quaſi non cenſeantur hoc filii nomine digni non ſuccedunt patribus, nec ex teſtamento nec ab inteſtato. gl & Doct. in d. c. cum haberes. Ex diui Thomæ Doctoris Angelici ſententia ſuppl. q. 68. art. 2. filium illegitimũ duplex incurrere damnum, vnum quod nõ admittatur ad actus legitimos, ſicut ad officia & dignitates, quæ requirunt aliquam honeſtatem in illis qui hoc exercent, alterum quoq; damnum, quia non ſuccedunt in hæreditate paterna. Sed, addit, naturales filii ſuccedere poſſunt in ſeptima parte tantum, ſpurii autem in nulla parte, quamuis ex iure naturali parentes eis in neceſſariis prouidere teneantur.

Pius Quartus.

Bona eccleſiaſtica ſine indulto Apoſtolico vltimæ voluntatis arbitrio non relinquuntur.

Cap. IIII.

GRAVE nobis & moleſtum accidere ſolet cum de perſonarum eccleſiaſticarũ actionibus, quæ integritatis exemplo cæteris præſtare debent, ea nobis deferuntur, & quæ & eorum famæ ſinceritatẽ denigrare, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ incommodum, ac detrimentum afferre videntur, vnde nos vt malitioſorũ prauis intentionibus occurrere valeamus, debita poſtmodum remedia in medium afferre; & pernitioſis fraudibus prout ex vniuerſalis noſtræ Curiæ ſollicitudine tenemur, obuiare cogimur. Cum itaque (ſicut ex probo-

proborum & fide dignorum hominum relatione nu per accepimus) quamplures prælati, preſbyteri, & aliæ eccleſiaſticæ perſonæ diuerſarum prouinciarum, locorum, & dominiorum, & præſertim regni Neapolis nulla à nobis, ſeu ſede Apoſtolica facultate teſtandi ſuffulti, vel muniti, ſed temeritate propria, & forſan ad ſuorum importunam ſuggeſtionem impulſi, in eorum vltimis voluntatibus teſtamēta ſua condendo, ac donationes, ſeu legata, aut codicillos faciendo de bonis ſuis diuerſimodè, licet id facere nullo modo [a] poſſint, neque debeant, diſponere audeant, ipſaq; bona ſub diuerſis confictis prætextibus & coloribus hoſpitalibus, ac piis locis, & forſan cum promiſſionibus clandeſtinis, quod eorum cōſanguineis vel affinibus, aut aliis perſonis ab eiſdem teſtatorib⁹ nominatis, poſt illorum obitum ab ipſis hoſpitalibus & locis de certa, ſeu quota portione bonorum huiuſmodi ſubueniatur, teſtari, relinquere, legare, codicillari non erubeſcant, in dictæ Cameræ graue damnum, & præiudicium maximum, dictæ Cameræ indemnitati opportune conſulere, & inconuenientibus huiuſmodi pro officii noſtri debito, congruum remedium adhibere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, nō ad tuam vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium decernimus, & declaramus omnia & ſingula teſtamenta, donationes in illis, vel mortis cauſa factas codicillos, legata, & quæcunq; alia in vltimis voluntatibus per quoſcunq; eccleſiarum prælatos, etiã ſi Patriarchali, Archiepiſcopali, vel Epiſcopali præfulgeant dignitate, ac quorūuis monaſteriorū cuiuſcunque ordinis Abbates, ſeu commendatarios, ac

preſbyteros,&alias quaſlibet eccleſiaſticas perſonas p̄dictas,& quaſcunq; alias, quæ ex bonis,&reditibus eccleſiaſticis, & beneficiorū fructus percipiūt, abſq; noſtra *ſeu eiuſdem ſedis ſpeciali licentia,& facultate quomodolibet quæ in futurum ab illis quocunq; prætextu, aut quæſito colore, etiam in fauorem hoſpitalium,&aliorum piorum locorum huiuſmodi de dictis reditibus fieri, condi, & teſtari, ſeu relinqui, aut quouis vltimæ voluntatis titulo diſponi contigerit,nulla, irrita, inania, inualida, ac nullius ꝓrſus roboris,vel momenti fore, & eſſe, ac nemini, neq; etiā hoſpitalibus,& piis locis præfatis(cum ad Cameram ipſam ſolum fraudandum, prout ex multis fraudibus deſuper commiſſis, & repertis nobis conſtitit, præmiſſa fieri clare appareat) vllatenus deinceps ſuffragari, neq; ſubſiſtere, aut teſtamentis ſuis huiuſmodi quemquam iuuare,aut tueri, nec effectum aliquē vlla ratione habere,vel ſortiri.

ª *Prohibētur teſtari oēs clerici ſeculares & perſonæ eccleſiaſticæ,de bonis eccleſiæ ſeu acquiſitis intuitu eccleſiæ ſiue immobilibus ſiue mobilibus,vt in c. quia nos. & c. relatum. 2. de teſt.*

NOT. * *Abſque noſtra ſeu ſedis Apoſtolicæ licentia.)* Didacus Couarruuias,2.Tom.relect.c. eum in officiis conſenſu vtriuſq; iuris Doctorum interpretatus & veterum experiētia putat ſolis Epiſcopis hanc teſtandi licentiam eſſe neceſſariam, ſiquidem(inquit) clerici omnes libere teſtantur & in vltima voluntate diſtribuunt bona,quę ex reditibus eccleſiarum adepti ſunt, atq; in eiſdem inteſtati decedentes ſucceſſores habent parentes, fratres,cæteroſq; cognatos. Huius rei probatiſſima eſt praxis in Hiſpanię & Galliæ regnis,vt Rebuff. docte ſcripſit,& gl.in pragmat.ſanct.tit.de annatis.§.itē quod.verb.acquiſitos. Cui ſententiæ & conſuetudini adſtipulantur DD.Hoſtien.in c.fin.col.2.de peccul.cler.verſ.& hoc ſeruat cōſuetudo.Faber in §. his verò.inſt. de rer.diuiſ.Palud.in 4.ſentent.diſt.18.q.3.art.6.Floren.3.par.tit. 10.c.3.§.14.Guid.Pap.deciſ.115.

TIT.

TIT. XV.
De nautis & naufragium patientibus.

Iulius Tertius.

Naufragata bona occupantes, & nautas impedientes excommunicantur, qui vero iis opitulantur condonatione Pontificia remunerantur.

CAP. I.

ORDINAMVS, ſtatuimus, firmiterque & inuiolabiliter obſeruari mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis, necnon decem millium ducatorum auri largorum cameræ Apoſtolicæ applicandorum pœnis, quatenus in vrbe Roma ſuiſque portibus & ripis, aliiſq; omnibus & ſingulis ciuitatibus, terris, caſtris, ripis, portibus, & plagiis Romanæ eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectis, etiam Prælatorum, dominorũ temporalium, & Baronum dictarum terrarum in quibus eſt commercium maritimum, perſona aliqua cuiuſcunq; gradus eccleſiaſtici vel ſecularis communiter vel diuiſim officialis aut priuatus etiam Cardinalatus honore fulgen. deinceps non audeat vel permittat præbere impedimentum aut genus aliquod moleſtiæ præſtare dictis nautis & mercium conductoribus ſubditis Imperatoris, qui cum bono aut iniquo tempore infortunium aut naufragium patiãtur in dictis ripis, aut prope ripas, vel intra mare ſeu in aliqua parte illius, aut portibus ſeu plagiis (quod Deus auertat) aut quouis alio voluntario neceſſitato, infor-

tunato aut pacifico modo eos inibi applicare cõtingat in quamcunque ripam, portum, aut plagiam dictarum terrarum, quinimmo illi fauore, & opere gratioſis recipiantur & benigne tractentur, reſtituendo & reſtitui faciendo res & bona eorum in talibus nauiliis conducta, ſi ea per aliquem vel aliquos detineri & occupari [a] contingat, vel in poſterum occupabuntur aut detinebuntur, ad effectum vt ſtante huiuſmodi bona comparitione eorum querelæ ceſſent, & illi libentiori animo conducant ad loca prædicta ſe & eorum merces. Et vt Chriſtifideles ad præmiſſa alliciantur, ac ab eis naufragium huiuſmodi patientibus promptiora ſubſidia præbeantur, omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus qui auxiliũ, conſilium, & fauorem naufragium patientibus in reparatione, & conſeruatione ſuorum bonorum præſtiterint decem annos & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentiis in Domino relaxamus. Rom. 22. Oct. 1554.

[a] *Lege Imp. Honor. & Theodoſii cauetur, vt iudex eos coerceat, qui ex naufragio quid diripuerint pro perſonarum qualitatibus l. §. §. pen. ff. de iur. rui. nauf. Deinde vt quæſtio de naufragio intra biennium finiatur.*

Paulus Tertius.

Furatur res quæ iacens poſt naufragium in ripis aut portibus locorum maritimorum diripitur, repulſo omni conſuetudinis prætextu, niſi reſtituatur.

Cap. II.

IVLIVS Papa II. conſiderans tam ciuili quã canonica lege licere vnicuiq; naufragium ſuum impune colligere, ac iacta in mari, alleuian-

leuiandi [a] oneris cauſa, recuperare, illaq; diripientes furtum committere, & grauiter delinquere, ac Chriſtianos * naufragium patientes, rebus ſuis ſpoliãtes, diuerſis pœnis puniri: & propterea conſuetudinem prædictam, tanquam contra regulam fidei, qua vnus alteri auxilio eſſe tenetur, merito corruptelam appellari, neminiq; ſuffragari debere, cuiuſcunq; temporis curſu munitam: Volenſq;(ſicut eius incumbebat paſtorali officio) omnium mari terraq;, ad almam vrbem noſtram venientium ſecuritati & tranquillitati prouidere, periculiſq; huiuſmodi obuiare, ac venientium ad almam vrbem ex omnibus mundi partibus, tanquam ad matrem, de neceſſariis cum opulẽtia prouidere, necnon animarum eorundem Chriſtifidelium ſaluti conſulere, motu proprio, non ad alicuius ſibi ſuper hoc oblatæ petitionis inſtãtiam, ſed de eius mera deliberatione, & ex certa ſua ſcientia, conſuetudinem capiendi, & retinendi bona, per naufragium vel iactum, leuiandi nauis gratia, aut alia neceſſitate vrgente, factum ad littora maris, ciuitatum, terrarum, & locorum Romanæ eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectorũ pertinentia, allegari non poſſe, illamque nulli, in iudicio vel extra illud, ſuffragari debere, auctoritate Apoſtolica decreuit & declarauit: Et vltra pœnas tam à lege, quam à canone contra tales ſpoliantes bonis ſuis Chriſtianos naufragium patientes, & raptores [b] in littore maris, ciuitatum, terrarum, & locorum, Romanę eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectorum, hactenus inflictas, quas ꝓ potiori cautela innouauit, & confirmauit, taliũ ſpoliantium cuiuſcunq; auctoritatis, & dignitatis forẽt, bona, & iura quæcunq; præmiſſa, confiſcauit & publicauit, illaq; Cameræ Apoſtolicæ cõfiſcata, & publicata,

licata,& locorum dominos id fieri permittentes, excommunicatos eo ipſo fore decreuit,& etiam declarauit: Dictoſq; raptores in flagrãti crimine repertos, vt latrones, & graſſatores, puniri poſſe, alias vt fures (præterquam ſi nautis in manifeſto naufragii & ſubmerſionis periculo conſtitutis) eorum opem,& auxilium implorantibus,& expoſcentibus: non abſq; vitæ diſcrimine, c in perſonarum,& rerũ conſeruatione auxilio fuerint, vel alias ab imminentis,& præſentanei naufragii periculis, ipſorum labore, & omnia liberauerint, & ſaluos reddiderint, aut bona iam deperdita recuperauerint.

a *Leuis iactura defendit nauem fluctuantem & procellis cedentem. l. 4. C. de nauf.*

b *Pontificio decreto adſtipulatur Cæſareum. l. de ſubmerſis. C. de naufragijs. lib. 11.*

c *Nauar. ſum. Lat. c. 17. num. 98. Anton. 2. part. tit. 1. 6. 15.*

NOT. * *Naufragium patientes.*) Iactata in mari naufragio aut alio quocunque caſu, non habentur pro derelictis nec fiunt occupantis, neque ſunt pyratarum, neq; infidelium, ſiue ex naui ſiue ex mari ſiue ex littore accipiat. c. excommunicamus. de raptoribus. l. ſi quis. ff. de incend. ruin. & naufra. & l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam.

VII. DECRET. LIB. II. FINIS.

SEPTI-

SEPTIMI DECRETALIVM LIBER TERTIVS.

Tit. I.

De vita & honeſtate Clericorum.

Leo Decimus, in Concilio Laterano.

Clerici habitus decore modeſti incedant, omnem luxus ornatum fugientes ſub pœna beneficiorum quæ poſſident.

Cap. I.

Clerici temperatè ac modeſtè omnia faciant, & tam beneficiati quam in ſacris ordinibus conſtituti [a] comam *neque barbam non nutriant, neque mulas aut equos cum phaleris, ornamentiſque ex velluto aut ſerico factis, habeant, ſed eiuſmodi rebus ex panno tantum aut corio ſimpliciter vtantur. Si quis contrafecerit, excommunicationem incurrat, & ſi poſt legitimam admonitionem in huiuſmodi pertinacia obſtinatus permanſerit, beneficiis omnibus quæcunque habet priuatus ſit & eſſe cenſeatur, eaque ſic vacantia, à ſede Apoſtolica liberè impetrari valeant.

[a] *cap. clericus. de vita & honeſtate clericorum. Ex Concilio Carthaginenſi. 4.*

NOT.

NOT. * *Comam neque barbam.)* Iure diuinæ legis hoc barbæ non alendę inſtitutum firmari videtur. pręceperat ſiquidem Dominus Leuit. cap. 19. Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam. Et cap. 21. ad ſacerdotes verba faciẽs, Non radent caput nec barbam, & ſiquidem inter molliá, & delicata Deus habebat quæ viris, præſertim ſacerdotibus, nõ conueniunt. Anicetus quoque ſub anathematis pœna clericos prohibuit comam nutrire, ſed quod deſuper caput in modũ ſpheræ radant. cap. prohibete. 23. diſt. De veteri deponendæ barbæ conſuetudine vide primam centuriam noſtrarum variarum lectionum.

Pius Quartus.

Clerici non ſolum interna vitæ munditia verumetiam exterius decenti habitus ornatu & modeſtia vitæ integritatem & grauitatem probent.

Cap. I.

NOs pro paſtoralis officii noſtri ſollicitudine, eccleſiaſticam diſciplinam temporum difficultate ac hominum malitia licentiaq; in deterius labentem, quantum nobis ex alto conceditur, in priſtinam ſacrorum canonum obſeruantiam reducere cupientes, conſiderantesque conueniens eſſe, vt clerici maximè qui in ſacris ordinibus conſtituti aut beneficiati exiſtunt, cuiuſcũque gradus exiſtant, non ſolum interiuś vitæ munditia, [a] ac virtutum ſplendore, cæteris præfulgent, verum etiam exterius in eorum habitu, & * veſtibus grauitatem & morum honeſtatem quam ipſos decet præſeferant, ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, quod omnes & ſinguli clerici, qui dignitates, perſonatus, canonicatus, & præbendas, parochiales eccleſias,

ſias, aut alia quæcunque beneficia eccleſiaſtica qualiacunque ſint obtinent, vel qui in quibuſuis ſacris ordinibus conſtituti ſint, qui in hac alma vrbe noſtra permanent & moram trahunt, & in illo inducti incedant cum debita & congrua tonſura, veſtes exteriores ante infra genua ſe extendentes, ita vt à veſtibus & ſagiis laicorum omnino differant, geſtent, ſub pœna excommunicationis, ac ſub aliis, ac etiã creſcente eorum contumacia beneficiorum priuationis, arbitrio noſtro, ſeu dilecti filii noſtri Iacobi tit. S. Mariæ in Coſmedin. in hac alma vrbe eiuſque diſtrictu Vicarii generalis, imponen. pœnis in euentu contrauẽtionis incurren.

[a] *Ex Concilio Carthaginenſi cap. 45. & ex generali Synodo ſept. can. 19. 21. quæſt. 4. cap. omnis iactura. Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 6.*

NOT. * *Habitu & Veſtibus.)* Concilium Carthaginenſe quod iubet Pius IIII. primum ſanxiſſe perhibetur hoc verborũ tenore: Clericus ſuam profeſſionem & in habitu & in veſtitu & in inceſſu probet, & ideo nec in veſtibus nec in calceamẽtis decorem quærat. Innocentius III. vt legitur in c. pen. de vit. & honeſt. cleric. vult clericos ferre clauſã indumenta nimia, vel longitudine non notanda, pannis rubeis aut viridibus, necnon manicis aut ſotularibus, conſutitiis frenis, ſellis pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam ſuperfluitatem gerentibus. Vide Card. Zabarell. in Clemen. 2. §. dignitatem. de vita & honeſtate clericorum.

Nicolaus Quintus.

Concubinarij priuantur officijs, & inhabiles ad officia & beneficia declarantur.

Cap. II.

SI diligenter attendimus vitia ſingula, quæ in conſpectu populi, decus vileſcere faciũt clericale, [a] quam odibiiis ſit inceſtus in clero,

clero, crimen inceſtus huiuſmodi, quod pleriq; propter illius impunitatem, ſibi blandiuntur minimè verecundum, imo quaſi nō fore peccatum non immerito cohibere compellimur, & præſertim eo propénſius in curia noſtra, quo illud ibidem videtur ſcandaloſius, & ab aliis periculoſius trahitur in exemplum. Hinc eſt, quod nos præſentis conſtitionis edicto, vniuerſis & ſingulis ſedis Apoſtolicę officialibus, necnon quæuis Romanæ curiæ officia exercentibus, etiam ratione officiorum huiuſmodi ipſius ſedis officiales non cenſeantur, & aliis quibuſcunque clericis eandem curiam ſequentibus, diſtrictius inhibemus, ne quiſquam ex eis * concubinam publicè in domo ſua, aut alibi, vt illius turpi commercio liberius vtatur, tenet, ſeu quicunque mulierem ad aliorum turpem vſum huiuſmodi, aut quamcunque mulierem in præſentiarum tenuerit, niſi poſt præſentium publicationem in valuis Baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe, & in cancellaria noſtra faciendam (quam etiam vim habere volumus monitionis peremptoriæ) infra nouem dies ab huiuſmodi exceſſu realiter & cum effectu deſtiterit, ac concubinam ſeu mulierem ipſam penitus & omnino dimiſerit quodque quiſquis inantea concubinam vel mulierem talem tenere præſumpſerit, omnibus beneficiis ſuis eccleſiaſticis, necnon quæ in dicta curia obtinent vel exercent officiis ſint ipſo facto priuati, illaque ex tunc poſſint per quoſcunque alios liberè impetrari, iidemque priuati, necnon quicunq; alii concubinas & mulieres huiuſmodi, contra præſentem prohibitionem, tenere præſumentes, inhabiles cenſeantur ad beneficia obtinenda, & in dicta curia officia huiuſmodi exercenda, nec illorum capaces efficiantur, niſi inhabi-

habilitatem ſuam antea, per dictæ ſedis literas, obtinuerint aboleri, & interim per eos in prædictis geſta habeantur pro infectis.

[a] *In presbyterorum laſciuiam & libidinem ſanctiones variæ editæ ſunt à ſummis Pontificibus & Concilijs. Niceno can. 3. 32. diſt. c. interdicit. & Nannetenſ. cap. 3. quas refert Burchard. lib. 2. decret. c. 116. Loco. part. 6. cap. 192. Adde Concil. Tridentin. ſeſſ. 28. de reformat. c. 14. & l. eum qui. C. de Epiſc. & cler.*

NOT. * *Concubinam publicè.*) Concilium Tridentinum ſeſſione 25. cap. 14. iubet clericos concubinarios admonitione prima facta, perſeuerantes priuari tertia parte fructuum obuentionum ac prouentionum beneficiorum ſuorum quorumcunque, ſecunda verò monitione facta perſeuerantes omnibus fructibus priuantur, & ab officio & adminiſtratione beneficii ad tempus arbitrio Epiſcopi ſuſpenduntur, ſi verò adhuc ii perſeuerãt, omnibus beneficiis, officiis, portionibus, ac penſionibus ſpoliantur, ſi verò adhuc in eodem errore perſiſtant, vt quia dimiſſam repetant, excommunicantur. cæteri verò clerici qui beneficia vel penſiones non habent, pœna carceris & aliã ſimili arbitrio Epiſcopi ſecundum factum & perſonarum qualitatem, puniuntur.

Leo Decimus, in Concilio Lateranenſi.

Incontinentes clerici, & ſceleris contra naturam horrore infecti, ſacris canonum & iuris ciuilis ſtatutis plectuntur. Idem in concubinarios decernitur.

Cap. IIII.

VT clerici præſertim caſtè continenterq; iuxta canonum pręcepta viuant, ſtatuimus, vt contra facientes acriter ſecundum canones punian-

puniantur. Si qui verò tam laicus, quam clericus, de crimine propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ, [a] conuictus fuerit, pœnis per ſacros canones, aut ius ciuile reſpectiue impoſitis puniatur. * Concubinarii autem, ſiue laici ſiue clerici fuerint, eorundem canonum pœnis mulctentur, neq; ſuperiorum tolerantia, ſeu praua conſuetudo, quæ potius corruptela dicenda eſt, à multitudine peccantium, aliaue quælibet excuſatio, eis aliquo modo ſuffragetur, ſed iuxta iuris cenſuram ſeuere puniantur.

[a] *Propter hoc venit ira Dei in filios ἀπειθείας, id eſt, diffidētia, & Syriacè contumacia & rebellionis.*

NOT. * *Concubinarii autem, ſiue laici.*) Honorabile eſt cōiugium & thorus immaculatus, vt illius fines prçteriiſſe noceat. Quamobrem & laicis concubinatus indicta eſt pœna, etſi olim permittererur in veteri lege, propagationis gratia, ſuffragabatur vxori legitimæ concubinaria quç tamen fornicaria non dicebatur, habebat enim aliquid de ratione vxoris, & aliquid de ratione coniugis, vt docet D. Thom. 4. ſent. diſt 13. q. 1. artic 3. & Didacus in Epitom. de ſponſalib. part. 1. c 4. num. 8. Et concubinarum certæ fuerunt differentiæ. aliæ enim libertæ, aliæ ingenuæ, aliæ ſeruæ extiterūt l. 1 de concu. Vxor ſobolis, & vt loquitur Demoſthenes, τῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, concubina voluptatis aſciſcitur.

Pius Quintus.

Clerici nephandi criminis contra naturam rei, degradati, & clericali priuilegio exauthorati, ſeculari iudicis dictioni pœnas eaſdem quæ in laicos iure ſtatutæ ſunt recepturi tradantur.

CAP.

CAP. V.

HORRENDVM illud[a] ſcelus, quo pollutæ, fœdatæque * ciuitates tremendo Dei iudicio conflagrarunt, acerbiſſimum nobis dolorem inurit, grauiterque animum noſtrum commouet, vt ad illud, quantum poteſt, comprimendum, ſtudia noſtra conferamus. Sane Lateranenſi Concilio [b] dignoſcitur conſtitutum: vt quicũque clerici, illa incontinentia, quæ contra naturam eſt, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, deprehenſi fuerint laborare, à clero deiiciantur, vel ad agendam in monaſteriis pœnitentiam detrudantur. Verum, ne tanti flagitii contagium, impunitatis ſpe, quæ maxima peccandi illecebra eſt, fidentius inualeſcat, clericos huius nefarii criminis reos, grauius vlciſcendos deliberauimus, vt qui animæ interitum non horreſcunt, hos certe deterreat ciuilium legum vindex gladius ſecularis. Itaque quod nos iam in ipſo Pontificatus noſtri principio, hac de re decreuimus, plenius nunc, fortiuſque perſequi intendentes, omnes, & quoſcunque presbyteros, & alios clericos ſeculares, & regulares, cuiuſcunque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas exercentes, omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio eccleſiaſtico præſentis canonis auctoritate priuamus. Ita quod per iudicem eccleſiaſticum degradati, poteſtati ſtatim ſeculari tradantur, qui de eis illud idem capiat ſupplicium, quod in laicos hoc in exitio deuolutos legitimis reperitur ſanctionibus conſtitutum. Rom.3.Cal.Septemb.1568.

[a] *Iure hoc ſcelus vocat horrendum & execrandum poſt Alex.Alenſ.2.par.q.143.Thom.22.154.Aſtenſ.l.2.tit.64.Anton.*

2.part. tit. 5. cap. 4. Vniguer. c.7. §.3. Ang. Sylu. Tab. ver. luxur. Peral. tit. de luxuri. 2.

b *c. clerici. de exceſſibus prælat. & ſup. tit. eod. c. 1.*

NOT. * *Ciuitates tremendo Dei iudicio.)* Chriſtianorum legibus maſculām Venerem & ſcelus illud contra naturam execrantibus comparatum eſt, vt teterrima hac libidine conuicti à Sodoma Sodomitæ appellarentur, & atroci ignis ſupplicio afficerentur. Neq; iniuria in nephandos illos homines ſeuera hęc pœna decreta eſt, qui imbecillam ætatem & præſidio indigentem libidini ſuæ depopulandam, fœdandamq; ſubſtrauerunt. Nihil amplius iſtos appellare poſſum quam impios & parricidas, quibus non ſufficiat ſexus à Deo datus niſi & ſuum ſexum prophanè & petulanter illudant. Imperator Iuſtin. tit. de public. iud. §. item. Lex Iulia non ſolum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, ſed & eos qui cum maſculis nephandam libidinem exercere audent. & auth. vt non lux. hom. cont. natu. §. primo.

Variæ & multiplices conſtitutæ ſunt pœnę in huius criminis nephandum horrorem, quarum illa quæ ſequitur capitalē, eod. tit. de public. iud. A Diocletiano & Maximino edita eſt l. fœdiſſimam. 20. & l. cum vir. 31. C. de adulteriis. & c. mulier. 15. q. 1. Guid. Papæ q. 238. De hoc nephando delicto plura leguntur apud 23. q. 2. c. vſus. 32. q. 7. c. adulterium. & c. offerebat. Alex. Alenſ. tract. de luxuria.

TIT. II.

De Clericis non reſidentibus in Eccleſia vel prabenda.

Pius Quartus, ex Concilio Tridentino.

Epiſcoporum non reſidentium in diœceſi ouiliſq; curam negligentium pœna.

CAP.

CAP. I.

DE ſalute gregis Dominici nobis ex alto commiſſi, attẽtius cogitantes, eo libenter intendimus, per quæ grex ipſe continua iu.o.ium cum eo reſidentia [a] paſtorum præſeruetur à noxiis, &in deuium prolabens ad rectitudinis tramitem reducatur, vt paſtores ipſi reſidentiam ipſam, ꝓut tenentur, commodius facere, ac circa ipſius gregis curam libentius, ac feruentius inuigilare, & illum ab errorũm præcipitiis præſeruare, ac in fide orthodoxa, & deuotione noſtra continere valeant, opem, & operam efficaces impendimus, prout rerũ, & temporum qualitate penſata conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Hinc eſt, quod nos motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, vniuerſos, & ſingulos venerabiles fratres noſtros Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & Patriarchas ab eccleſiis, & diœceſibus ſuis abſentes in virtute ſanctę obedientiæ, ac ſub interdicti ingreſſus eccleſiæ pœna, eo ipſo, abſque alia declaratione incurrenda, diſtrictè percipiendo monemus, vt omnibus poſtpoſitis quanto citius, in Romana Curia videlicet moram trahentes, intra vnum, extra eam verò in Italia intra duos, extra verò Italiam exiſtentes, intra 4. menſes à die publicationis præſentium in locis infraſcriptis faciendam computandos, ſe itineri committere, & legitimis itineribus ad eccleſias ſeu diœceſes ſuas proficiſci, & ſeſe perſonaliter conferre, ac ibidem, vt tenentur, reſidere, & paſtorale officium exercere debeant. Si quis autẽ à Patriarchali, Primatiali, metropolitan. ſeu cathedrali eccleſia ſibi quocunque titulo, nomine ſeu iure commiſſa quacunque illæ

dignitate, gradu & præeminentia præfulgeant legitimo impedimento, ſeu iuſtis & rationabilibus cauſis ceſſantibus, ſex menſibus continuis extra ſuá diœceſim morando abfuerit, quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ eccleſiæ, & pauperibus loci per ſuperiorem eccleſiaſticum applicandorum pœná ipſo iure incurrant: Quod ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentia pſeuerauerit, aliá quartam partẽ fructuũ ſimiliter applicandá, eo ipſo amittat; creſcente verò contumacia, ac ſeueri ſacrorum canonum cenſuræ ſubiiciatur, [b] metropolitanos, ſuffraganeos, Epiſcopos abſentes, metropolitanum verò abſentem, ſuffraganeus, Epiſcopus antiquior reſidens, ſub pœna interdicti ingreſſus eccleſiæ ipſo iure incurrenda, infra tres menſes per literas, vel nuntium Romano Pontifici denuntiare teneatur: qui in ipſos abſentes, prout cuiuſque maior aut minor contumacia exigerit, ſuæ ſupremæ ſedis auctoritate animaduertere, & eccleſiis ipſis de paſtoribus vtilioribus prouidere poterit, ſicut in Domino nouerit ſalubriter expedire.

[a] *Reſidentia paſtoralis commendatur Concil. Triden. ſeſſ.6. Conſtantinopolitan. can.17. & 24. Antiochen. can.17. Agathenſ. can.39.*

[b] *Extat can.20.7.q.1. quo Epiſcopus in eccleſia non reſidens, ſed per diuerſa loca vagatus redire recuſans, in monaſterium detruditur. Greg. lib.5. Epiſt.23.*

Cap. II.

Priuilegia & facultates conceſſæ Epiſcopis in gratiam paſtoralis reſidentiæ.

Eos

EOSDEM autem Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos mandaus noſtris parentes, & apud ſuas eccleſias, ſeu in earum diœceſibus perſonaliter reſidentes [a] * ſpecialibus fauoribus, & gratiis, proſequi volentes, vt liberius & commodius eorum officio fungi valeant, eis, & eorum cuilibet vt quando reſiderint, etiam prætextu quorumcunque delictorum & exceſſuum atrociorum, etiam hæreſis, & læſæ maieſtatis criminum per eos quomodolibet commiſſorum, ad comparendum perſonaliter in Romana Curia per quoſcunq; iudices ordinarios vel delegatos, etiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales, niſi vigore ſpecialis commiſſionis manu noſtra, vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis ſignatæ, trahi, aut citari non poſſint nec debeant, atque aliter factas citationes & cenſuras in eis appoſitas, ac inde ſecuta quæcunque nulla & irrita, ac nullius roboris & momenti fore, ac eos minime afficere aut arctare ſtatuimus & ordinamus. Necnon eos & eorum quemlibet ab omnibus & ſingulis decimis, ſubditis, & aliis oneribus ordinariis & extraordinariis quomodolibet nuncupatis, per nos & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, ac ſedem Apoſtolicam, etiam motu proprio & ex certa ſcientia, ac etiam conſiſtorialiter, etiam ad inſtantiam Regum & Principum quomodolibet, & ex quauis etiam quantumuis vrgentiſſima, iuſtiſſima, ac pia, & neceſſaria cauſa, etiam pro defenſione fidei Catholicæ, ratione dictarum eccleſiarum nunc & pro tempore impoſitis, illorumque ſolutione, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ex ſimili ſcientia penitus & omnino eximimus & liberamus, nec ad id dilec-

ctis filiis modernis & pro tempore exiſtentibus, S.R.E. Camerario, necnon Cameræ Apoſtolicæ Theſaurario, preſidentibus, & clericis, ac decimarum, ſubſidiorum, & aliorum onerum huiuſmodi collectoribus, & ſubcollectoribus, ſeu exactoribus, & commiſſariis ad id pro tempore deputatis, etiam vigore quorumcunque priuilegiorum, indultorum, & literarum; etiam præſentibus derogantium ac illarum totum tenorem de verbo ad verbum exprimentium eis quomodolibet conceſſorum & concedendorum cogi, ſeu compelli, & ob non ſolutionem, huiuſmodi aliquas ſententias, cenſuras, & pœnas incurrere poſſe decernimus, illiſque & quibuſuis aliis in virtute ſanctæ obedientię, & ſub noſtrę indignationis, necnon excōmunicationis, aut ſuſpenſionis, ac priuationis ſuorū officiorum & beneficiorum, quæ obtinent, & pro tempore obtinebunt, eo ipſo incurrendis pœnis, eoſdem Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates & Patriarchas ſic in dictis eccleſiis, vel earum diœceſibus reſidentes, quamdiu in illis reſiderint, vt præfertur, ad ſolutionem decimarum, ſubſidiorum, & onerū præfatorum cogere, ac propter illorum non ſolutionem excommunicationis aut alias ſententias, cenſuras, & pœnas promulgare quoquo modo audeant ſeu præſumant diſtrictius inhibemus. Et in inſuper eiſdem Epiſcopis, Archiepiſcopis, Primatibus, & Patriarchis, ſic vt præmittitur, reſidentibus, vltra priuilegia & indulta eis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ac ſedem Apoſtolicam, & generalia, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulas conceſſa, quæ in ſuo robore permanere volumus, tanquam dicta ſede delegatis in quibuſcunque ciuilibus, criminalibus, vel miſtis cauſis contra quoſcunque clericos ſecula-

ſeculares particulares, ac etiam extra eorum monaſteria ſeu regularia loca degentes regulares quomodolibet exemptos auctoritate noſtra procedere, & cauſas ipſas cognoſcere, fineque debito terminare ac quicquid terminauerint exequi & obſeruari facere, ipſoſque exemptos pro tempore delinquentes iuxta eorum exceſſus & delicta punire, corrigere, & omnẽ iuriſdictionem in eos exercere, omniaque alia & ſingula in præmiſſis & circa ea quomodolibet neceſſaria & opportuna, quæ noſmet facere, exercere, & exequi poſſemus, in omnibus & per omnia facere, exercere, & exequi liberè licitè valeant, plenam & liberam licentiam ac facultatem, auctoritatem & tenore prædictis concedimus. Decernentes ab eorum ordinationis, interlocutionibus & decretis ante diffinitiuam ſententiam, vel vim diffinitiuæ habentem, & vbi agetur de morum correctione nullatenus etiam ad nos & ſedem Apoſtolicam appellari poſſe: & nihilominus per appellationes quaſcunque contra præſentum tenorem quomodolibet interpoſitas minimè cauſas deuolui, aut etiam per quaſuis inhibitiones etiã quibuſuis cenſuris & pœnis eis à quibuſuis iudicibus ordinariis vel delegatis forſan faciendas illarum vlteriorem cognitionem & expeditionem, & vbi de morum correctione agetur etiam legitimam executionem minimè impediri, aut cenſuris & pœnis huiuſmo di ligari aut irretiri cenſere.

[a] *Vt minori negotio excitentur præſules ad perſonalem reſidentiam in diœceſi, eis quaſdam exemptiones ſingulari iure pollicetur Pontifex, fori nimirum & decimarum.*

[b] *Iuriſdictio ordinariorum, id eſt, Epiſcoporum reſidentium æquatur delegatis à ſede Apoſtolica circa exceſſuum deciſiones.*

NOT. * *Specialibus fauoribus proſequi volentes*) Qui paſtoris non mercenarii officio funguntur, ſolius ſalutis & debiti muneris memores ea exequũtur libere quę ſuarum ſunt partiũ, negligentes verò & deſides aliquando opus eſt præmiis pollicitis & gratiis inuitare, quamobrem Pius Pontifex hac conſtitutione commemorat ſingula quædam priuilegia, quibus gaudẽt Prælati in gratiam paſtoralis reſidentiæ, qua nihil Deo gratius, nihil deſperatis huius ſeculi cladibus magis vtile, nihil frequẽtius apud ſacros canones commendatum. In Concilio Chalcedon. c. 17. definitum fuit, vt excommunicaretur Epiſcopus qui in ſuo Epiſcopatu non reſideret. In Antiocheno vetitum fuit ne Epiſcopi ſuas omninò eccleſias exirent. In Sardicenſi can. 14. conſtitutum, ne Epiſcopi omninò vltra tres dies dominicos abeſſe poſſent. In Lateranenſi cap. 32. & in decretal. Greg. tit. de cleric. non reſid. multa de reſidentia Prælatorum citantur edicta. quam quidem non ſolum iure diuino probari, verum etiam & naturali intelligimus, illudque poſtulare vt qui miniſterium habet eccleſiaſticum apud illud reſideat, & licet nihil aliud vrgeret, vel ſolum tamen paſtoris nomen conuinceret, quod perſonalem planè actionem ſignificat, ſicut Doctoris aut Medici, & cætera officiorum perſonalium nomina. Quemadmodum ergo nemo poteſt per alium docere aut curare, niſi velit Doctoris & Medici nomen amittere, ita nec per alium poteſt creditũ quiſquam ſibi gregem paſcere.

Idem.

In fauorem ſtudiorum excuſatur abſentia a cura paſtoralis reſidentiæ, dummodo ordinariorum conſenſu & authoritate firmetur.

Cap. III.

SANCTISSIMVS in Chriſto pater, & Dominus noſter D. Pius diuina prouidentia Papa IIII. ad cuius aures nuper peruenit, nonnullos curata vel alias ſacros ordines, aut

aut perſonalem reſidentiam [a] requirentia beneficia obtinentes, ſub prætextu quod literis operam dare cupiebat, poſt confirmationem Concilii Triden. per ſanctitatem ſuam ſanctam, & publicatam ſecum vt literarum ſtudio in loco vbi illud vigeant generale, actu inſiſtendo, ratione beneficiorum per eos obtẽtorum huiuſmodi vſque ad quinquennium, vel aliud tempus tunc expreſſum, dummodo infra primum illius annum * ſubdiaconi fierent, ad reliquos ordines promoueri minime tenerentur, & tam iidem quod interim, quam alii, etiam ad eoſdem ordines vel eorum aliquem ſeu aliquos promoti, quod ſimiliter ſtudentes beneficiis per eos obtentis, per Vicarios idoneos, p locorum ordinarios ẽt cõgrua fructuum beneficiorũ huiuſmodi portione illis aſſignata vel alias deputandos in diuinis deſeruiẽdo, animarum curam illis imminentem exercendo, & alia incumbentia onera ſupportando, vſque ad ſimile tempus perſonaliter in eiſdẽ beneficiis reſidere nõ tenerentur, & nihilominus interea omnes eorundem beneficiorum fructus percipere poſſent, per ordinariam ſanctitatis ſuæ ſignaturã ſeu pœnitentiarię ſuæ officium diſpenſari, ſibique pariter indulgeri obtinuerunt, nullum in his vel fraudi vel circumuentioni locum præſertim quo ad abſentes à Romana Curia, de quorum qualitatibus facilis notitia haberi non poteſt, quantum humana ratione prouideri poteſt relinquere volens, Concilii etiam Tridentini decretis inhærendo huiuſmodi diſpenſationes, & indulta hactenus conceſſa, ac tam ipſius pœnitentiariæ, quam Apoſtolicas, & alias deſuper confectas, & conficiendas literas, proceſſuſque habitos, & habendos, per eaſdem dictis abſentibus nullatenus ſuffragari, niſi ſingulo-

 rum

rum ordinariorum locorum in quibus ſingula beneficia huiuſmodi conſiſtunt conſenſus gratis præſtandus ad id accedat, Apoſtolica auctoritate declarauit.

[a] *Locata opera Vicarij ad beneficiorum exercendam curam abeſſe poſſunt ſtudiorum cauſa clerici. text. in c. relatum. de cleric. non reſid. etiam ſi fuerint religioſi. Clem. 1. §. cæterum. in fin. de ſtatu monach. c. ſuper ſpecula. de priuilegijs.*

NOT. * *Subdiaconi fierent.)* Qui beneficium poſſidet cui paſtoralis reſidentiæ cura innixa eſt, ab ea tamen per ſeptenniũ poterit ſolui literarum & ſtudiorum fauore. cap. cum ex eo. de elect. in 6 Panormit. in conſi. 63. colum. 3. in 2. volum. Alberic. in tract. ſtat. in 2 part. quæſt. 183. Coſma Gnymier. in ver. vt liberius. in tit. de colla. in pragm. ſed ne moueat talum à ſacra linea, aut ad mundi illecebras redire poſſit, ſactis ordinibus candidatus eſſe debet, Subdiaconatus potiſſimum. Rebuff. de priuile. ſcholaſtic. 36. priui.

Idem.

Clerici non prius admittantur ad regimina eccleſiarum & dignitatum nec beneficiorum prouentibus gaudeant, quin prius reſidentiæ iuramentum cum cautione præſtiterint.

Cap. IIII.

INTENDENTES beneficiorum diſpendiis, & animarum periculis, cóngruis remediis obuiare de parochialibus eccleſiis ſeu carũ perpetuis Vicariis & aliis beneficiis eccleſiaſticis curam animarum habentibus, per obitum illorum poſſeſſorum ſucceſſiue vacantibus, & antea diſpoſitioni noſtræ reſeruatis, non niſi perſonis eccleſiaſticis præuio rigoroſo examine, de mandato noſtro deſuper ſpecialiter facto, aut per diœceſani fidẽ, vel ſi-

vel fide dignorum teſtium depoſitionem idoneis repertis, & medio illarum iuramento, ac etiam præſtita fideiuſſione, de ſe infra certum expreſſum tempus ad locum beneficii conferendi, & apud illud curam animarum illi imminentem per ſe ipſos * exercendo perſonaliter reſidendi aſtrictis prouidemus, ſeu prouideri mandamus. Rom. 13. Martii. 1563.

NOT. * *Exercendo perſonaliter.)* Cum veriſſimum ſit illud omnia eccleſiaſtica beneficia habere pro fundamento iuſtitiam commutatiuam vnde ſumpta eſt Apoſtoli ſententia, Qui non laborat non manducet, qui eccleſiæ ſuæ non adeſt, ac prouidè non laborat nullos omninò fructus debet colligere. Nec quidquam facit ad rem, quod reſpondent, ſatis eſſe per Vicarium laborare, alioqui ſecundum eandem regulam ſatis eſſet per Vicarium manducare. Perſonaliter ergo officium paſtoris, non conductis Vicariis operibus exercendum iubet Pontifex. Niſi enim vrgens neceſſitas compellat rector eccleſiæ non debet conductitiis presbyteris curam committere. Nec ſine Epiſcopi authoritate poteſt committi ad tempus permodicum profectione neceſſaria imminente. arg. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſ. de conſ. diſt. 5. non oportet.

Idem.

Iis qui maioribus eccleſiis præſunt paſtoralis reſidentia ſummopere commendari debet, & præcipi animaduerſione ſanctionum iuris, & Concilij Tridentini authoritate.

Cap. V.

CVM tam ſacroſanctum œcumenicum * Cōcilium Tridentinum [a] quam etiam per noſtras literas, ſiue bullas etiam deſuper emanatas, & inter alias ſub. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ, 1564. ſeptimo Cal. Decemb. Pontificatus noſtri, anno quinto, Manda-

Mandatum ſit omnibus Epiſcopis, Archiepiſcopis, & aliis quibus animarũ cura commiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere, pro eis ſacrificium offerre, verbique diuini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, ac bonorum omnium exemplo paſcere, pauperum, aliorumq; miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & ſignanter munera paſtoralia, & eis diligenter incumbere, & aſſiſtere, aliaque facere quæ in dicto ſacro Concilio, & in dictis noſtris literis, ſiue Bullis continentur. Quæ omnia nequaquam ab eis præſtari, & adimpleri poſſunt, cum gregibus ſuis non inuigilant, neque aſſiſtunt, ſed mercenariorum more oues ſuas deſerunt, & propterea debuiſſent, oẽs, & ſinguli Epiſcopi, Archiepiſcopi, & alii in dignitatibus eccleſiaſticis conſtituti, & præfecti, & quibus animatum cura exiſtit, iuxta diuina præcepta, & prædicti œcumenici Concilii, ac prędictarum noſtrarum literarum, ſeu Bullarum vim, formam, continentiam & tenorem, ad eorum reſpectiuè eccleſias, diœceſ. ac alia beneficia quibus perſonalis reſidentia requiritur, ad effectum in eis perſonalem reſidẽtiam facien. ſeſe contuliſſe, ac omnia, & ſingula in eiſdem præceptis, Concilio, & literis ſiue bullis reſpectiuè contẽta adimpleuiſſe, & obſeruaſſe. Attamen ſicut accepimus, multi, & multi præfatorum præceptorum, & mandatorum contemptores, animarumque ſuarum propriæ ſalutis immemores, in dictis dignitatibus, eccleſiaſticis, quibus cura [b] animarum imminet, ac Epiſcopalibus, & Archiepiſcopalibus reſpectiuè conſtituti præmiſſa facere, & adimplere hactenus minime curarunt, ſed diſtulerunt, & differunt in graue animarum ſuarum, gregumque ſibi commiſſorum periculum, & ouium ſuarum pernitioſum exem-

exemplum, & ſcandalum, ſententias, & cen. & pœnas propterea ſibi inflictas temere, & damnabiliter incurrendo. Quæ omnia cum non ſint conuenientibus oculis, aut impunè prætermittenda, ſed grauiter vt cæteris tranſeant in exemplum, cum iam per tot menſes inobedientes fuerint cenſuras præfatas ſuſtinen. motu proprio, &ex certa noſtra ſciētia, deq; poteſtatis noſtræ plenitudine, dilecto filio noſtro Alexandro Riario Cameræ Apoſtol. generali auditori, cui alias etiam ſeu prædeceſſori ſuo viuæ vocis oraculo commiſimus, vt dictos Epiſcopos, Archiepiſcopos, & alias perſonas eccleſiaſticas animarum curam haben. non reſidentes, pœnas prefatas in dicto Concilio, & literis, ſiue bullis noſtris contentas incurriſſe declararet, & ad illarum effectualem executionem, aliaque grauiora procederet, viuæ vocis oraculo cōmiſimus tantum, quoque nonnulla monitoria contra certos, Epiſcopos, & alias perſonas præfatas in vim commiſſionis noſtræ huiuſmodi ſibi factæ tunc decreuerat, & relaxauerat, ne in poſterum de illius iuriſdictione dubitari contingat, denuo eidem auditori noſtro, nunc officium auditoratus exercenti auctoritate noſtra committimus, & mandamus, quatenus ſtatim tam contra Epiſcopos, Archiepiſcopos, & alios quoſcunque prælatos, tam in vrbe quam alibi, & vbique locorum exiſten. & in propriis, diœceſi. non reſiden. conſtituto ſibi quantum ſufficere videbitur ſummariè ſimpliciter & de plano, ſola veritate inſpecta, & manu regia, de inobedientia prædicta, vſque ad ſententiam excluſiuè procedat, & deinde nobis referat, vt nos in Conſiſtorio noſtro ſecreto de fratrum noſtrorum conſilio, vt moris eſt, ad ſententiam priuationis, & depoſitionis prælatorum inobedientium

dientium huiuſmodi ꝓcedere valeamus, prout procedere intendimus, quo verò ad alios curam animarum haben. vſque ad ſententiam incluſiuè procedat, & exequatur iuxta formam, & tenorem dicti Concilii, & literarum noſtrarum prædictarum cum iiſdem facultatibus, vt ſupra, ac alia faciat, & exequatur, prout in dictis literis, ſiue bullis continetur, cum poteſtate citandi, inhibendi, excommunicandi, ſuſpēdendi à diuinis, declarandi, interdicendi, aggrauandi, regrauandi, carcerandi, & brachium ſeculare decernen. relaxan. & exequendi, aliaque faciendi, neceſſaria quomodolibet, & opportuna, contrariis quibuſcunque non obſtantibus.

[a] *Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. admonet paſtores vt diuinorum præceptorum memores factique forma gregis in iudicio ac veritate paſcant ac regant.*

[b] *De prælatorum reſidentia iure diuino, naturali, & Pontificio commendata, vide Dominic. Sotum de iuſtit. & iure. lib. 10. quæſt. 3.*

NOT. * *Concilium Tridentinum.*) Reſpondet per omnia Pontificium reſcriptum decreto ſacræ Tridentinæ Synodi, quo cauetur ne dignitates eccleſiaſticæ committantur iis quorum vitæ integritas, & rerum anteactarum commendatio futuræ frugis ſpem dederit, iubetque eoſq; prius moneri vt attendentes ſibi & vniuerſo gregi in quo Spiritus ſanctus docuit eos regere eccleſiam Dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo vigilent, ſicut Apoſtolus præcipit, in omnibus laborent ac miniſterium ſuum impleant, implere autem ſe illud nequaquam poſſe ſciant, ſi greges ſibi commiſſos mercenariorum more deſerant, atq; ouium ſuarum, quarum ſanguis de eorum manibus eſt à ſupremo iudice requirendus cuſtodiæ minimè incumbant, cum certiſſimum ſit non admitti paſtoris excuſationem, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit, ac nihilominus quia nonnulli quod vehementer dolendum eſt hoc tempore reperiuntur qui paſtoralis reſidentiæ curam ignaui quadam pertinacia negligunt, placuit ſacro Con-

Concilio omnes canones in non reſidentes prælatos hactenus conditos & temporum iniuria obſoletos renouare, eamq; pœnam ſancire. Si quis à Patriarchali, primatiali, metropolitana, ſeu cathedrali eccleſia ſibi quocunq; titulo, cauſa, nomine ſeu iure commiſſa, quacunque ille dignitate, gradu & præeminentia præfulgeat legitimo impedimento ſeu iuſtis & rationabilibus cauſis ceſſantibus ſex menſibus continuis extra ſuam diœceſim morando abfuerit, quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ eccleſiæ pauperibus loci per ſuperiorem eccleſiaſticum applicandorum, pœnam ipſo iure incurrat. Quod ſi per alios ſex menſes in abſentia perſeuerauerit, aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandã eo ipſo amittat. Creſcente verò contumacia, vt ſeueriori ſacrorum canonum cenſuræ ſubiiciãtur, metropolitanus ſuffraganeos Epiſcopos abſentes, metropolitanum verò abſentẽ ſuffraganeus Epiſcopus antiquior reſidens, pœna interdicti ingreſſus eccleſiæ eo ipſo incurrenda infra tres menſes per literas, ſeu nuntium Romano Pontifici denuntiare teneatur, qui in ipſos abſentes, prout cuiuſcunque maior aut minor cõtumacia exegerit, ſupremæ ſedis auctoritate animaduertere, & eccleſiis ipſis de paſtoribus vtilioribus prouidere poterit, ſicut in Domino nouerit ſalubriter expedire.

Pius Quintus.

Eccleſiaſticum miniſterium neutiquam committendum niſi perſonæ quæ reſidere in loco & curam eccleſiæ per ſeipſum valeat exercere.

Cap. VI.

CVPIENTES pro noſtri paſtoralis officii munere Chriſtifidelium animarum ſaluti quãtum cum Deo poſſumus ſalubriter conſulere, & parochialibus eccleſiis ab earũ parochis

parochis, prout tenentur, in diuinis debitè & laudabiliter deſeruire, inhærendo etiã decretis ſacri Concilii Tridentini, motu proprio, & ex mera deliberatione certaque ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuo valitura cõſtitutione, omnes, & ſingulos Rectores parochialiũ eccleſiarum cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminẽtiæ fuerint, in quibuſcunq; regnis, prouinciis, ciuitatibus, diœceſibus, ac aliis Chriſtiani orbis partibus conſiſtentes, qui parochialem eccleſiam ac canonicatum, aut dignitatem, etiam poſt Pontificalem maiorem, ſeu principalem in quibuſuis Patriarchalibus, aut metropolitanis vel cathedralibus, ſeu collegiatis eccleſiis, ſeu aliud quodcunque beneficium eccleſiaſticum, etiam quarumcunque diſpenſationum [a] à Romanis Pontificibus prędeceſſoribus noſtris, ſeu etiam à nobis hactenus quomodolibet impetratarum, ac literarum Apoſtolicarum deſuper expeditarum titulo, quas omnes hac præſenti conſtitutione abolemus, & reuocamus, ſeu quocunq; alio prętextu obtinet, cum prima, & præcipua debeat eſſe cura animarum, eos ad reſidendum in eccleſia parochiali, & ibi in diuinis deſeruiendum, debitoq; eorum officio fungendum omnino teneri, & obligatos eſſe, ac ad id per Epiſcopos, & aliorum locorum ordinarios, etiam tanquam Apoſtolicæ ſedis delegatos, ſub ſententiis, & cenſuris eccleſiaſticis, ac pecuniariis arbitrio eorum declarandis, ac etiam priuationis dictarum parochialium, & aliorum quorumcunque beneficiorum pœnis, quacunque appellatione remota, cogi, & compelli poſſe & debere, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, præcipimus, & ordinamus.

Eos

Eos tamen ſic reſidentes in eccleſiis parochialibus omnes,& ſingulos fructus,reditus & prouentus, etiam canonicatus ſui,vel dignitatis,ſeu alterius cuiuſcunq; beneficii, exceptis duntaxat quotidianis diſtributionibus, & aliis quæ ex iuſta cauſa abſentes percipere nõ ſolent,lucrari volumus.Sicque per quoſcunque iudices,& commiſſarios, etiam cauſarum palatii Apoſtolici auditores, ac ſanctæ eccleſiæ Cardinales, ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi, facultate, interpretari, iudicari, & diffiniri debere: Necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterũ contigerit attentari,decernimus,& declaramus. Ro. 8.Id.Iul.1568.

[a] *Extinguit diſpenſationes omnes de non reſidendo vt iniuſtas & quæ innumeras ignauorum mercenariorum aduexerunt colonias. De his vide Ioan.Staphil. de literis gratia & iuſtit.fol. 192.colum.1.*

Idem.

Beneficijs curatis & parochialibus reſidere tenentur quibus credita eſt animarum cura, aut priuilegia collata in gratiam paſtoralis reſidentiæ amittant, & pœnis canonicis ſubiiciantur.

Cap. VIII.

IN ſuprema militantis eccleſiæ ſpecula meritis licet inſufficiẽtib' diuina diſpoſitione conſtituti,cunctos non ſolum vigilãtiæ noſtrę commiſſos dominicos greges,ſed etiam ſingulorum paſtorum ſuorum actus intenſa noſtræ mentis acie colluſtrantes, ſtudium efficax operamq;

ſedulam ad hoc omninò ſtatuimus adhibere, vt quẽadmodum operoſum ſacri Concilii Tridentini progreſſum, fœlicemq; exitum Domino cooperãte præſtitimus, ita ſanctiſſima illius decreta, ipſorum præſertim qui in Apoſtolicæ ſollicitudinis partẽ vocati ſunt paſtorum officiũ concernentia: non tepidè, neq; diſſimulanter exequamur. Sanè licet in Concil. præfata ſaluberrima fuerit ordinatione decretũ, quod omnes, & ſinguli venerabiles fratres noſtri Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & alii beneficiati apud eccleſias ſponſas ſuas reſidere [a] teneantur: nonnulli tamen (quod non ſine animi noſtri mœrore referimus) adeo ſui gregumque quos olim deperditos Saluator noſter proprio ſanguine redimere dignatus eſt, ſibi creditorum obliti ſunt, vt etiam nunc in alma vrbe, vel alibi commorantes: & ſacroſancta ſpiritualis matrimonii inter eos, ſuaſq; eccleſiæ ſolenniter contracti iura confundentes, ſponſas ſuas in longa quaſi viduitate redactas, & prædictas eccleſias quocunque ſibi conceſſas inuiſere, & apud illas, vt probos, & prouidos patresfamiliãs decet, reſidere non curẽt, in perditione animarum ſuarum, & ſubditorum ſuorum ac perniciosum exemplum, & ſcandalum plurimorum. Nos hanc illorum contumaciam alicuius etiam temporalis pœnæ metu frangendam, ſeu conuincendam eſſe cenſentes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnibus & ſingulis Patriarchis, Primatibus, & Epiſcopis præfatis, ac aliis quibuſcunque etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, vel præeminentia præfulgentibus, dictas eccleſias in commendam, vel adminiſtrationem, aut alio quouis nomine obtinentibus, & aliis quibuſcunque beneficiatis curam animarum habenti-

bentibus, qui iuxta decreti ſuper Reſidentia in Concilio prædicto promulgati tenorem, perſonalem in ſuis eccleſiis reſidentiam facere tenerentur, in virtute ſanctæ obedientiæ, vltra pœnas in dicto decreto Concilii contentas, etiam ſub priuationis eorum à regimine, & adminiſtratione eccleſiarum ſuarum, ac aliis noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis ſucceſſoris noſtri arbitrio imponendis pœnis diſtinctè præcipiendo per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omni mora ceſſante, in eiſdem ſuis eccleſiis iuxta formam, & tenorem dicti Cõcilii perſonaliter reſideant. Et nihilominus, ſi quos mandato noſtro huiuſmodi (quod abſit) non parere contigerit, ne etiam tales abſentes melioris in hac parte conditionis, quam cæteri in ſuis eccleſiis reſidentes exiſtant, hac noſtra perpetuò valitura ſanctione per præſentes ſtatuimus, & ordinamus, quod deinceps omnia, & ſingula mobilia, & immobilia etiam in vrbe vel eius diſtrictu exiſtentia, & ſe mouentia, res, & bona, iura, & actiones cuiuſcunque qualitatis, valoris: ac & vbicunque locorum conſiſtant, ac Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios quoſcunque etiam quàuis auctoritate, dignitate, gradu, & præeminentia præfulgentes, eccleſias prædictas in titulum, vel commendam, ſiue adminiſtrationem, aut alio quouis nomine obtinentes, & alios quoſcunque beneficiarios curam animarum habentes, qui extra prædictas eccleſias, ac diœceſes, etiam in Romana Curia, aut alibi degentes, & iuxta decretum, & formam Concilii huiuſmodi non reſidentes deceſſerint pertinentia, & per illos ſuarum eccleſiarum, ac quorumcunque monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, & aliorum beneficio-

rum eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſecularium,& regularium,quæ illi quomodolibet obtinuerint,ac fructuum,redituum,& prouentuum eccleſiaſticorum, necnon penſionum annuarum ſibi ſuper ſimilibus fructibus, reditibus, & prouentibus reſeruatorum, & aſſignatarum occaſione quæſita: etiam ſi facultatem ſpecialem de illis, aut eorum parte teſtandi,& alias liberè diſponendi à nobis, & à quibuscunq; aliis Romanis Pontificibus prędeceſſoribus & ſucceſſoribus noſtris, etiam cum clauſulis quod facultates huiuſmodi reuocari non queant,aliiſque irritantibus decretis obtinuerint, & in vim illarum literarum deſuper confectarum de rebus,& bonis huiuſmodi iamque diſpoſuerint, tanquam ſpolia ad Cameram Apoſtolicam legitimè pertineant. Liceatque dilectis filiis moderno, & pro tempore exiſtenti commiſſario noſtro generali, & ſuis dictæ Cameræ deputatis in euentu deceſſus huiuſmodi ſolitum inuětum ſuper rebus, & bonis præfatis conficere, illaque prout de reliquis clericorum ſpoliis fieri ſolet,ad dilecti filii noſtri moderni, & pro tempore exiſtentis generalis Theſaurarii manus redire, dictæque Cameræ applicare, cuiuſuis licentia deſuper minime requiſita. Ac facultates deſuper confectas literas prædictas etiã motu, & ſciẽtia ſimilibus etiam in recompenſam laborum, & obſequiorum etiam nobis, & eccleſiæ Romanæ dictæq; ſedi impenſorum quomodolibet conceſſas, & etiam iteratis vicibus approbatas, illorum omnium tenores præſentibus pro ſufficiẽter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, in euentum obitus huiuſmodi ẽt ſi in vrbe,aut eius diſtrictu,vel alibi extra ſuas eccleſias (vt ꝑfertur) contigerit,ex nũc prout ex tunc,& ecõtra in dictę cõtumaciæ pœnã eiuſdẽ poteſtatis plenitudine,

& te-

& tenore reuocamus,caſſamus,& annullamus, & tam eas, quam earum prætextu quomodolibet pro tempore condita factaque teſtamenta, codicillos, legata, donationes, & alias diſpoſitiones quaſlibet etiam ad pias cauſas, vel in remunerationem ſeruitiorum nulla,& inualida, nulliuſque roboris, vel momenti fore, neque cuiquam contra præſentium tenorem ſuffragari, & ſic per quoſcunque iudices, & commiſſarios quauis auctoritate fungentes, & S.R.E. Cardinales in quauis inſtantia, ſublata eis & eorum cuilibet quauis alias iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffiniri debere, ac quicquid ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Per hoc autē noſtris,& Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ordinationibus,reſeruationibus, & decretis: quoad Prelatorum,&aliorum beneficiorum etiam in ſuis eccleſiis, aut diœceſi.reſidentium,& ibi decedentium,quę etiam ampliamus,& extendimus ad habentes eccleſias in vrbis diſtrictu, ibique reſidentes,& decedentes ſpolia Cameræ Apoſtolicæ applicata hactenus emanatis,nullatenus prȩiudicare,neq; quicquam in eis alterare intendimus,ſed ea in ſuo robore, vt antea manerȩ volumus, præterquam quoad eos qui in ſuis eccleſiis iuxta formam prædicti Concilii reſederint,& ſpecialem licentiam teſtandi habuerint: hac enim tantum ſaluam eis eſſe volumus, ita vt generalis licentia teſtandi eis quanquam reſidentibus minime ſuffragetur, ſed ſola ſpeciali quam habuerint tueri ſe poſſint. Romæ 7.Cal.Decemb.1564.

[a] *Quemadmodum in ſacri matrimonij fœdere non derelinquitur vxor, nihil fit alterutro inuito, imo nec ſuſcipitur peregrinationis aut ingredienda religionis deliberatio niſi cōſentiētibus*

mutuis animis. Sic Epiſcopatus aut parochia nõ deſeritur niſi maxima neceſſitatis impulſu ſuadente.c.Epiſcopus.de conſecra. diſt. 3.quaeſt.1. & cap.placuit.10.q.2.vide Panormit.in cap.magna.de voto.ſanct.Thom.in 22.q.195.

Tit. III.

De ſpoliis Clericorum.

Paulus Tertius.

Bona Praelatorum ſine facultate teſtandi decedentium ad reuerendae Camerae Apoſtolicae fiſcum pertinent.

Cap. I.

Romani Pontificis [a] prouidentia circumſpecta, dubia quae litium diſpendia afferre poſſent, in ſuae declarationis arbitrio tollit, ac deſuper ſtatuit, & ordinat, prout rerum qualitate penſata, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque, ſicut accepimus, à nonnullis nimium curioſis, qui iura Camerae Apoſtolicae vſurpare, ac Cameram praefatam illis defraudare vellent, in dubium redigatur, an res, & bona, ſpolia nuncupata Praelatorum, etiam Pontificali, vel alia maiori dignitate fulgentium, caeterarumque perſonarum eccleſiaſticarum * ſecularium & regularium, tempore obitus ipſorum remanentia, ex eo quod Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, & Camerae praefatae reſeruata fore, aliqua generali Apoſtolica conſtitutione, forſan [b] non caueatur ad Cameram praedictam iure legitimo ſpectare, & pertinere debeant. Nos, & ſi ſatis

ſatis euidenter conſtet,& appareat, prædeceſſorũ noſtrorum Romanorum Pontificum, & noſtram indubiam intentionem,& voluntatẽ ſemper fuiſſe, vt ſpolia huiuſmodi,ad dictã Cameram, & non ad alios ſpectarent, & pertinerent, & quod pro eadem Cameræ exigerentur,& recuperarentur,cũ prędeceſſores pfati diuerſos dictorũ ſpoliorũ,vt ad Cameram prædictã ſpectantium, & pertinentium collectores, & exactores in variis prouinciis & locis deputauerint, & cõſtituerint,& nos deputauerimus,& conſtituerimus, variæ quoq; literæ ab eiſdem prædeceſſoribus,& à nobis ſuper exactione aliquorum eorundem ſpoliorum in quibus ſpolia huiuſmodi ad præfatam Cameram ſpectare expreſsè continebatur,emanauerint, ac ſemper de illis dicti prædeceſſores per pleraſque alias literas, tanquam de rebus ad Cameram prædictam pertinentibus, donando, vel trãſigendo,aut alias diuerſimode diſpoſuerint, & nos diſpoſuerimus, necnõ ea ab antiquiſſimo tempore citra, dictæ Cameræ noſtræ nomine exacta: & inter iura ipſius Cameræ connumerata fuerint: ne tamen præmiſſorũ veritas deprimi,& mẽdacium deſuper in præfatæ Cameræ præiudicium,locum ſibi vendicare valeant: attendentes quod iniquũ eſſet,ſi ex Apoſtolicæ ſedis benignitate, vel alia rationabili cauſa, ad ſingula quæque loca collectores non deſtinantur, iura ipſius Cameræ propterea depereant, dubium huiuſmodi enucleare, ac in præmiſſis opportunè prouidere volentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine declaramus res & bona huiuſmodi, ſpolia, vt præfertur, nuncupata, in quibuſuis regnis, ac dominiis, tam citra, quam vltra montes, & maria conſiſtentia, quæ pro tempore poſt obitus Prælatorum,
 &per-

& perſonarum prædictarum, quantumcunque etiam vt præfertur, vel alias quomodolibet qualificatarum, etiam Cardinalatus honore fulgentium, qui vel nullo condito teſtamento, vel abſque ſufficienti facultate, aut vltra quantitatem, de qua facultatem habuerint, condito, deceſſerunt, decedent, remanſerunt, remanent, & remanebunt, etiam quod ad illa recuperandũ aliqui collectores deputati non fuerint, ad Cameram Apoſtolicam, & non ad alios, etiam cathedralibus, etiam metropolitanis, & collegiatis, ac aliis eccleſiis, monaſteriis, cæteriſque beneficiis eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus, vtcunque qualificatis ſucceſſores illa in titulum, commendam, adminiſtrationem, & alias quomodolibet pro tempore obtinẽtes, etiam ſi ad illa vigore prioris tituli, ius regrediendi, ſeu accedendi, vel ingrediendi, conceſſum fuerit, ſpectaſſe, & ſpectare: illaque tanquam ad ipſam Cameram ſpectantia, perpetuo colligi, & recuperari potuiſſe, & poſſe, atq; debere, ac ita, vt præfertur, eorundem prædeceſſorum, & noſtram intentionem, & voluntatem ſemper fuiſſe fidem facimus, & atteſtamur per præſentes.

a *Eiuſdem conſtitutionis ratio confirmatur & ampliatur per reſcripta Iulij III. Pij IIII. & Pij V.*

b *Hac particula multis ſuggillat dubitandi occaſionem, an ſpolia eccleſiaſticarum perſonarum decedentium Papæ debeantur, cum, vt inquit Pontifex, forte non caueatur nec conſtitutionibus Pontificijs conſtet, ſedem Apoſtolicam ante Paulum tertium ea ſibi reſeruaſſe. Dictiuncula enim hac,* forſan, *dubitationis eſt indicium. l. 1. §. 1. ff. de reuend.*

NOT. * *Secularium & regularium.)* Miratur Nauarrus quare nominatim hac conſtitutione notentur regulares cum omnia

omnia quæ acquirit Prælatus vel alius beneficiarius regularis acquirat monaſterio vel eccleſiæ cuius eſt beneficiarius cum non poſſit perſonæ ſuæ quicquam conſequi emolumenti aut vſus. cap. cum olim. 2. de priuileg. vbi latè Innocent. cap. in præſentia. de proba. Auth. ingreſſi. C. de ſacroſanctis eccleſiis. c. non dicatis. 12. quæſt. 1. Vt ergo vitemus hos ſcopulos multis videtur quod extrauagans hæc ſolum habeat locum in beneficiariis regularibus habentibus menſas ſeparatas & reditus diſtinctos à monaſteriis, & non in aliis. Falluntur tamen & multis paraſangis diſtant à vero huius ſententiæ intellectu. Generale eſt enim vitam regularem profeſſis nihil proprii habere. Tum quia conſequeretur nulla ſpolia relinquere Prælatum regularem, qui ſolus opimæ cuipiam Abbatiæ præficeretur, & deductis oneribus locupletiſſimam tandem hæreditatem poſt obitum ſuis legaret. Vt ergo certior & ſecurior pars tueatur, hæc conſtitutio in ſolos Prælatos & beneficiarios regulares animaduertit, quod licet quæſita per hos quærantur monaſteriis & eccleſiis ſicut quæſita per illos, hi tamen poſſunt in vita pauperibus, piis, & charitatem Chriſtianam ſapientibus muneribus. Fuſiori contextu hæc enarrauimus ex Nauarro in ſumma conſtitutionum, ſub Paulo III. conſt. 6.

Pius Quintus.

Sacræ ſupellectilis ornamenta & res diuino cultui dicatæ non veniunt ſub nomine ſpoliorum pertinentium Cameræ Apoſtolicæ, ſed ad eccleſias tempore obitus illas obtinentium ſpectant.

Cap. II.

ROMANI Pontificis prouidentia circumſpecta ad ea ſolicitudinis ſuæ partes potiſſimum conuertit, per quæ ſingulis eccleſiis debita obſequia, & opportuna ſubuentionis auxilia minime ſubtrahantur. Cum itaq;, ſicut accepimus, nonnulli Patriarchę, Archiepiſcopi, Epiſco-

pi,& Abbates,ſeu commendatarii,ac alii beneficia eccleſiaſtica obtinentes, proprii honoris, & ſalutis immemores, etiam prætextu facultatum teſtandi eis per ſedem Apoſtolicam conceſſarum, in eorum vltimis voluntatibus res ſacras, ac vaſa,ornamenta, & paramenta eccleſiaſtica, aliaq; cultui diuino [a] dicata quãdoq; ex fructibus eccleſiaſticis per eos acquiſita, non eccleſiis,& monaſteriis, ac beneficiis, quibus præfuerunt,ſeu à quibus prouentus eccleſiaſticos, & ſtipendia acceperunt, prout rationi, & honeſtati conſentaneum foret, ſed aliis locis, etiam aliquando non piis, ac interdum eorum conſanguineis, & affinibus relinquere, ac Cameræ Apoſtolicæ collectores, prætextu quod illa ſub appellatione ſpoliorum veniant, tanquam eiuſdẽ Cameræ ſpolia exigere,& percipere non erubeſcant,in maximum religionis dedecus,ac eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum eorundem detrimentum, ac relinquentium animarum periculum, ſcandalumque plurimorum. Nos abuſibus, ſcandaliſque huiuſmodi prouidere, ac ſingularum eccleſiarum, & monaſteriorum, ac beneficiorum indemnitati, animarumque quorumlibet ſaluti conſulere volentes, motu proprio,& ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione ſtatuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod de cætero omnia,& ſingula ornamenta, & paramenta, ac vaſa, necnon Miſſalia, & Gradualia, ac cantus firmi, & muſicæ, aliique quomodolibet nuncupati libri, & aliæ ſacræ,etiam auri,& argenti,ac quæcunque alia bona per quoſcunq; Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, ſeu Commendatarios, & alios quoſcunque beneficia eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſecula-

ſecularia, & quorumuis ordinum regularia in titulum, vel commendam, aut alias quomodolibet obtinentes quocunque nomine, vel titulo cenſeantur, etiam ſi de illis, & eorum qualitatibus ſpecialis, & expreſſa mentio habenda foret, ad vſum, & cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ædibus, & capellis, vel oratoriis deſtinata tempore eorum obitus ex teſtamento, vel ab inteſtato relicta, ſub quibuſuis facultatibus teſtandi, & alias diſponendi de bonis per eos ex altari, [b] vel alias quomodolibet acquiſitis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores, & ſucceſſores noſtros, ac nos, ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, etiam motu proprio, & alias quomodolibet conceſſis, & concedendis minime comprehendantur. Nec ſub appellatione ſpoliorum veniant, ſed ad ſingulas eccleſias, monaſteria, etiam conuentu carentia, & beneficia huiuſmodi, in quibus reſederint, aut quibus præfuerint, ſeu quæ alias obtinuerint, omninò ſpectent, & pertineant, ac ſpectare, & pertinere, illaque poſt eorum obitum eiſdem eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis, etiam ſi in Romana Curia, & procul ab illis deceſſerit, vel ad illa nunquam acceſſerint, etiam ſi antea eccleſiarum, & monaſteriorum regimini ceſſerint, vel beneficia huiuſmodi renuntiauerint, eo ipſo applicata, & incorporata ſint, & eſſe cenſeantur. Ita quod liceat illis defunctis in eiſdem eccleſiis, monaſteriis, & beneficiis ſucceſſoribus, ac eccleſiarum, & monaſteriorum huiuſmodi Capitulis, & conuentibus, reſpectiuè alia propria auctoritate liberè apprehendere, ac eorum eccleſiis & ſacriſtiis applicare, & incorporare, ac quæcunque donationes, ac relicta, legata teſtamenta, & codicilli, & aliæ vltimæ volun-

voluntates, ſeu ſpolia deſuper contra præſentis conſtitutionis noſtræ tenorem quomodolibet pro tẽpore facta, quoad præmiſſa, nulla, & inualida, nulliuſq; roboris, & momenti exiſtant, & perſonis etiam eccleſiaſticis, ſeu locis, etiam piis, aut eccleſiaſticis aliis quibuſcunque, in quarum, ſeu quorum fauorem pro tẽpore facta fuerint, minimè ſuffragentur, nec per ea eiſdem perſonis, ſeu locis, vel aliis eccleſiis huiuſmodi aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri poſſit. Quinimo res ſacras, ac alia bona prędicto quocunque nomine, vel titulo pro tempore detinentes, ad alia eccleſiis, & monaſteriis, ac beneficiis per defunctos quomodolibet acquiſitis, vt pręfertur, iuxta pręſentium tenorem realiter, & cum effectu reſtituendũ, & conſignandum quibuſuis diſpoſitionibus de illis in contrarium quomodolibet factis minimè attentis, omnino teneãtur, & ad id per cenſuras & pœnas, etiam furti &c ſacrilegii, ac alia iuris, & facti remedia opportuna cogi, & compelli poſſint, & debeant. Inſuper ne deinceps contingat inſolentia ſpoliorum Cameræ Apoſtolicæ collectorum, vel ſubcollectorũ aliquas eccleſias, nec hominum quenquã damno & iniuria affici, nec cuiquam de cætero vertantur in dubium, quæ res habendę ſint nomine ſpolii, ſimili modo ſtatuim', decernimus, & declaramus, quod quæcunq; ſcamna, cathedræ, arcæ, & etiam ligneæ, vel lapideæ, etiã marmoreæ, menſæ, & tabulæ, ac quæcunque dolia, ſeu vaſa vinaria vacua, & alia ſimilia ſupellectilia domeſtica, per quoſuis presbyteros, ſeu clericos ab humanis pro tempore eorum obitus in eccleſiis, ſeu eorum domibus eccleſiarum earundem, vel alibi vbiuis locorum relicto, etiam ſi ex fructibus, & prouẽtibus beneficiorum, quæ dum viuerent, obtinebãt acquiſita fuerint,

ſub

ſub ſpoliorum appellatione minimè veniant, nec pro ſpoliis vllo modo reputari poſſint. Præterea quod nullum ſpolium Cameræ præfatæ fieri; nec quicquam à quibuſuis ſpoliorum Cameræ huiuſmodi collectoribus, vel ſubcollectoribus exigi poſſit per obitum illius, qui, dum viueret vnum, vel plura beneficia eccleſiaſtica obtinuerit, cuius vel quorum inſimul fructus, reditus, & prouentus, triginta ducatorum auri de camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum nõ exceſſerint, aut qui penſiones annuas ſuper quibuſuis fructibus eccleſiaſticis vſque ad dictum valorem annuatim perceperit, dummodo tamen is ſe ab omni illicita negotiatione, & à ſacris canonibus ꝓhibita abſtinuerit. Ita quod ſi quis dictorum collectorum aliquid ex bonis quorumuis defunctorum, qui ſimilia beneficia obtinuerint, ſeu ſimiles peñſiones ꝑceperint, prætextu ſpoliorum eiuſdem Cameræ percipere, aut alias contra preſentes noſtras literas attentare preſumpſerit, ad totalem bonorum per eum perceptorũ teneatur, ac id via iuris, etiam per ſimiles cẽſuras, & pœnas cogi, & compelli poſſit, & debeat. Ro. 3. Cal. Septemb. 1567.

[a] *Res diuino cultui dicatæ eximuntur à nomine & iure ſpoliorum, nec affinibus aut parentibus ſed eccleſiis in quarum ſeruitium deditæ ſunt, cedunt. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 1. de reformat.*

[b] *Teſtamento, donatione, aut alio quouis pacto res huiuſmodi in prophanos vſus non poſſunt, etiam hæreditario iure, reſignari, cum nullius hominis diſpoſitioni ſubijciãtur quoad rerum dominium. §. nullus. & §. ſacra. inſtit. de rerum diuiſ.*

[c] *Fur & ſacrilegus eſt qui talia bona occupat vel occupata tuetur, qualis iure non eſſet niſi prædicta bona ipſo iure pertinerent ad eccleſiam. arg. can. ſacrileg. 17. q. 4.*

Grego-

Gregorius XIII.

Bona regularium extra clauſtra degentium nomine ſpoliorum continentur, & fiſco Cameræ Apoſtolicæ adiudicantur veræ veluti & propriæ hæredi.

Cap. III.

OFFICII noſtri partes ſedulo præſtare tenemur, vt dubia, quę ab aliquibus falſo ſub prętextu, vel nimis ſubtiliter excitata, in Cameræ noſtræ Apoſtolicæ præiudicium tendunt, declaratione noſtra dilucidentur. Nuper accepimus quod etſi fœl. rec. Papa IIII. prædeceſſor noſter conſtitutionem, & quæcunque in illa continerentur per piæ memoriæ Paulum PP. IIII. etiam prædeceſſorem noſtrũ contra apoſtatas [a] editam, per quam inter cætera decreuit bona quæcunq; mobilia, & immobilia, accẽſus, reditus, & prouentus, iura & actiones ꝑ regularẽ ordinẽ profeſſos extra clauſtra ſuorũ regularium locorum, etiam de licentia ſuorũ ſuperiorum degentes, tempore, quo extra clauſtra huiuſmodi fuiſſent acquiſita, etiam ſi acquiſitiones huiuſmodi ab ipſis ꝓfeſſis ex reditibus beneficiorũ eccleſiaſticorum cum cura vel ſine cura per eos obtentorum ſeu detentorum, aut ex propria induſtria, ſeu artificio, mercatura, vel ex teſtamẽto, ſiue ſucceſſione ab inteſtato quorumuis conſanguineorum, affinium, vel amicorum ſuorum aut quorumcunq; aliorum facti eſſent, non Fiſco, aut Cameræ Apoſtolicæ, ſed religioni, aut monaſteriis, in quo, ſeu quibus primo profeſſi fuiſſent eo ipſo applicata eſſe & cenſeri debere, ad iuris, & ſacrarum conſtitutionum formam reduxerit: necnon

præfata

præfata bona regularium extra clauſtra, vt præfertur, degentium, ſiue mendicantium, ſiue non mendicantium, aut militiarum profeſſorum, & etiam loca, & canonicales portiones, aut dignitates in cathedralibus, vel collegiatis eccleſiis cuiuſuis ordinis regularibus obtinuerint, ac Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, Primitiali, vel quauis alia præfulſerint dignitate, poſt eorum obitum ad eandem Cameram Apoſtolicam, & iuxta conſtitutionem fœl. rc. Pauli Papæ III. ſuper ſpoliis ſub Dat. videlicet, tertio Nonas Ianuarii, Pontificatus ſui anno tertio promulgatam, legitime ſpectent, & pertineant, idque per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, dum collector generalis ad recuperandum ſpolia regularium ſpecirice deputatus fuit, apertè demonſtratum extiterit, ac in poſſeſſione illa exigendi, ac recuperandi eadem Camera merito ſemper fuerit: nihilominus nonnulli vano ſub dictæ conſtitutionis Pauli IIII. prædeceſſoris præfati prætextu contrarium aliquando aſſerere non dubitarint: Nos omnem circa prædicta dubitãdi occaſionem dimouere, ſimulq; æquitate & iuſtitia ſuadẽtibus, eiuſdem Cameræ indẽnitati, ne indies moleſtiis, & incõmodis afficiatur, cõſulere volentes præſentium auctoritate, declaramus res, & bona quæcunq; per dictos regulares extra clauſtra eccleſiarum, monaſteriorum, domorum, & quorumcũque regularium locorum degentes, quocunque iure & actione, ſiue ex cauſa teſtati, ſiue inteſtati, acquiſita, & in poſterum acquirẽda, vel ad eos delata in quibuſuis prouinciis, dominiis, regnis, & locis cõſiſtant, niſi iidem, ad quos iſta ſpectauerint, ſufficienti fuerint teſtandi, aut de illis diſponendi facultate ſuffulti, eaque legitime vſi fuerint, ad eandem Cameram

pleno

pleno iure pertinuiſſe & ſpectare, ac bona quæcunq; eorundem ſubſpoliorum nomine comprehenſa per ipſam Cameram, eiuſque nomine à quibuſcunq; illa quandoque occupantibus & detinentibus recuperari, ac vindicari poſſe, & poſſe, ac iuxta Pauli III. & aliorum prædeceſſorum noſtrorum literas eadem Camera Apoſtolica in huiuſmodi bonis ſpolia nuncupatis verè vniuerſaliter ſuccedente, quod ipſa Camera quæ cæteris hæredibus, & ſucceſſoribus ampliori eſt priuilegio munita, cuiq; merito magis fauendum eſt dum in eam rerum, & bonorum dominiū, ac poſſeſſio nulla traditione præcedente tranſeat, in quacunq; bonorum & ſpoliorum ſiue ad ſeculares, ſiue ad regulares dum viuerent, ſpectantium ſucceſſione, quibuſcunq; in rebus, ſiue pecuniis illa cōſiſtant, etiamſi nominatim aut alia ſpeciali nota illa deſignāda eſſent, quæ ad eandem Cameram iure ſpoliorum pertinuerunt, pertinebunt in poſterum, omni prorſus fictione penitus ceſſante, ius & nomen veri hæredis in eiſdem ſpoliis habere, illiuſque naturam ſortiri, ac veri hæredis priuilegiis, & iuribus in quibuſcunq; bonis, pecuniis, iuribus, & actionibus vti ante hac potuiſſe, & nunc poſſe, idq; eorundem prædeceſſorum, ac noſtrę ẽt intentionis ſemp fuiſſe, & eſſe auctoritate præſentiū declaramus: ſicq; per quoſcunq; iudices in qbuſuis cauſis, etiā per appellationem, aut alia pendentibus, & futuris, ac in quacunque cauſa, vel inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretādi facultate iudicari, & diffiniri debere: necnon quicquid ſecus ſuper his à quoquā quauis auctoritate ſciēter, vel ignoranter attentatum forſan hactenus, vel in poſterum contigerit attētari, irritum, & inane decernimus. Dat. Rom. 21. Ian. 1577.

Apo-

[a] *Apoſtatæ egreßi à clauſis in quibus vitæ inſtitutum ſolenni voto profeßi ſunt, veluti defectores promißi iuramenti dicuntur, eorumque bona adſcribuntur fiſco Cameræ Apoſtolicæ. Eſt autem apoſtaſia irregularitatis non fidei. 47. diſt. quantumlibet. 16. q. 1. de his habes lib. 5. conſt. Pauli 4.*

Idem.

Res quæcunque bonorum mobilium ſiue immobilium poſt obitum Prælatorum & quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum extra vrbem Romam decedentium relictæ, pertinent ad Cameram Apoſtolicam.

Cap. IIII.

Illa quæ ex fructibus, reditibus, & prouentibus eccleſiaſticis profecta, ædificata, refecta, & reſtaurata fuerint, ſeu alias ex eiſdem fructibus, reditibus, & prouentibus quomodolibet [a] prouenerint, per obitum quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum beneficia eccleſiaſtica tam ſimplicia, quam adminiſtrationem habẽtia, obtinentium, niſi quoad ſimplicia de fructibus huiuſmodi diſpoſitum fuerit, vel ex priuilegio Apoſtolico, vel ex conſuetudine legitime præſcripta tam ſecularium, quam quorumuis ordinum regulariũ quauis etiam Pontificali dignitate fulgentium in * vniuerſa Italia, extra tamen dictam vrbem, pro tempore decedentium remanſura, cuiuſcunque qualitatis, generis, & ſpeciei fuerint, etiam ** gemmas, & alia pretioſa, & pecuniarum ſummas, necnon etiam fructus, reditus, & prouentus menſarum, huiuſmodi à die eccleſiarum, & monaſteriorum vacationis huiuſmodi vſque ad diem præfectionis, ac prouiſionis, ſeu com-

mendæ de illis facientibus, quos oẽs, & ſingulos fructus, reditus, & prouẽtus ad nos, & dictam Cameram ſpectare,& pertinere volumus,& decernimus, & eidẽ Cameræ appropriamus,& applicamus.

ᵃ *Excipiuntur illa quæ beneficiarij habent empta ad donandum alicui eccleſiæ diuerſæ à ſua,vel ad permutandum cum aliquibus eiuſdem generis, vel alijs ſibi neceſſarijs, quoniam à iure antiquo non eſt recedendum, niſi quatenus iura noua exprimũt. l.præcipimus.C.de appellationib.*

NOT. * *Vniuerſa Italia.)* Non ſolum ſpolia eccleſiaſticorum Italiæ,ſed etiam aliarum prouinciarum fuiſſe,ac eſſe reſeruata Papæ confirmatur eo,quod eadẽ ratio, idem ius in omnibus ſuadet.l.illud.ff.ad l.Aquil.& c.2.de transl.præl.

NOT. * * *Gemmas, & alia preſioſa.)* Prudenter pretioſa addidit in gemmarum dilucidiorem explicationem. Hæ enim à pretioſis etiã ſeparantur.l.25.§.vlt.ff.de aur.arg.l.1.ff. de acquir. poſſeſ.l.3.ff. de rerum diuiſ.& apud Arnob.lib.11.aduerſus gent. Hæc enim vt animaduertit Briſſonius noſter, differentia intercedit, quod gemmæ perlucidæ ſint materiæ, veluti ſmaragdi, chriſoliti,amethiſti. Lapilli verò cõtrariæ ſuperioribus naturæ, vt obſiani,Venientani,margaritæ,conchæ ſunt, ſiue vniones.l. 19.§.penult.ff de aur.arg.

Pius Quartus.

Clericorum bona omnia per negotiationem illicitam quæſita quæ tempore obitus eorum remanent inconſumpta,pertinent ad S.R.Eccleſiam conſecuta quoque quacunque via ſacris canonibus prohibita.

CAP. V.

DECENS eſſe cenſentes, & æquum, vt nos, qui alios in ſua iuſtitia cõfouemus, Cameræ Apoſtolicæ iura non negligamus, quinimo, ne prætextu incertitudinis, illam ab aliqui-

aliquibus vſurpari, aut ſuper eis dubia aliqua oriri cõtingat, ita noſtræ declarationis remedio prouideam⁹, quod à nemine deſuper dubium aliquod deduci poſſit. Cum itaque, ſicut accepimus à nonnullis vertatur in dubium an res, & bona per clericos, etiam in ſacris ordinibus conſtitutos ex negotiatione illicita aut alias contra ſacros canones, acquiſita, vti ſpolia, vel alias ad Camerã præfatã iure legitimo ſpectare & ptinere debeant. Nos oẽs deſuper hæſitationis materiã ſubmouere, ac cauillationibus, & alterationibus, ac litib⁹ viam præcludere, & denique malitiis eorum qui iura dictæ Cameræ vſurpare ſatagunt obuiare, aliaſque in præmiſſis opportunè prouidere volentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernimus, & declaramus, omnia & ſingula res & bona cuiuſcunque qualitatis, & quantitatis exiſtentia, ac in quibuſuis regionibus, & regnis, ac dominiis, tam citra, quam vltra montes, & maria conſiſtentia, per quoſuis clericos tam ſeculares quam quorumuis, etiam mendicantium ordinum, ac militiarum regulares, etiam in ſacris ordinibus conſtitutos, cuiuſcunque ſtatus, ordinis, & conditionis fuerint, ac Archiepiſcopali, Epiſcopali, vel alia maiori dignitate præfulgeant, ex negotiatione illicita aut alias contra ſacros canones quomodolibet acquiſita, quæ pro tempore poſt obitum eorum, qui etiam ex facultate quam habuerint teſtandi, condito teſtamento, vbiuis locorum deceſſerint, & decedent, aut quibus illos, etiam eis viuentibus priuari, & eis deſtitui contigerit, & præſertim quondam Andreæ Iapiro de ſancto Ioanne Rotundo presbyteri, ſeu religioſi, extra Romanam Curiam ad illã forſan veniendo, defuncti hactenus remãſerũt,

remanent,& remanebunt ad eandem Camerã,& non alios,ẽt in quibuſuis cathedralibus,etiam metropolitan.& collegiatis,ac aliis eccleſiis, monaſteriis, hoſpitalibus,militiis,cæteriſq; beneficiis eccleſiaſticis cum cura, ſecularibus & quorumuis ordinũ regularibus, qualitercunq; qualificatis ſucceſſores,illa in titulum, commendam, adminiſtrationem, commiſſionem, ac alias quomodolibet pro tempore obtinentes,etiam ſi ad illa,vigore prioris,tituli, ius regrediendi, ſeu accedendi,aliquibus conceſſum fuerit,ſpectare,ac ſub nomine ſpoliorum venire, illaq; vti ſpolia ad Cameram ipſam pertinentia perpetuo colligi, & recuperari potuiſſe,poſſe ac debere,& ita ꝑ quoſcunq; iudices quauis auctoritate fungentes in quacunq; inſtantia, ſublata eis quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate,& auctoritate iudicari,& diffiniri debere. Romæ Non.Nouemb.1560.

[a] *Interdictus eſt clericis omnis negotiationis queſtuariæ & ſordidæ vſus. can.7. Apoſtol. & can.27. & can.80. Gelaſius docet turpe eſſe negotijs ſecularibus clericum vacare, & ad earum rerum contemptum hortatur eum exemplo Chriſti qui negotiatores de templo expulit.*

NOT.* *Ex negotiatione illicita.*)Multa ſunt quæ etſi laicis honori, ſacerdotii tamen dignitati dedecori cedunt, vt ſunt legum ſcientiæ,& artes Phyſicæ.c.1.& 2.de poſtul.Ab his itaq; arcentur clerici, quemadmodum & a militari exercitu, imo ipſi nec cogi poſſunt in re officioſiſſima,vt eſt pupillorum tutela.in Auth.de ſacroſ.Epiſ.§.Deo amabiles. Clemens quoq; Petri diſcipulus, comes, ac ſucceſſor, clericos priuilegio clericali exauthorandos eſſe, ſi viliſſima artificia macellatoris & tabernarii exercuerint. Nec iniuria id factum eſſe exiſtimo, ſiquidem tabernarii ſunt de genere prædonũ.l.1.§.1.ff.naut.caup.ſtab. Alex. l.in prin.C.de edendo.Et iudicis arbitrio punitur, qui talia officia mæchanica exercet.Diaz in pract.can.crim c.63.ad.fi. Dilucidiora hęc videntur in noſtris ad œconomiam canonicam additionibus.

De Co-

TIT. IIII.

De Comitibus Palatinis.

Pius Quintus, ex Concilio Tridentino.

Doctoratus laurea magiſtralis a Comite Palatino quæ olim conferebatur in quauis facultate candidatis, Concilij Tridentini decreto nullius nunc eſt authoritatis & iuris.

CAP. I.

QVAMVIS à ſede Apoſtolica ad quam negotiorum multitudo vndique confluit, curis omnino plena innumeris nonnulla interdum ex iuſtis cauſis concedantur, quæ ſucceſſiuis temporibus in publicum detrimentum, & alieni iuris præiudicium tendere noſcuntur, non debet reprehenſibile videri, ſi Romanus Pontifex, ad cuius prouidentiam pro debito paſtoralis officii ſpectat ſuper iis debite prouidere, illa rationabilibus & iuridicis ſupuenientibus cauſis deinde cognitis quãdoque reuocat, & annullat, ac in ſtatum redigit rationis. Sane cum fide digna plurimorum relatione non ſine animi noſtri moleſtia intellexerimus, [a] nonnullos * Comites Palatinos, & diuerſos alios prætextu facultatum ſibi à Romanis Pontificibus & ſede Apoſtolica conceſſarum quamplurimos, tam laicos quã clericos, tam iure ciuili, quam canonico, & Theologia, nullo, aut non debito examine prȩuio indoctos & inhabiles, Doctores, Licentiatos, & Magiſtros creaſſe, &

 promo-

promouiſſe, vti ad dignitates cæteraque beneficia eccleſiaſtica facilius aſſumerentur, & de eis prouiderentur in animarum ſuarum iacturam, & quamplurimorum ſcandalum. Nos huiuſmodi ſcandalis quantum in nobis eſt obuiare, & alias ne de cætero inhabiles ad huiuſmodi gradus admittantur prouidere volentes. Motu proprio, non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione omnia & ſingula facultates, & indulta eiſdem Comitibus, ac etiam quibuſuis officialium Romanæ Curiæ collegiis, ſinguliſque aliis perſonis cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ exiſtentibus, ad Doctoratus, Licentiaturæ, & Magiſterii gradum promouendi per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & ſedem Apoſtolicam, ac etiã nos, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus pro expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo reuocamus, caſſamus, & annullamus: Ac decretis ** Concilii Tridentini [b] inhærentes decernimus & declaramus, eos qui à Comitibus & aliis præfatis promoti fuerunt quo ad dignitates, cæteraq; beneficia eccleſiaſtica, nulla gradus prærogatiua frui & gaudere poſſe vel debere. Ro. Cal. Iun. 1568.

[a] *Comitum Palatinorum reſtricta authoritas in promotione Doctoratus & legitimatione. Concil. Trident.*

[b] *Concil. Trident. ſeſſ. 22. c. 2. de reformat. & ſeſſ. 24. c. 11. de reformat.*

NOT.* *Comites Palatinos.)* Frequens eſt in iure ciuili Comitum mentio, eaque varia pro munerum & officiorum quibus præſunt varietate. Sunt enim Comites rerum priuatarum. Comites domorum Principis, Comites ſacri patrimonii. Comites ſa-

tes ſacri Palatii, Comites militum, Comites per prouincias conſtituti, Comites commerciorum, Comites ſacri conſiſtorii, Comites horreorum, Comites ſacræ veſtis, Comites ſtabuli ſacri. Galli Connestabilem vocant, Comites fœderatorum, Comites excubitorum, Comites archiatrorum, Comites ærarii. Inter verò auguſtiores Comitum appellationes eſt Comes Palatinus, cui olim præcipua cura incumbebat remiſſorum notariorum, & iudicum negligentiam arguere, à prouincialibus tributa exigere & conſueta depoſcere, noſtris verò temporibus qui hoc dignitatis nomen conſequuntur, poſſunt natalibus reſtituere homines, & literarum candidatos infulis Doctoratus decorare, quod priuilegium Pontifex ob varios abuſus qui ignauorum & imperitorum quamplurimas colonias aduexerunt, expunxit.

NOT.* * *Decretis Concilij Tridentini inhærentes.*) Illius tale eſt decretum: Quicunque poſthac ad eccleſias cathedrales erit aſſumendus, is non ſolum natalibus, ætate, moribus, & vita, ac aliis, quæ à ſacris canonibus requiruntur, plene ſit præditus, verum etiam in ſacro ordine antea, ſaltem ſex menſium ſpatio, conſtitutus, quarum rerum inſtructio, ſi eius notitia nulla, aut recens in curia fuerit, a ſedis Apoſtolicæ legatis, ſeu nunciis prouinciarum, aut eius ordinario, eoque deficiente, à vicinioribus ordinariis ſumatur. Scientià verò præter hæc eiuſmodi polleat, vt muneris ſibi iniungendi neceſſitati poſſit ſatisfacere, ideoq; antea in vniuerſitate ſtudiorum Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus in ſacra Theologia, vel iure canonico merito ſit promotus, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendatur. Quod ſi regularis fuerit, à ſuperioribus ſuæ religionis ſimilem fidem habeat. Prædicti autem omnes, vnde inſtructio, ſeu teſtificatio erit ſumenda, hæc fideliter, & gratis referre teneantur: alioquin eorum conſcientias grauiter oneratas eſſe ſcient, ac Deum, & ſuperiores ſuos habebunt vltores.

TIT. V.

De Magiſtris & Docto-ribus.

Iulius Tertius, Rectori vniuerſit. Almæ vrbis.

Inſtitutio & promotio ad Doctoratus inſignia, in fauorem paupertatis gratis fieri debet.

CAP. I.

PAVPERES & egeni qui ad ſuſceptionem Doctoratus graduũ habiles reperientur in vtroq; ſeu altero iurium promoueri,[a] & gratis pro Deo abſque * aliqua pecuniarum ſolutione ab eis facienda aſſumi ſeu Doctores creari debent. Ro. 6. Februarii. 1552.

[a] *Doctoratus dignitas non poteſt vendi. l. omnimodo. §. imputari. & ibi Bald. c. de inoffic. teſtam.*

NOT. * *Abſque aliqua pecuniarum ſolutione.*) Turpem & ſordidam hominum auaritia aduexit conſuetudinem, vt quæ dignitate & peritia præſtare nequeunt pretio mercentur. Hinc innumeræ ignauorum & imperitorum coloniæ ab hinc annis quamplurimis ex Academiis & Vniuerſitatibus exilierunt, cum pecuniarum non prudentiæ & eruditionis meritis comparantur Doctoratus inſignia, quod iure damnatur. Et quamuis licẽtia docendi ſine pretio conferri debeat & Doctorem fieri aut facere eum qui inſufficiens notabili peccato non careat, debetur tamen in doctrina laborantibus Magiſtris prompta honorarii perſolutio. Ideoque Gotthorum reges (quod veros principes decuit) imperabant profeſſoribus ſalarii tardius perſoluti etiam vſuras deberi.

Pius

Pius Quartus.

Cuiuſcunque facultatis Doctores & profeſſores promoti ſiue promouendi, tam electi quam eligendi ad officiorum exercitia non ſe ingerant, niſi prius ſolenne fidei profeſſionis iuramentum emiſerint forma hic præſcripta.

Cap. II.

IN ſacroſancta beati Petri principis Apoſtolorũ cathedra, meritis licet imparibus, hiſce procelloſis militantis eccleſiæ tempeſtatibus conſtitutos, plurimum nos oportet eſſe ſollicitos, vt Domini gregem curæ noſtræ commiſſum non ſolum ab apertis rapacium luporum vndicunque caulis obſtrepentium inſultibus, ſed etiam à magis formidoloſis peſtiferarũ vulpecularum domi latitantiũ inſidiis, per prouidum paſtoralis officii miniſterium, ipſo Domino cooperante præſeruemus, ac illis omnes nocendi occaſiones, quantum cum Deo poſſumus, vbilibet auferamus. Cum itaque iuxta notum ſanctiſſimi vatis oraculum, timor Domini, ſine quo vera religio, & catholicæ fidei puritas nullibi reperitur, ſapientiæ ſit initium, & qui vel in ſcientiis proficere, vel eas alios docere parant, ſupremum illum ſapientiæ parentem, benignumque largitorem deuoto ſanæ fidei obſequio demereri, veraque ſinceræ religionis pietate ſibi conciliare debeant. Idcirco hanc fidei puritatem ſcientiis, doctriniſque quibuſlibet tum tradendis, tum addiſcendis, tanquam neceſſariam baſim, conſtituere, & ne ſimplicia nonnullorum adoleſcentium, res nouas audiendi cupidorum,

ingenia in naufragos blandientium hæreſum ſcopulos imprudenter impingant, occurrere cupiētes; motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine; quod deinceps nullus Doctor, Magiſter, regens, vel alius cuiuſcunq; artis, & facultatis profeſſor, ſiue clericus, ſiue laicus, ac ſecularis, vel cuiuſuis ordinis regularis ſit, in quibuſuis ſtudiorum generalium Vniuerſitatibus, aut Gymnaſiis publicis, aut alibi ordinariam, vel extraordinariam lectoris cathedram aſſequi, vel iam obtentam retinere, ſeu alias, Theologiam, canonicam vel ciuilem cenſuram, Medicinam, Philoſophiam, Grammaticam, vel alias liberales artes, in quibuſcunque ciuitatibus, terris, oppidis, ac locis, etiam in eccleſiis, monaſteriis, aut conuentibus Regularium quorumcunque, publice vel priuatim quoquo modo profiteri, ſeu lectiones aliquas in facultatibus huiuſmodi habere, vel exercere. Neque Doctores ipſi, aut Vniuerſitatum, ſeu Gymnaſiorum eorundem Rectores, Cancellarii, vel alii ſuperiores, ſed nec etiam Palatini [a] Comites, aut alii particulares facultatem eruditos viros ad eoſdem gradus promouendi, etiam à nobis, & Apoſtolica ſede, vel alias vndecunque habentes, ſcholares, tam laicos quam clericos, & cuiuſuis ordinis regulares, vel alios quoſcunque quantalibet eruditione præditos, ad vllum gradum in eiſdem facultatibus ſuſcipiendum recipere, & admittere; neque Doctores, Magiſtri, & Scholares ad electionem alicuius in Rectorem, vel Cancellarium Vniuerſitatis, aut Gymnaſii procedere; Nec ipſi Scholares, vel alii quantumlibet docti, & alioqui habiles, gradus huiuſmodi, vel eorum aliquem, palam, vel priuatim recipere valeant, niſi Doctores videlicet, ac Regentes, Magiſtri, & alii profeſſores

ſores iam ad cathedras & lecturas recepti, in Italia infra tres, extra verò illam infra ſex menſes à die publicationis præſentium computandos, reliqui verò ad cathedras, & alias lecturas ibidem in poſterum aſſumendi ante illorum receptionem in Rectoris, vel aliorum ſuperiorum. Eligendi autem in Rectores, vel Cancellarios ante illorum electionem, vt ſaltem admiſſionem in ordinarii loci, vel eius in ſpiritualibus Vicarii; Ac promouendi Scholares: & alii præfati ante illorum promotionem in eiſdem ordinarii, ſeu eius Vicarii, aut Doctorum aliorumue promouentium manibus, præuio etiam proceſſu, vel debita informatione, quantum eis ſufficere videbitur, ſuper religione, fideque catholica, Rectorum, Cancellariorum, Doctorum, Lectorum, & promouendorum eorundem per ipſos locorum ordinarios, vel eorum Vicarios rite facta præcedente, eandem catholicam fidem, verbis, iuxta formæ infraſcriptæ tenorem conceptis palam, & ſolemniter profiteri teneantur. Et deſuper inſtrumentum publicum confici, ac de proceſſu, ſeu informatione, & fidei profeſſione in priuilegio Doctoratus, vel alterius gradus huiuſmodi ſpecialis, ac de verbo ad verbum mentio, & relatio fidei debeat, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus. Forma autem * dictæ profeſſionis fidei hæc eſt: Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & ſingula quæ continentur in Symbolo [b] fidei, quo S. R. E. vtitur, videlicet: Credo in vnum Deum, patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, viſibilium omnium, & inuiſibilium. Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia ſecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de

Deo

Deo vero. Genitum non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine, & homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, filioque procedit. Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui loquutus eſt per Prophetas. Et vnam ſanctam, catholicam, & Apoſtolicam eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſeculi, Amen. Apoſtolicas, & eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque eiuſdem eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones firmiſſime admitto, & amplector. Item, ſacram ſcripturam, iuxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum ſcripturarum, admitto; nec eam vnquam niſi iuxta vnanimem cõſenſum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe vera, & proprie Sacramẽta nouę legis, à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atq; ad ſalutem humani generis, licet non oĩa ſingulis neceſſaria, ſcilicet, Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque, & approbatos eccleſię catholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramẽtorum

torum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia, & ſingula quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in ſacroſancta Tridentina Synodo definita,& declarata fuerunt,amplector, & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium ſacrificium pro viuis & defunctis, atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe vere,realiter,& ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem, vna cum anima,& diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fierique conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, quam conuerſionẽ catholica eccleſia tranſſubſtãtiationem appellat. Fateor etiam ſub altera tãtum ſpecie totum atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo purgatorium eſſe,animaſque ibi detentas fidelium ſuffragiis iuuari. Similiter & Sãctos,vna cum Chriſto regnantes, venerandos, atque inuocandos eſſe,eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas. Firmiter aſſero imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper virginis,necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinẽdas eſſe, atque eis debitum honorẽ, ac venerationem impartiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in eccleſia relictam fuiſſe, illarumque vſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe affirmo. Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Romanam eccleſiam omnium eccleſiarum matrem, & magiſtram agnoſco. Romanoque Pontifici beati Petri Apoſtolorum principis ſucceſſori,ac Ieſu Chriſti Vicario,veram obedientiam ſpondeo,ac iuro. Cætera itẽ omnia à ſacris canonibus,& œcumenicis Conciliis, ac præcipue à ſacroſancta Tridentina Synodo tradita, definita,& declarata,indubitanter recipio,atque profiteor:

ſimul-

ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcunque ab eccleſia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reiicio, & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & immaculatam vſque ad extremum vitę ſpiritum conſtantiſſime Deo adiuuante retinere, & confiteri, atque à meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. ſpondeo, voueo, ac iuro: ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

[a] *De his penes quos eſt authoritas concedendi inſulas Doctoratus vide Fab. ſup. C. lib. 1. de iure vet. enuclean. & authoritate virorum prudent. &c. num. 7.*

[b] *Sacroſancta generalis Synodus Tridentina explicitam fidei profeſſionem, veluti teſſeram Chriſtiani nominis, & armaturam omnem aduerſus hæreſes ab omnibus in gradu eccleſiaſtico aut dignitate Doctorali conſtitutis facere iubet.*

NOT.* *Forma autem dictæ profeſſionis.*) Peſſimè habet hæreticos quod fidei regula veluti & teſſera à ſede Apoſtolica prę-ſcripta ſit immemores & imperitos ab initio hoc fuiſſe eccleſiæ inſtitutum orthodoxum & catholicum. Erant enim primum Synodales literæ huic vſui deſtinatæ, vt quid de fide ſentiendum eſſet, Apoſtolico reſcripto innoteſceret, cuius ſemper interfuit diſcernere ἀπὸ τῶν νόθων τὰ δόκιμα δόγματα, legitima dogmata ab adulterinis, vt Sophronius Hieroſolymitanus pro eadem fidei profeſſione ſcribit cuiuſpiam mentem ſecutus Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus miſit Synodicam Epiſtolam ad Leonem III. Adriani primi ſucceſſorem, cum fidei ſuæ profeſſione, petiitque à Pontifice vt literas viciſſim reſcriberet quibus Patriarchæ fidem ac doctrinam firmaret. Huius Apoſtolicę authoritatis inueteratam conſuetudinem Gelaſius

ſius quoque Pontifex ſapiens ſimul & prudens in Epiſtola ad Laurentium de Ligniolo teſtatur. Quia nos, inquit, admonet dilectione fraterna, vt velut medicinam quandam fidei Epiſcopis per illiricum vel alios miniſtrare debeamus, quanquam hoc copioſiſſimè factum ſit a beatæ recordationis prædeceſſore noſtro, & quia mos eſt Romanæ eccleſiæ Sacerdoti nouiter conſtituto formam fidei ſuæ ad ſanctas eccleſias prorogare, hæc eadem compendioſa nimis breuitate ſtudui renouare, vt ſub qua fide viuendum ſit, ſecũdum ſtatuta patrum, in hac noſtra epiſt. per breuitatem ſine faſtidio lector agnoſcet. Hactenus Gelaſius. Totius eccleſiæ primæ rudimenta in hac fœlici & beata obedientia ſuperioris ſenatus Apoſtolici faſtigii iacta ſunt. De his vide Turrianum lib 2. pro canonibus Apoſtolorum.

Tit. VI.

De Medicis.

Pius Quintus.

Fidei profeſſionem præſcriptam & iuxta iuramenti formam traditam emittere debent Medici, nec vltra diem integrum viſitare teneantur infirmos ſpiritualia remedia confeſſionis renuentes ſalutis admonitos.

Cap. I.

SVPRA gregem Dominicum noſtræ vigilantiæ diuinitus creditum vigilis ſpeculatoris, prout nobis deſuper cõceditur, exercentes officiũ, ad ea, per quæ animarum ſaluti cum diuini nominis gloria conſuli valeat, libẽter intẽdimus, vt Chri-

vt Chriſti fideles poſt Baptiſmum in peccata lapſi, per Sacramentum pœnitentiæ Deo reconcilientur. Sane, cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccatis proueniat, dicente Domino languido, quem ſanauerat: Vade, noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat, ac propterea prouide fœl. rec. Innocentius a III. prædeceſſor noſter Medicis præceperit, vt, cum eos ad ægrotos vocari cõtigerit, ipſos ante omnia moneant, vt animarum Medicos vocent, ne cum eis hoc in extrema ægritudine conſtitutis ſuadetur, in deſperationis articulum incidant. Nos igitur volentes hoc tam ſalutare præceptum nulla temporis præſcriptione aboleri, ſed ſemper obſeruari, conſtitutionem præfatam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium innouamus, & hac noſtra in perpetuum valitura conſtitutione ſtatuimus, & decernimus, quod omnes Medici cum ad infirmos in lecto iacentes vocati fuerint, ipſos ante omnia moneant, vt idoneo confeſſori omnia peccata ſua iuxta ritum S.R.E. confiteantur, neque tertio die vlterius eos viſitent, niſi longius tempus infirmo confeſſor ob aliquam rationabilem cauſam, ſuper quo eius conſcientiam oneramus, conceſſerit, & eis per fidem confeſſoris in ſcriptis factam conſtiterit, quod infirmi, vt præmittitur, peccata ſua confeſſi fuerint. Coniunctos verò, ac omnes familiares, & domeſticos infirmi in Domino rogamus, & monemus, vt de infirmitate parochum certiorem faciant, ac tam parochus, quam coniuncti, & familiares præfati infirmum ad confeſſionem peccatorum ſuadeant, & inducant. Quod ſi qui Medicorum præmiſſa non obſeruauerint, vltra pœnas in dicta conſtitutione cõtentas, quas incurrere declaramus, perpetuo ſint infames, & gradu medicinæ, quo inſigniti erant,

erant, omninò priuentur, & à Collegio, ſeu vniuerſitate Medicorum eiiciantur, ac pœna ẽt pecuniaria arbitrio ordinariorum, vbi deliquerint, mulctentur. Et, vt hæc omnia inuiolabiliter obſeruentur, volumus, & eadem auctoritate præcipimus, & mandamus, vt nullus poſthac vbiq; locorum Medicina Doctoretur, aut ei quomodolibet medendi facultas à quouis collegio & vniuerſitate concedatur, niſi omnia in præſenti noſtra conſtitutione contenta medio eorum iuramento, corã Notario publico, & teſtibus obſeruare in eorum manibus, vel ordinarii iuuerint, & de huiuſmodi iuramentis in priuilegio, ſeu licentia medendi ſpecialis mentio [b] fiat. Quod ſi collegia, & vniuerſitates prẹfatæ non recepto à promouendis iuramento huiuſmodi, eoſdem ad gradum prædictum promouerint, aut eiſdem medendi licẽtiam præſtiterint, pœnã priuationis facultatis alios vlterius doctorandi incurrãt. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quatenus in ciuitatibus, & diœceſibus propriis præſentes noſtras literas publicari faciant, ac iuramentum prædictum à Medicis iam promotis, ſeu licentiam medendi habentibus, omnibus iuris remediis exigant, neq; aliquos ad medẽdum in ciuitatibus, & diœceſibus prædictis admittant, niſi eis conſtiterit eoſdem iuramentum huiuſmodi prẹſtitiſſe, & contumaces, & iurare, ac iuramentum huiuſmodi iam præſtitum exhibere recuſantes gradu medicinæ, & omnibus priuilegiis eiſdem Medicis, tam coniunctim, quam diuiſim eis, & eorum cuilibet conceſſis per quoſuis etiam Romanos Pontifices priuent, ac ab ingreſſu eccleſiæ arceant donec reſipuerint. Rom. 8. Martii. 1566.

[a] *Decreto magni Concilij Lateranenſis conſt. 20. ſtatutum eſt, vt medici ante omnia inducant infirmos ad aduocandũ medicos animarum, vt poſtquam de ſpirituali ſalute fuerit prouiſum ad corporalis medicinæ remedium ſalubriter procedatur, cũ cauſa ceſſante ceſſet effectus.*

[b] *Vide reformationis eccleſiaſticæ decreta generalia omnibus eccleſiarum vſibus accommodata à Io. Franciſco Bonhomio Epiſcopo Vercellano, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia legato.*

Gregorius XIII.

Medici Iudæi & infideles ad Chriſtianorum curandos morbos non admittantur.

CAP. II.

ALIAS piæ mem. Paulus Papa quartus prædeceſſor noſter edita perpetua conſtitutione inter alia ſanciuit, ne Medici Iudæi etiam vocati, & rogati ad Chriſtianorum ægrotantium curam accedere, aut illi intereſſe poſſent: quam conſtitutionem poſtea Pius Papa quintus etiam prædeceſſor noſter per ſuas literas approbauit, innouauit, & confirmauit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere decreuit: ac voluit, & ſub intimatione diuini iudicii præcepit, & mandauit, omnia in eadem conſtitutione contenta in poſterum firmiter obſeruari non ſolum in terris, & dominiis ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſubiectis, ſed etiam vbique locorum. Quia tamen nobis non ſine magna animi noſtri moleſtia innotuit, ea minimè obſeruari, ſed multos adhuc ex Chriſtianis hominibus eſſe, qui dum ſuos * corporum languores illicitis mediis, & præcipue Iudæorum, [a] ac aliorum infidelium opera ſanari cupiunt, veræ ſalutis animarum ſuarum, & corporum ſimul immemores

res fiunt & (quod valde dolendum eſt) in damnationis æternæ maximum ſæpe diſcrimen incidunt, medicis Iudæis, & infidelibus huiuſmodi ad ipſorum curationẽ vocatis, & adhibitis: vnde fit, vt & Iudæis, ac aliis infidelibus magna detur delinquẽdi occaſio, & ſimul ſalutare præceptũ negligatur ab Innocentio Papa III. ſimiliter prædeceſſore noſtro in Concilio generali quondam emiſſum, & deinde à prædicto Pio V. innouatum, quod omnes medici cum ad infirmos in lecto iacentes vocati eſſent, ipſos ante omnia monerent, vt idoneo confeſſori omnia peccata ſua iuxta ritũ ſanctę Romanæ eccleſiæ confiterentur, [b] neq; tertio die vlterius eos viſitarent niſi longius tempus infirmo confeſſor ob aliquam rationabilem cauſam, ſuper quo eius conſcientia onerabatur conceſſiſſet, & eis per fidẽ confeſſoris in ſcriptis factam conſtaret, quod infirmi peccata ſua confeſſi fuiſſent. Idcirco nos tam Iudæos, qui aduerſus mandata huiuſmodi Apoſtolica cõmittere audent, quàm Chriſtianos qui illos ad ſe accerſunt, vel medendi licentiã concedunt, & viã ad delinquendum eiſdem aperiunt, coercere volentes, ſupradictas prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbam[*], confirmamus, & innouamus, ac inuiolabiliter obſeruari mandamus, atq; hac noſtra in perpetuum valitura conſtitutione, eiſdem conſtitutionibus, & præceptis pro firmiori illorum obſeruatione addentes, vniuerſis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus diſtrictè inhibemus, & interdicimus, ne poſthac Iudæos, vel alios infideles ad ipſorum Chriſtianorum ægrotantium, & infirmorum curam vocent, ſeu admittant, aut vocari, admittiue faciant, concedant, vel permittant.

a *Iudæi ob inueteratum & antiquum in Chriſtianos odium ad eorum curandas infirmitates non debent accerſiri.*

b *c.cum infirmitas.de pœnit.& remiſſ.*

N O T. * *Ad ſuos corporum languores illicitis medijs.*) Non audiendi ſunt illi qui ſympromata morborum, incantationibus & anilibus nugis vetularum arceri putant contempta arte illa quam & Deus ipſe honorandam cenſuit, ſeuere quoque animaduertendum eſt in eos, qui curam valetudinis fidei Chriſtianæ hoſtibus, vtpote Iudæis confidunt. Patienter feruntur quæ in fortunæ bona fiunt, ſed quæ animæ iacturam comitantur & vitæ pretioſo theſauro inſidiantur vix æquo animo debent placari. Plura incommoda veniunt ægrotis τὰ ἔξωθεν ab euentu veluti aere, ſole, rore, merore, metu, & aliis, at longè infeſtiora prodeunt à medico, amente, negligente, auaro & præcipite, & ideo iuris canonici ſanctionibus varia medicorum crimina conſiderantur, qualia ſunt, procurare ſterilitatem aut abortum, vti veneno aut magia, ſuadere illicitum cōcubitum, aut ebrietatem, dare poculum amatorium, fitque medicus homicidii reus quoties eius negligentia & opera peſſimè conſulitur ægroto. Sunt tamen tutiſſima quædam præcepta quibus ab his diſcriminibus liberari poteſt. Primum ergo ſit peritus in arte quam profitetur, ne cæcus viam examinet baculo ad medendos morbos. l. illicitas. §. ſicuti. ff. de officio præſid. Secundum quod admoneat infirmum vt præcaueat ab his quæ ſibi ſunt nocumento futura. Nec tamen tenentur ſemper & continuò adeſſe ægroto, niſi ægrotus propter maximum ægritudinis periculum cuſtodia indigeret, tunc equidem tenetur medicus vel præſens eſſe, vel admonere, vt diligenter cuſtodiatur. Sic Hoſt. cenſet in ſumma de ætat. & qualit. ordin. verſ. ex poſt facto. quem refert & ſequitur Ripa in tract. de peſte, parte vlt. §. medicorum. num. 48. quo in loco multa adducit de medicis imperitis, an & hi teneātur, ſi infirmus ob eorum culpam moriatur. Idem conſtat in d. §. ſicut. vbi Alber. exiſtimat, medicum imperitum cuius cauſa ægrotus mortem obierit, pœna extraordinaria, non ordinaria puniendum fore. l. 3. §. 1. de ſicar. notat Ripa in d. §. medicorum. hinc meritò Iouianus Pontanus dixit in Charonte, Liberius medici viuunt, vt quibus permiſſum ſit hominem impune occidere. Medicos enim non modo lex abſoluit ab homicidio, verum mercedem quoque eis ſtatuit.

Tit. VII.

De Concilijs.

Leo Decimus, in Concilio Lateranenſi.

Summi Pontificis authoritas ſupra Concilium eſſe multis exemplis & pragmatica ſanctionis in Concilio Baſilienſi decreta abolitione probatur.

Cap. I.

PAstor æternus gregem ſuum vſque ad conſumationem ſeculi nunquam deſertus, ita Apoſtolo [a] teſte, obedientiam dilexit, vt pro expiando primi parentis inobedientiæ peccato ſeipſum humiliauerit, factus obediens vſq; ad mortem, migraturus verò ex mundo ad patrẽ in ſoliditate petræ, Petrum eiuſq; ſucceſſores vicarios ſuos inſtituit, quibus ex libro Regum [b] teſtimonio ita obedire neceſſe eſt, vt qui non obedierit morte moriatur, & vt alibi legitur in eccleſia eſſe non poteſt qui Romani Põtificis cathedrã deſerit, quoniam [c] Auguſtino, [d] Gregorioq; auctoribus, ſola obedientia eſt mater, cuſtoſque omnium virtutum, ſola fidei meritum poſſidens, ſine qua quiſque infidelis conuincitur, etiam ſi fidelis eſſe videatur. Itaque nos eodem Petro docente ſolliciti eſſe debemus, vt quæ à Rom. Pont. prædeceſſoribus noſtris, præſertim in ſacris Conciliis pro obediẽtiæ huiuſmodi auctoritatis, libertatiſq; eccleſiaſticæ, & ſedis Apoſtolicæ defenſione mature, & ex legitimis

cauſis inchoata ſunt, noſtris ſtudio, cura, & diligentia debitè abſoluantur, & ad optatum finem perducantur, ſimplicium quoque animæ quarum etiam rationem Deo reddituri ſumus, à dolis & laqueis tenebrarum principis liberentur. Sane fœ.rec. Iulius Papa ſecundus prędeceſſor noſter poſt indictum ex legitimis tũc expreſſis cauſis de venerabilium fratrum ſuorum ſanctæ Rom.eccle. Card. de quorum numero tunc eramus, conſilio & aſſenſu ſacrũ Lateran. Concilium prouidè conſiderans cum eodem ſacro Lateran. Concilio *Bituricen. Regni Franciæ corruptelam, quam illi pragmaticam ſanctionem vocant, cum maximo animarum periculo, & ſcandalo, ac dignitatis ſedis Apoſtolicæ detrimento, & vilipendio retroactis tẽporibus viguiſſe, & adhuc vigere, eiuſdem pragmaticæ ſanctionis negotium eodem approbãte Concilio diſcutiendum certis tunc nominatim deputatis Cardinalibus & Prælatis certæ congregationis commiſit. Et quanquam ſanctio præfata ex multis nullitati notoriæ ſubiaceret, ſchiſmaq; manifeſtum foueret, & contineret, & propterea citatione aliqua minimè præcedente per ſe irrita, nulla, & inualida declarari potuiſſet, ex abundanti tamen cautela idem Iulius prædeceſſor Gallicos prælatos, capitula eccleſiarum & monaſteriorum, parlamenta, & laicos illis fauentes, & dicta ſanctione vtentes, omneſque, & ſingulos alios in præmiſſis ſua communiter vel diuiſim intereſſe putantes, per edictum publicũ, cum ad partes illas tutus tunc non pateret acceſſus, in Mediolan. Aſten. & Papien. eccleſiarum valuis affigendum monuit, quare ſanctio pręfata, illiuſque corruptela, & abuſio in concernentibus auctoritatem Romanæ eccleſię, & ſacrorum canonum, ac eccleſiaſticæ libertatis violationem

nulla

nulla & inualida declarari non deberet. Cumque dicto Iulio prędeceſſore in humanis agente diuerſis impedimentis cauſantibus citatio exequi, & reproduci, ac negotium abrogationis huiuſmodi plene diſcuti, vt intentio ipſius Iulii prædeceſſoris fuerat, non potuiſſet, ſed eodem Iulio prædeceſſore rebus humanis exempto, citatio ipſa legitimè executa, & per procuratorem reproducta fiſcalem ſacri Concilii promotorem reproducta, ipſorumque citatorum non comparentium contumacia accuſata, & ad vlteriora procedi petitum fuiſſet, nos diuina fauente clementia ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumpti, omnibus ritè penſatis, petitioni prædictæ ex certis cauſis nullum tunc reſponſum dedimus, ac deinde cum per dictos monitos, & citatos diuerſa impedimenta allegarentur, quare in termino eis (vt præfertur) præfixo comparere non potuiſſent, vt omnis iuſtæ excuſationis, & querelæ occaſio eis auferretur, terminum citationis, & monitionis huiuſmodi præfixum eodem ſacro approbante Concilio ad alium tunc expreſſum terminum iam diu effluxum in diuerſis ſeſſionibus pluries prorogauimus.

Cum autem moniti & citati prædicti ſublatis iam omnibus impedimentis, effluxiſque omnibus terminis coram nobis & dicto Concilio nõ comparuerint, nec comparere curauerint, ad allegandum cauſam quare ſanctio prædicta nulla declarari non debeat, ita vt excuſationi vltra locus non ſit, poſſintque meritò contumaces reputari, prout eos exigente iuſtitia reputamus: Nos mutare attendentes ** pragmaticam ſanctionem, vel potius vt dictum eſt corruptelã ſchiſmatis tempore à non habentibus poteſtatem editam reliquæ Chriſtianæ reipub. eccleſiæque ſanctæ

Dei nullatenus cõformem, & à cla.me. Ludouico XI. ** e Frãcorum Rege Chriſtianiſſimo reuocatam, caſſatam, atq; abolitam, auctoritatem, libertatem, ac dignitatem dictæ ſedis violare, ac diminuere facultatem Romani Pontifi. pro tempore exiſten. de ſanctæ Romanæ eccleſiæ Card. pro vniuerſali eccleſia aſſidue laborantium, virorumque doctorum perſonis quibus abundat Curia, & quorum conſiliis ſedis Apoſtolicæ, & Rom. Pont. atque vniuerſalis eccleſiæ auctoritas & poteſtas conſeruatur, negotiaque diriguntur, & in ꝓſpero ſtatu confouentur, eccleſiis, & monaſteriis, eiſdemque perſonis de reliquis beneficiis eccleſiaſticis iuxta eorum ſtatus exigentiam prouidẽdi penitus auferre: Prælatis verò eccleſiaſticis illarum partium cauſam præbere, vt ipſi neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ obedientiæ ſanctũ frangant, & violent, ac contra nos, & ſedem prædictam eorum matrem cornua erigant, & eis ad præmiſſa audendum viam aperire, ipſamque notoriæ nullitati ſubiacere, nulloque niſi alicuius tẽporis, ſeu potius tolerantię cuiuſdam adminiculo fulciri, etſi Roman. Pontif. prædeceſſores noſtri præfati, prout ipſi ſuo tempore ſummopere optare demonſtrarunt, corruptelam, & abuſionem huiuſmodi, vel malignitate temporum, vel alias illi prouidere, & in totum occurrere non valentes, ſuis temporibus toleraſſe viſi fuerunt, conſiderantes tamen ab ipſius Bituricen. ſanctionis editione vix annos ſeptuaginta fluxiſſe, nullumque infra hoc temporis ſpatium præter hoc Lateranenſe Concilium, legitime fuiſſe celebratum, quo cum (diſponente Domino) cõſtituti ſimus, ab eiuſdem improbe ſanctionis extirpatione & totali annullatione, ſine noſtra & tantorum patrum in preſenti Concilio congregatorum nota, ac noſtræ & di-

ctorum

ctorum illa vtentium animarum periculo abſtinere, ſeu deſiſtere nõ poſſe, Auguſtino teſte, iudicamus, atque cenſemus.

Et ſicut piæ memoriæ Leo Papa I. prædeceſſor noſter, cuius in hoc libenter quoad poſſumus veſtigia imitamur, ea quæ in ſecunda Epheſina Synodo temere contra iuſtitiam & catholicam fidem geſta fuerunt, poſtmodum in Calcedonen. Concilio mandauit, ac fecit pro dictę fidei firmitate reuocari, ita & nos à tam nefarię ſanctionis & contentorum in ea reuocatione, retrahi aut deſiſtere ſalua conſcientia, ac noſtro & ipſius eccleſiæ honore non poſſe, aut debere cẽſemus. Nec illud nos mouere debet, quod ſanctio ipſa & in ea contenta in Baſilienſi Concilio edita & ipſo Concilio inſtãte à Bituricen. congregatione recepta & acceptata fuerũt, cum ea omnia poſt trãſlationem eiuſdem Baſilien. Concilii per rec.mem. Eugeniũ Papam IIII. etiam prædeceſſorem noſtrũ factam, à Baſilienſ. Conciliabulo, ſeu potius conuenticula, quæ præſertim poſt huiuſmodi tranſlationem Concilium amplius appellari non merebatur, facta extiterint, ac ꝑpterea nullum robur habere potuerint, cum etiam ſolum Rom.Pon.pro tempore exiſten.tanquam auctoritatem ſuper omnia Concilia habentem, Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac diſſoluendorum, plenum ius & poteſtatem g habere, ne dum ex ſacræ ſcripturæ teſtimonio, dictis ſanctorum patrum, ac aliorum Romanorum Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum, ſacrorumque canonum decretis, ſed propria etiam eorundem Conciliorum confeſſione manifeſte conſtat: quorum aliqua referre placuit, reliqua verò vtpote notoria, ſilentio præterire.

In Alexandrina enim Synodo Athanaſio ibidem exiſtente Felici Roman. Pont. ab eadem Synodo ſcriptum fuiſſe legimus, Nicenam Synodum ſtatuiſſe nõ debere abſque Roman. Pontif. auctoritate Concilia celebrari. Neq; nos latet etiam eundem Leonem Põtif. Epheſinam ſecundam Synodum ad Chalcedonen. tranſtuliſſe. Martinum etiam Papam quintum præſidentibus ſuis in Concilio Senen. poteſtatem transferendi Concilium nulla conſenſus ipſius Concilii mentione habita dediſſe, Epheſinam quoq; primam Synodum Cæleſtino ac Chalcedonen. eidem Leoni VI. Agathoni VII. Hadriano VIII. Nicolao VIII. etiam Conſtantinopolitan. Synodum Hadriano Roman. Pontifi. prædeceſſoribus noſtris maximam reuerentiam exhibuiſſe, eorundemque Pontifi. inſtitutionibus & mandatis in ſacris conciliis per eos editis & factis reuerenter & humiliter obtemperaſſe. Vnde Damaſus Papa & cæteri Epiſcopi Romę congregati ſcribentes de Concilio Ariminen. Epiſcopis in Illyrico conſtitutis præiudicium aliquod per numerum Epiſcoporum Arimini congregatorum fieri potuiſſe teſtantur, quandoquidem conſtet Roman. Pontifi. cuius ante omnia dicebat ſpectari decretum, talibus nõ prębuiſſe conſenſum, eundemq; Leonem Pontificem vniuerſis Siciliæ Epiſcopis ſcribentem idem noluiſſe apparet, conſueueruntque antiquorum Conciliorum patres pro eorum quæ in ſuis Conciliis geſta fuerunt corroboratione, à Roman. Pontif. ſubſcriptionem, approbationemque humiliter petere & obtinere, prout ex Nicena & Epheſina ac Chalcedonen. huiuſmodi, & VI. Conſtantinopolit. & VII. eadem Nicena, ac Romana ſub Symacho Synodis habitis earumque geſtis, necnon in annali libro de Synodis manifeſte

niſeſte colligitur quod etiam nouiſſime Conſtantienſ.[b] patres feciſſe conſtat. Quam laudabilem conſuetudinem ſi Bituricenſ. Baſilienſ. ſecuti fuiſſent, huiuſmodi moleſtia proculdubio careremus.

Cupientes quoque huiuſmodi negotium ad debitum finem perduci, ac tam vigore citationum hactenus à nobis & pręfato Iulio prædeceſſore ex abundanti emanatarum quam aliorum præmiſſorum, quæ ita notoria ſunt, vt nulla valeant excuſatione aut tergiuerſatione celari, etiam ex noſtro paſtorali officio procedentes, omneſque & ſingulos tam iuris quam facti defectus ſi qui forſan in præmiſſis interuenerint, ſupplentes, ex certa noſtra ſcientia & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eodem ſacro approbante Concilio tenore præſentium præfatam pragmaticam ſanctionem ſeu corruptelam, eiuſque approbationem quomodolibet emanatam, omniaque & ſingula decreta, capitula, ſtatuta, conſtitutiones ſiue ordinationes in eodem quomodolibet contentas, ſeu etiam inſertas, ac ab aliis prius editas, necnon conſuetudines, ſtylum, vſus ſiue potius abuſum ex ea in hanc vſque diem quomodolibet emanatos, ſeu obſeruatos, nullius roboris vel momenti fuiſſe & eſſe decernimus & declaramus. Necnon ad abundantiorem cautelam eandem Bituricenſem ſanctionem ſiue corruptelam, eiuſque approbationem tacitam vel expreſſam, vt præfertur, & in ea contenta omnia & ſingula etiam inſerta quæcunque reuocamus, caſſamus, abrogamus, irritamus, annullamus, ac damnamus, & pro infectis, reuocatis, caſſatis, abrogatis, irritatis, annullatis, & damnatis haberi volumus, decernimus, & declaramus. Et cum de neceſſitate ſalutis

exiſtat

exiſtant oẽs Chriſti fideles Romano Pontifice [h] ſubeſſe prout diuinæ ſcripturæ & ſanctorum patrum teſtimonio edocemur, ac conſtitutione fœli. mem. Bonifacii Papæ VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Vnam ſanctam, declaratur, pro eorundem fidelium animarum ſalute, ac Rom. Pont. & huius ſanctæ ſedis ſuprema auctoritate & eccleſiæ ſponſæ ſuæ vnitate & poteſtate conſtitutionem ipſam ſacro præſenti Concilio approbante innouamus & approbamus, ſine tamen præiudicio declarationis ſanctæ mem. Clementis Papæ V. quę incipit, Meruit. Inhibentes in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pœnis & cenſuris infra dicen. omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus tam laicis quam clericis ſecularibus, & quorumuis ordinum etiam mendicantium regularibus, & aliis quibuſcunq; perſonis, cuiuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtant, etiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinal. Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & q-buſuis aliis eccleſiaſtica vel mundana, vel quauis alia dignitate fulgentibus, omnibuſq; aliis & ſingulis Prę-latis, clericis, capitulis & conuentibus ſecularibus, & ordinum prædictorum regularibus, etiam monaſteriorum Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Principibus, Baronibus, parlamentis, officialibus etiã Regiis, iudicibus, aduocatis, notariis, & tabellionibus eccleſiaſticis vel ſecularibus, & quibuſuis aliis perſonis eccleſiaſticis regularibus & ſecularibus, vt pręfertur, quacunque dignitate fulgentibus in præfato Regno Franciæ, Delphinatu, & vbicunque prędicta pragmatica directè vel indirectè, tacitè vel expreſsè vigeret quomodolibet exiſten. vel pro tempore futuris, ne de cætero pręfata pragmatica ſanctione, ſeu potius corruptela, quomodolibet ex quauis cauſa, tacitè vel expreſ-

expreſsè, directè vel indirectè, aut quouis alio quæſito colore vel ingenio in quibuſcunque actibus iudicialibus vel extraiudicialibus vti, ſeu etiam eam allegare, vel ſecundum eam iudicare, aut quoſuis actus iudiciales, vel extraiudiciales ſecundum dictæ pragmaticæ tenorem vel capitula in ea contenta per ſe vel alium ſeu alios nullatenus facere præſumant aut per alios fieri permittant, ſeu mandent, nec præfatam pragmaticam ſanctionem[i] aut in ea contenta capitula, ſeu decreta vlterius in domibus ſuis, aut aliis locis publicis vel priuatis teneant, quinimo illam ex quibuſuis Archiuiis etiam Regiis, ſeu capitularibus & locis prædictis infra ſex menſes à data præſentium computandos deleant, ſeu deleri faciant, ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ, necnon quo ad eccleſiaſticas & regulares perſonas prædictas, omnium etiam Patriarchalium, metropolitan. & aliarum cathedralium eccleſiarum, monaſteriorum quoque & Prioratuum etiam conuentualium, & quarumcunq; dignitatum, aut beneficiorum eccleſiaſticorũ ſecularium & quorumuis ordinum regularium, priuationis, & inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda, quo verò ad ſeculares præfatæ excommunicationis, necnon amiſſionis quorumcunq; feudorum tam à Romana quã alia eccleſia ex quauis cauſa obtentorum, ac etiam inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda, inhabilitatiſque ad omnes & ſingulos actus legitimos quomodolibet faciendos, infameſq; ac criminis læſæ maieſtatis in iure expreſſis pœnis eo ipſo & abſque vlteriori declaratione per omnes & ſingulos ſupradictos ſi (quod abſit) contrafecerint, incurrendis, à quibus vigore cuiuſcunque facultatis, ad clauſularum etiam in confeſſionalibus quibuſuis perſonis ſub quibuſuis verborũ

formis

formis conceſſis contentarum, niſi à Ro.Pont.canonicè intrante vel alio ab eo ad id in ſpecie facultatem habente, præterquam in mortis articulo cõſtituti abſolui nequeant.

a *Philip.2.*

b *1.Reg.15.*

c *Auguſt.in opere monachorum.*

d *Greg.35.moral.*

e *Ludouicus XI. Francorum Rex per legatos miſſos ad Pium II. liberam eccleſiæ & Pontificis regno obedientiam præſtitit, abrogationem pragmaticæ ſanctionis, & magna in Turcas auxilia pollicetur.Renuit Senatus Pariſienſis.Gaguin.libro 10.*

f *Vt hæc facilius innoteſcant vide Caietanum in tract. de comparatione Papæ & Conciliorum. Dominicum Iacobatiũ lib. 10.de Concilijs, art.7. Petrum de Monte in lib.de poteſtate Papæ & Concilij.*

g *Vide Nicolaum Sanderum lib.7.de viſibili monarchia, vbi agit de Concilio Conſtantienſi, pag.540.*

h *Leo Epiſt.84.ad Anaſtaſium.in fin. Gelaſius in Epiſt ad Epiſcopos Dardaniæ.Nicolaus I.in Epiſt.ad Michaelem. Innoc.III. ſerm.de conſecratione Pontificis.Bonifac.VIII. in extrauag. tit. de maior.& obed.*

i *Pragmaticæ ſanctionis abolitio eiuſque ſequacium pœna.*

NOT.* *Bituricenſis regni corruptelam quam illi pragmaticam ſanctionem.*)Celebratum eſt Concilium Gallicanum apud Biturigas omnium Epiſcoporum Franciæ pro approbatione pragmaticæ ſanctionis, quæ edita fuerat in Concilio Baſilienſ. publicaturque Pariſiis & ſenatuſconſulto probatur. 3.Idus Iulii.1438.

NOT.** *Ludouico XI. Francorum Rege.*)Pragmaticæ ſanctionis abolitionem Ludouicus XI. litera illa quam ad Pium II. miſit pollicitus eſt his verbis: Beatiſſimo patri noſtro Pio Papæ II.obedientiam filialem. Te Vicarium Dei viuentis, & veneratione

tione proſequimur, vt ſacra præſertim in eccleſiaſticis rebus tua monita, veluti vocē paſtoris audire illiſq; parere prompta mēte velimus. Te principē totius eccleſiæ, antiſtitē ſacrorū, te dominici gregis paſtorē profitemur, & ſcimus, teq; iubētē ſequimur, tibi ac beatiſſimi Petri cathedræ conſentimus & iungimur. Itaque ſicut mandaſti, pragmaticam ſanctionem (tuæ ſedi infenſam, vtpote quæ ſchiſmatis tempore atq; per ſeditionem mota ſit) à regno noſtro, noſtroq; Viennenſi Delphinatu & omni ditione noſtra & præſtātes pellimus, deiicimus, penituſq; abrogamus. Datæ Turonis ſub magno Sigillo noſtro & 27. menſe Nouemb. Anno Do. 1461. & regni noſtri primo.

Paulus Tertius.

Eccleſia in afflictis & maxime turbatis Chriſtianæ reipublicæ rebus præſentiſſimū remedium ex Conciliorum œcumenicorū indictione experta eſt.

Cap. II.

Maiores noſtri ſapientia admirabili & ſanctitate præditi ſæpe in ſummis Chriſtianæ * reipublicæ periculis remedium optimum atq; opportuniſſimum ** œcumenica Concilia, & Epiſcoporum generales conuentus adhibuerunt. Ex Diplomate indictionis Tridentini Concilii. Cal. Iunii. 1542.

NOT. * *Chriſtianæ reipublicæ periculis.*) Summa fuit œcumenicorum Conciliorum religio quoties exortum patuit vel ſchiſma vel hæreſis cuiuſpiam monſtrum aliquod quo caput eius contuſum & perfractum eſt, inuentaque illis ſunt remedia certiſſima malis vel graſſantibus vel minantibus rei noſtræ interitum, virorum legitimè conuocatorum conſultatione. Conciliorum enim opus proprium quodnam ſit, ipſa nominis indicat ratio, nempe conſultare, conciliaque conferre, deliberare quid melius aut vtilius ſit. Habuit eccleſia præter priuatas Synodos, decem Concilia generalia & œcumenica, quæ diſertiſſimè apud Iacobum Payua Andradium aduerſus Kemnitium enumerantur.

NOT.

NOT. ** *Oecumenica Concilia.)* Dicuntur Concilia œcumenica, quaſi totius orbis. Nam œcumenicum Græcis dicitur quaſi totius orbis, οἰκουμένην orbẽ terrarũ appellãt. Occumenica ergo, id eſt, vniuerſalia dicuntur, in quibus totius eccleſiæ tractatur negotium ex omnibus totius orbis conuocatis orthodoxis Epiſcopis. Vniuerſalia enim nuncupantur Concilia quæ ob vniuerſalis eccleſiæ cauſam, ex vniuerſali eccleſia vniuerſali authoritate, eccleſiaſticæ videlicet Hierarchiæ Præſidis conuocata ſunt & conuenerunt in vnum.

Pius Quartus.

Conciliorum canones interpretantur & confirmantur Pontificis maximi declaratione.

Cap. III.

SICVT ad ſacrorum Conciliorum decreta ac canones auctoritas * atque confirmatio Apoſtolicæ ſedis & debet & ſolet accedere, ita ſi qua ſuper eis exorta ſit dubitatio eiuſdem ſedis iudicio & declaratione tollenda eſt.

NOT. * *Auctoritas atque confirmatio.)* Conciliorum decreta non niſi auctoritate Pontificis firma ſunt, & quæ in illis minus clara perſpicua ſunt, Apoſtolica interpretatione diſcutientur, nam vt Pholius Conſtantinopolitanus ad Nicolaum I. ſcripſit, Põtifici maximo intereſt ἐπικυροῦν συνοδικὴν ἀπόφασιν, id eſt, confirmare ac ratam habere Synodi ſententiam. Quamobrem Leo magnus Chalcedonenſem Synodum confirmauit, vt ipſe in Epiſtola ad Martianum Imperatorem teſtatur, ne, inquit, per malignos interpretes dubitabile videatur vtrũ, quæ in Synodo Chalcedonenſi per vnanimitatem veſtram de fide ſtatuta ſunt, approbent hæc ad omnes fratres & coepiſcopos noſtros, qui prædicto Cõcilio interfuerunt ſcripta direxi, &c. Ideo Synodus Tridentina petiit à Pio IIII. vt quæ ſpiritus diuini auſpiciis ſanxerat, Apoſtolica auctoritate confirmarentur.

Idem.

Concilij decreta non prius rata & firma habentur quin eis acceſſerit Pontificis maximi confirmatio, cuius eſt ea & indicere & declarare, tum ſancte interpretari. Idque vnico Concilij Tridentini exemplo ex antiquo eccleſiaſticæ iuriſdictionis ritu probare licet.

Cap. IIII.

BENEDICTVS[a] Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis: qui reſpicere dignatus eccleſiam ſuam ſanctam, tot procellis, & tempeſtatibus agitatam atq; vexatam, & grauius indies laborantem, apto tandem ei ſubuenit optatoque remedio. Ad plurimas, & pernitioſiſſimas hæreſes extirpandas, ad corrigendos mores, & reſtituendam eccleſiaſticam diſciplinam, ad pacem, & cõcordiam Chriſtiani populi procurandam, indictum iampridem in ciuitatem Tridentinam œcumenicum & generale Concilium[b] à piæ memoriæ Paulo III. prædeceſſore noſtro, & ſeſſionibus aliquot habitis cœptum fuerat. Ab eius autem ſucceſſore Iulio in eandẽ vrbem reuocatum, poſt alias ſeſſiones celebratas variis impedimentis, & difficultatibus obiectis, ne tum quidem peragi potuerat. Itaque diutius intermiſſum fuerat, non ſine maximo mœrore piorum omnium, cum quotidie magis eccleſia eiuſmodi remedium imploraret. Nos autem poſt ſuſceptum ſedis Apoſtolicæ regimen, tam neceſſarium, ac ſalutare opus ſicut paſtoralis ſolicitudo monebat, diuinæ miſericordiæ fi-

ducia perficere aggreſſi, adiuti pio ſtudio charisſimi in Chriſto filii noſtri Ferdinandi Romanorum Imperatoris electi, & aliorum Chriſtianorum Regum rerumpublicarum, ac Principum, tandem conſecuti ſumus; quod nec diurnis nec nocturnis curis laborare deſtitimus: quodq; à patre luminũ aſſiduè precati ſumus. Cum enim eam in vrbẽ vndiq; ex Chriſtiani nominis nationibus conueniſſet noſtris conuocata literis, & ſua ẽt ipſorum pietate excitata Epiſcoporum, & aliorum inſigniũ Prælatorum maxima, & œcumenico Concilio digna frequẽtia, præter plurimos alios pios, & ſacrarum literarum ſcientia, diuiniq; & humani iuris cognitione præſtantes viros, præſidẽtibus ipſi Synodo ſedis Apoſtolicæ legatis, nobis adeo Concilii libertati fauentibus; vt etiam de rebus ſedi Apoſtolicæ propriè reſeruatis liberum ipſi Concilio arbitrium per literas ad legatos noſtros ſcriptas vltro permiſerimus, quæ de ſacramentis, & aliis rebus, quæ quidem neceſſariæ viſæ ſint, trãctanda, definienda, & ſtatuenda reſtabant, ad confutandas hæreſes, ad tollendos abuſus, & emendandos mores a ſacroſancta Synodo ſumma libertate diligentiaque tractata, & accurate, ac maturè admodum definita, explicata, ſtatuta ſunt. Quibus rebus perfectis Concilium tãta omnium qui illi interfuerunt concordia peractum fuit, vt conſenſum eum planè à Domino effectum fuiſſe conſtiterit, idque in noſtris atque omnium oculis valdè mirabile fuerit. Pro quo tam ſingulari Dei munere ſupplicationes ſtatim in alma hac vrbe indiximus, quæ magna Cleri, & populi pietate celebratæ fuerunt, laudeſque & gratias diuinæ maieſtati merito perſoluendas curauimus, cum eiuſmodi Concilii exitus ſpem magnã & prope certam attulerit, fore vt maiores in dies fructus

ctus ad eccleſiam ex ipſius decretis, conſtitutionibuſque perueniant. Cum autem ipſa ſancta Synodus pro ſua erga ſedem Apoſtolicam reuerentia, antiquorum etiam Conciliorum veſtigiis inhærens, decretorum ſuorum omnium, quæ noſtro, & prædeceſſorum noſtrorum tempore facta ſunt, confirmationem [c] à nobis petierit, decreto de ea re in publica ſeſſione [d] facto. Nos ex legatorum literis prius, deinde poſt reditũ eorũ ex iis quæ Synodi nomine diligenter retulerunt, poſtulatione ipſius Synodi cognita, habita ſuper hac re cum venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Card. deliberatione matura, ſanctiq; Spiritus in primis auxilio inuocato, cum ea decreta omnia catholica, & populo Chriſtiano vtilia, ac ſalutaria eſſe cognouiſſem[9] ad Dei omnipotentis laudem, de eorundem fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, in Conſiſtorio noſtro ſecreto illa omnia, & ſingula auctoritate Apoſtolica hodie confirmauimus; & ab omnibus Chriſtifidelibus *ſuſcipiẽda, ac ſeruanda eſſe decreuimus: ſicut harum quoq; literarum tenore ad clariorem omnium notitiam confirmamus, & ſuſcipi obſeruariq; decernimus. Mandamus autem in virtute ſanctæ obedientię, & ſub pœnis à ſacris canonibus conſtitutis, aliiſq; grauioribus, etiam priuationis, arbitrio noſtro infligendis, vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis quibuſuis eccleſiarum Prælatis, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & dignitatis ſint, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, vt eadem decreta, & ſtatuta in eccleſiis ſuis, ciuitatibus, & diœceſibus, in iudicio, & extra iudicium diligenter obſeruent, & à ſubditis quiſque ſuis, ad quos quomodolibet pertinent, inuiolabiliter faciant obſeruari contradictores; quoſlibet,

& contumaces per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, etiam in ipſis decretis contentas, appellatione poſtpoſita compeſcendo; inuocato etiam, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio. Ipſum verò chariſſimum filium noſtrum Imperatorem electum, cæteroſque Reges, Reſpublicas, ac Principes Chriſtianos monemus, & per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti obteſtamur, vt qua pietate Concilio per oratores ſuos affuerunt, eadem pietate, ac pari ſtudio diuini honoris, & populorum ſuorum ſalutis cauſa, pro ſedis quoq; Apoſtolicæ, & ſacræ Synodi reuerentia ad eiuſdem Concilii exequenda, & obſeruanda decreta prælatis, cum opus fuerit, auxilio, & fauore ſuo adſint, neq; aduerſantes ſanæ, ac ſalutari Concilii doctrinæ, opiniones à populis dictionis ſuæ recipi permittant, ſed eas penitus interdicant. Ad vitandum præterea peruerſionem, & confuſionem quæ oriri poſſet, ſi vnicuique liceret prout ei liberet in decreta Concilii commentarios, [c] & interpretationes ſuas edere; Apoſtolica auctoritate inhibemus omnibus, tam eccleſiaſticis perſonis cuiuſcunque ſint ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis quocunque honore, ac poteſtate præditis, Prælatis quidem ſub interdicti ingreſſus eccleſiæ, aliis verò quicunque fuerint ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, ne quis ſine auctoritate noſtra audeat vllos cōmentarios, gloſſas, annotationes, ſcholia, vllumue omnino interpretationis genus ſuper ipſius Concilii decretis quocunque modo edere, aut quicquam quocunque nomine, etiam ſub prætextu maioris decretorum corroborationis aut executionis alioue quæſito colore ſtatuere. Si cui verò in eis aliquid obſcurius dictum, & ſtatutum fuiſſe, eamque ob cauſam interpretatione,
aut

aut deciſione aliqua egere viſum fuerit, aſcendat ad locum quem Dominus elegit, ad ſedem videlicet Apoſtolicam omnium fidelium magiſtram, cuius auctoritatem etiam ipſa ſancta Synodus tam reuerenter agnouit. Nos enim difficultates, & controuerſias ſi quæ ex eis decretis ortæ fuerint nobis declarandas, quemadmodum ipſa quoque ſancta Synodus decreuit, reſeruamus, parati, ſicut ea de nobis merito confiſa eſt, omnium prouinciarum neceſſitatibus, ea ratione quæ commodior nobis viſa fuerit, prouidere. Ro. 7. Cal. Februarii. 1563.

[a] *2. Corinth. 1.*

[b] *Euaſis turbulentiſſimis rerum turbinibus fœlix acceſſit decretis Concilij Tridentini exitus, quod à Paulo III. Iulio III. Marcello II. Paulo IIII. varijs in locis celebratum à Pio IIII. tandem in Tridentina ciuitate continuatum & abſolutum fuit die Mercurij, 26. Ianuar. an. 1564.*

[c] *Seſſ. 25. cap. vltimo.*

[d] *Petri ſucceſſoris ſemper requiritur authoritas, ita vt illa Concilia legitima ſint quæ illius conſenſu celebrantur, & celebrata confirmantur.*

[e] *Interpretationes & commentaria in canones Concilij prohibentur, eiuſque ſoli Pontifici declaratio reſeruatur.*

NOT. * *Ab omnibus Chriſti fidelibus ſuſcipienda.*) Cum nemo adeo vecors inueniatur, & à vero fidei tramite deuius exiſtat, qui neget ab ipſo Spiritu ſancto profectum quicquid à ſacro & œcumenico Concilio communi concordia fuerit definitum ac decretum, merito itaque ab omnibus ſuſcipi debet. Taliſque inualuit conſuetudo, vt ea omnia pro firmiſſimis & immortalibus documentis quæ in conciliis decernerentur rata eſſent & poſteris perdurarent, nec dubitationibus, aut inutilibus quæſtionibus agitarentur aut diſcuterentur. Vnde Gelaſius Papa 24. q. 1. inquit: Patres noſtri catholici videlicet docti Pontifices in vnaquaq; hæreſi, quolibet tempore ſuſcitata quicquid

pro fide, pro veritate, pro communione catholica atq; Apoſtolica ſecundum ſcripturarum tramitem prædicationemq; illorum facta ſemel congregatione ſanxerunt inconuulſum voluerunt deinceps firmũq; conſtare, nec in eadem cauſa denuò, quę præfixa fuerat, retractari: qualibet recenti præſumptione permiſerunt, ſapientiſſime prouidentes, quoniam ſi decreta ſalubriter cuiquam liceret iterare nullum contra ſingulos quoſque prorſus errores ſtabile perſiſteret eccleſiæ conſtitutum, ac ſemper iiſdem furoribus recidiuis omnis integra definitio turbaretur. Nam ſi ſimilibus etiam præfixis poſitarum ſemel ſynodaliũ regularum non ceſſent aliæ peſtes reſumptis certaminibus, cõtra fundamentum ſeſe veritatis attollere, quod fieret, ſi ſubinde fas eſſet perfidis inire conſilium.

Tit. VIII.

De celebratione Miſſarum & Sacramento Euchariſtiæ, & diuinis officiis.

Pius Quintus.

Clerici ſub pœna ſuſpenſionis a diuinis Miſſæ ſacrificium non celebrent veſpertino tempore.

Cap. I.

SANCTISSIMVS in Chriſto pater, & dominus noſter dominus Pius diuina prouidentia Papa V. ad cuius notitiã peruenit, quod nonnulli cathedralium etiam forſan metropolitanarum, collegiatarum, & aliarum eccleſiarum, necnon monaſteriorum, conuentuum domorum, & aliorum piorum locorum ſecularium, & diuerſorum ordinum, ac militarium regularium Prælati, ca-

a,capitula,clerici,fratres,aliique ſuperiores,& perſonæ antiquum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ritum [a] inſtitutis Miſſarum celebrandarum temporibus peruertere ſatagentes,diuerſas licentias, & facultates miſſas, q media nocte, & ſeu in aurora natiuitatis [*] ac de manè reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti,& forſan aliarum feſtiuitatum iuxta prædictum ritum celebrari cõſueuerant, de ſero etiam forſan circa ſolis occaſum vigiliæ feſtiuitatum earundem in ſuis eccleſiis, & capellis celebrandi, ſeu celebrari faciendi ab Apoſtolica ſede,vel eius legatis, ac etiam maiori pœnitentiario pro tempore exiſtente variis prętextibus impetrauerunt, illiſque iampridem vtuntur hoc ab antiquo catholicæ eccleſiæ inſtituto ſanctorumque patrum decretis deuiare conſiderans,ac propterea hunc abuſum ab eccleſia Dei ſubmouere volens, omnes, ac ſingulas licentias, & facultates huiuſmodi hactenus etiam motu proprio, vel quorumuis etiam Imperatorum, Regum, & aliorum Principum contemplatione, & ex quibuſuis cauſis quomodolibet conceſſas, ac Apoſtolicas, & alias literas deſuper confectas, illarum omnium tenores pro ſufficienter expreſſis habens Apoſtolica auctoritate,ex certa ſcientia reuocauit, ac omninò caſſauit, & annullauit hac præſenti perpetuò valitura conſtitutione quibuſuis Prælatis,capitulis, clericis, fratribus, aliiſque ſuperioribus, & perſonis eorundem eccleſiarum, monaſteriorum, conuentuum, domorum, & aliorum piorum locorum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis ſuæ, ac perpetuæ ſuſpenſionis a diuinis pœna diſtrictius inhibens,ne deinceps Miſſas veſpertino tempore homini licentiarum, & facultatum huiuſmodi, aut alio quouis prætextu celebrare, vel celebrari

facere præſumant,ac mandans locorum ordinarijs,vt eandem præſentem conſtitutionem ſub prædictis & aliis ſibi beneuiſis pœnis per quoſcunq; prælatos, capitula,clericos,fratres, ſuperiores, & perſonas huiuſmodi inuiolabiliter obſeruari faciant,contradictores quoſlibet auctoritate Apoſtolica compeſcendo. Ro. 28.Martii.1566.

[a] *Statutum & ordinatum tempus celebrando ſacro Miſſæ ſacrificio ex eccleſiæ authoritate ab initio auroræ vſque ad meridiem metitur.Soto in 4.ſentent.*

NOT. * *Seu in aurora natiuitatis.*) Eccleſia trinam ſacri Miſſæ ſacrificii celebrationem permiſit in die ſolenni natiuitatis Chriſti ob triplicis eius natiuitatis myſterium, vt inquit Sotus in 4.ſentent.diſt.13.q.2.art.2. Nam propter æternam natiuitatem ex parte quæ nobis occulta eſt, celebratur media nocte ſacrificium Miſſæ, & propter ſpiritualem qua vt legitur 2.Pet.1. Chriſtus oritur tanquam Lucifer in cordibus noſtris, canitur Miſſa in aurora, ac demum propter temporalem viſibilemque natiuitatem in calce adiicitur tertia Miſſa clara luce. De hac trina celebratione extat canon. Nocte.de conſecrat.diſt.1.

Idem.

Diuini cultus & templorum Deo dicatorum religio omnem decorem expoſtulat, vt hinc arceantur colloquia,confabulationes,deambulationes,ioci,& ea omnia quæ vel ſcandalo ſunt, vel deuotionis impedimẽto, nam domum Domini decet ſanctitudo.

CAP. II.

VT Deo optimo maximo,glorioſæ virgini,& ſanctis omnibus debitus honor deferatur, Gregorii X. * prædeceſſoris noſtri conſtitutionẽ innouantes,ac ſtatuta in Tridẽtino Conci-

Concilio obſeruari volentes, ſtatuimus, & ordinamꝰ, vt ad eccleſias[a] ſit humilis, & deuotus ingreſſus, quieta conuerſatio, deuotis orationibus inſtant, & omnes genibus flexis ſanctiſſimum Sacramentum adorent, ad nomē Ieſu Chriſti Dñi noſtri cum exhibitione reuerentiæ caput inclinent, nullus in dictis eccleſiis ſeditionem faciat, tumultũ excitet, clamores moueat, impetumue cõmittat, ceſſent vana, fœda, & profana colloqa, riſus immoderati, & ſtrepitus oẽs iudiciorũ, & alia quæcunque quæ diuinum officium perturbare poſſint. Nullus intra eccleſias deambulare audeat, ſiue præſumat dum celebrantur ſacra Miſſarum myſteria, & alia diuina officia. Qui verò prædicta petulanti animo contempſerint, præter diuinæ vltionis acrimoniam, noſtri quoq; arbitrii pœnas incurrent, quæ omnia locorum quoque ordinarii in ſuis eccleſiis facient obſeruari. Quicunque verò in eccleſiis, dum ibi ſacrificium Miſſæ, & diuina celebrantur officia, aut verbum Dei prædicatur, deambulare, vociferari, aut verſo tergo ad ſanctiſſimum irreuerenter ſedere, aut aliquid, quod ſcandalum generet, aut diuina perturbet officia, facere præſumpſerit, pœnam vigintiquinque ducatorum incurret, præter alias arbitrio noſtro imponendas, & moderandas pœnas, & qui non habebit in ære luet in corpore, aut exilio mulctabitur. Qui verò in eccleſiis cum mulieribus impudicis, ſiue etiam honeſtis colloquium ſcurrile habuerit, aut alios inhoneſtos actus fecerit, vigintiquinque ducatorum pœnam incurrat, & carceris per menſem. Qui in eccleſiis, vt ſupra, obſcœnis, [b] & inhoneſtis verbis aut ſignis vſus fuerit, aut alia fœda colloquia cum perſonis quibuſcunque habuerit, decem aureorum pœna mulctetur, aut alias corporaliter puniatur. Mãdamus

præterea omnibus,& ſingulis cathedralium,collegiatarum,& parochialium eccleſiarum capituli, Rectoribus,vicariis,ſacriſtis, oſtiariis,& aliis ipſarum cuſtodibus, quatenus præfatos omnes in eccleſiis delinquentes admoneant, & vt in eis vetita fieri non permittant, vel ſaltem ipſis ordinariis, vel officialibus noſtris puniendos deferant, quod ſi facere neglexerint, pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrent, ducatorum incurrat, pro ſecunda pœna duplicabitur, pro tertia autem centum ducatos ſoluet, & ignominia notatus exilio mulctabitur. Qui verò plebeius fuerit, nec erit ſoluendo, pro prima vice manibus poſt tergum ligatis ante fores eccleſiæ conſtituetur per diem integrum, pro ſecunda fuſtigabitur per vrbem, pro tertia lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes. Quicunque clericus in hoc blaſphemiæ crimen incurrerit,pro prima vice fructibus vnius anni omnium & quorumcunque beneficiorum ſuorum, pro ſecunda beneficiis ipſis priuetur, pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur. Quod ſi clericus nullum obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali, pro prima vice puniatur, pro ſecunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradatur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos ſanctos blaſphemauerit, pro qualitate blaſphemiæ, atque perſonæ arbitrio iudicis puniatur.

[a] *Templi ſacra & antiqua eſt religio vt orationi & diuino cultui illa dicata omnes exiſtiment. Vide Euſebium Cæſ. lib. 2. hiſtor.eccleſ.Concil.Gangren.cap.5.*

[b] *Deambulationis & inhoneſti geſtus locus non eſt templis, qui à reuerentia Græcis patribus σεμνεῖον dicitur.Phil.de monachis Aegypt*

NOT

N O T. * *Gregorii Decimi.)* Hæc prius edicta & ſtatuta fuerunt in Concilio Lugdunenſi. Decet, inquit, domum Domini ſanctitudo, decet vt cuius in pace factus eſt locus, eius cultus ſit cum debito honore pacificus. Sit itaque ad eccleſias humilis & deuotus ingreſſus, ſit in eis quieta conuerſatio Deo grata, inſpicientibus placita, quæ conſiderantes non ſolum inſtruat, ſed & reficiat. Et paulo poſt: Nullus in locis eiſdem in quibus cum pace & quiete vota conuenit celebrari ſeditionem excitet, conclamationem moueat, impetumue committat, ceſſent in locis illis vniuerſitatum & ſocietatum quarumlibet conſilia, conciones, & publica parlamenta, ceſſent vana & multo fortius fœda & prophana colloquia, ceſſent confabulationes quælibet, ſint procul quæcunque alia quæ diuinum poſſunt perturbare officium aut oculos diuinæ maieſtatis offendere ab ipſis prorſus extranea, ne vbi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio aut deprehendantur peccata committi, ceſſent in eccleſiis, earumque cœmeteriis negotiationes & præcipue nundinarum, ac fori cuiuſcunque tumultus. Sequitur: Quod cedit ad propoſitum ordinarii locorum hoc faciant obſeruari, ſuadenda ſuadeant, interdicta huius canonis authoritate compeſcant ad hoc alios etiam in eccleſiis ipſis magis aſſiduos, & ad præmiſſa idoneos deputando, &c. Hæc Concilium Lugdunenſe, & habetur extra. de immunitate eccleſiæ, capitul. decet in 6.

Idem.

Facultatis conceſſæ Græcis Latino more, & Latinis Græco ritu Miſſas & alia diuina officia, reuocatio.

C A P. III.

PROVIDENTIA Romani Pontificis plurimum circumſpecta nõnunquã ea quæ certis ſuadẽtibus cauſis ꝑ eius prædeceſſores geſta ſunt,

NOT. ** *Oecumenica Concilia.)* Dicuntur Concilia œcumenica, quaſi totius orbis. Nam œcumenicum Græcis dicitur quaſi totius orbis, οἰκουμένην orbẽ terrarũ appellãt. Oecumenica ergo, id eſt, vniuerſalia dicuntur, in quibus totius eccleſiæ tractatur negotium ex omnibus totius orbis conuocatis orthodoxis Epiſcopis. Vniuerſalia enim nuncupantur Concilia quæ ob vniuerſalis eccleſiæ cauſam, ex vniuerſali eccleſia vniuerſali authoritate, eccleſiaſticæ videlicet Hierarchiæ Præſidis conuocata ſunt & conuenerunt in vnum.

Pius Quartus.

Conciliorum canones interpretantur & confirmantur Pontificis maximi declaratione.

Cap. III.

SICVT ad ſacrorum Conciliorum decreta ac canones auctoritas * atque confirmatio Apoſtolicæ ſedis & debet & ſolet accedere, ita ſi qua ſuper eis exorta ſit dubitatio eiuſdem ſedis iudicio & declaratione tollenda eſt.

NOT. * *Auctoritas atque confirmatio.)* Conciliorum decreta non niſi auctoritate Pontificis firma ſunt, & quæ in illis minus clara perſpicua ſunt, Apoſtolica interpretatione diſcutientur, nam vt Pholius Conſtantinopolitanus ad Nicolaum I. ſcripſit, Põtifici maximo intereſt ἐπικυροῦν συνοδικὴν ἀπόφασιν, id eſt, confirmare ac ratam habere Synodi ſententiam. Quamobrem Leo magnus Chalcedonenſem Synodum confirmauit, vt ipſe in Epiſtola ad Martianum Imperatorem teſtatur, ne, inquit, per malignos interpretes dubitabile videatur vtrũ, quæ in Synodo Chalcedonenſi per vnanimitatem veſtram de fide ſtatuta ſunt, approbent hæc ad omnes fratres & coepiſcopos noſtros, qui prædicto Cõcilio interfuerunt ſcripta direxi, &c. Ideo Synodus Tridentina petiit à Pio IIII. vt quæ ſpiritus diuini auſpiciis ſanxerat, Apoſtolica auctoritate confirmarentur.

Idem.

Idem.

Concilij decreta non prius rata & firma habentur quin eis acceſſerit Pontificis maximi confirmatio, cuius eſt ea & indicere & declarare, tum ſanctè interpretari. Idque vnico Concilij Tridentini exemplo ex antiquo eccleſiaſticæ iuriſdictionis ritu probare licet.

Cap. IIII.

Benedictvs [a] Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis: qui reſpicere dignatus eccleſiam ſuam ſanctam, tot procellis, & tempeſtatibus agitatam atq; vexatam, & grauius indies laborantem, apto tandem ei ſubuenit optatoque remedio. Ad plurimas, & pernitioſiſſimas hæreſes extirpandas, ad corrigendos mores, & reſtituendam eccleſiaſticam diſciplinam, ad pacem, & cõcordiam Chriſtiani populi procurandam, indictum iampridem in ciuitatem Tridentinam œcumenicum & generale Concilium [b] à piæ memoriæ Paulo III. prædeceſſore noſtro, & ſeſſionibus aliquot habitis cœptum fuerat. Ab eius autem ſucceſſore Iulio in eandẽ vrbem reuocatum, poſt alias ſeſſiones celebratas variis impedimentis, & difficultatibus obiectis, ne tum quidem peragi potuerat. Itaque diutius intermiſſum fuerat, non ſine maximo mœrore piorum omnium, cum quotidie magis eccleſia eiuſmodi remedium imploraret. Nos autem poſt ſuſceptum ſedis Apoſtolicæ regimen, tam neceſſarium, ac ſalutare opus ſicut paſtoralis ſolicitudo monebat, diuinæ miſericordiæ fi-

ducia perficere aggreſſi, adiuti pio ſtudio charisſimi in Chriſto filii noſtri Ferdinandi Romanorum Imperatoris electi, & aliorum Chriſtianorum Regum rerumpublicarum, ac Principum, tandem conſecuti ſumus; quod nec diurnis nec nocturnis curis laborare deſtitimus: quodq; à patre luminũ aſſiduè precati ſumus. Cum enim eam in vrbẽ vndiq; ex Chriſtiani nominis nationibus conueniſſet noſtris conuocata literis, & ſua ẽt ipſorum pietate excitata Epiſcoporum, & aliorum inſigniũ Prẹlatorum maxima, & œcumenico Concilio digna frequẽtia, præter plurimos alios pios, & ſacrarum literarum ſcientia, diuiniq; & humani iuris cognitione præſtantes viros, præſidẽtibus ipſi Synodo ſedis Apoſtolicæ legatis, nobis adeo Concilii libertati fauentibus; vt etiam de rebus ſedi Apoſtolicæ propriè reſeruatis liberum ipſi Concilio arbitrium per literas ad legatos noſtros ſcriptas vltro permiſerimus, quæ de ſacramentis, & aliis rebus, quæ quidem neceſſariæ viſæ ſint, tractanda, definienda, & ſtatuenda reſtabant, ad confutandas hæreſes, ad tollendos abuſus, & emendandos mores a ſacroſancta Synodo ſumma libertate diligentiaque tractata, & accuratè, ac maturè admodum definita, explicata, ſtatuta ſunt. Quibus rebus perfectis Conc[illegible]m tãta omnium qui illi interfuerunt concordia peractum fuit, vt conſenſum eum planè à Domino effectum fuiſſe conſtiterit, idque in noſtris atque omnium oculis valdè mirabile fuerit. Pro quo tam ſingulari Dei munere ſupplicationes ſtatim in alma hac vrbe indiximus, quæ magna Cleri, & populi pietate celebratæ fuerunt, laudeſque & gratias diuinæ maieſtati merito perſoluendas curauimus, cum eiuſmodi Concilii exitus ſpem magnã & prope certam attulerit, fore vt maiores in dies fru-

ctus

ctus ad eccleſiam ex ipſius decretis, conſtitutionibuſque perueniant. Cum autem ipſa ſancta Synodus pro ſua erga ſedem Apoſtolicam reuerentia, antiquorum etiam Conciliorum veſtigiis inhærens, decretorum ſuorum omnium, quæ noſtro, & prædeceſſorum noſtrorum tempore facta ſunt, confirmationem [c] à nobis petierit, decreto de ea re in publica ſeſſione [d] facto. Nos ex legatorum literis prius, deinde poſt reditũ eorũ ex iis quæ Synodi nomine diligenter retulerunt, poſtulatione ipſius Synodi cognita, habita ſuper hac re cum venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Card. deliberatione matura, ſanctiq; Spiritus in primis auxilio inuocato, cum ea decreta omnia catholica, & populo Chriſtiano vtilia, ac ſalutaria eſſe cognouiſſem⁹ ad Dei omnipotentis laudem, de eorundem fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, in Conſiſtorio noſtro ſecreto illa omnia, & ſingula auctoritate Apoſtolica hodie confirmauimus; & ab omnibus Chriſtifidelibus * ſuſcipiẽda, ac ſeruanda eſſe decreuimus: ſicut harum quoq; literarum tenore ad clariorem omnium notitiam confirmamus, & ſuſcipi obſeruariq; decernimus. Mandamus autem in virtute ſanctæ obedientię, & ſub pœnis à ſacris canonibus conſtitutis, aliiſq; grauioribus, etiam priuationis, arbitrio noſtro infligendis, vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis quibuſuis eccleſiarum Prælatis, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & dignitatis ſint, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, vt eadem decreta, & ſtatuta in eccleſiis ſuis, ciuitatibus, & diœceſibus, in iudicio, & extra iudicium diligenter obſeruent, & à ſubditis quiſque ſuis, ad quos quomodolibet pertinent, inuiolabiliter faciant obſeruari contradictores; quoſlibet,

& contumaces per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, etiam in ipſis decretis contentas, appellatione poſtpoſita compeſcendo; inuocato etiam, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio. Ipſum verò cariſſimum filium noſtrum Imperatorem electum, cæteroſque Reges, Reſpublicas, ac Principes Chriſtianos monemus, & per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti obteſtamur, vt qua pietate Concilio per oratores ſuos affuerunt, eadem pietate, ac pari ſtudio diuini honoris, & populorum ſuorum ſalutis cauſa, pro ſedis quoq; Apoſtolicæ, & ſacræ Synodi reuerentia ad eiuſdem Concilii exequenda, & obſeruanda decreta prælatis, cum opus fuerit, auxilio, & fauore ſuo adſint, neq; aduerſantes ſanæ, ac ſalutari Concilii doctrinæ, opiniones à populis dictionis ſuæ recipi permittant, ſed eas penitus interdicant. Ad vitandum prætcrea peruerſionem, & confuſionem quæ oriri poſſet, ſi vnicuique liceret prout ei liberet in decreta Concilii commentarios, [c] & interpretationes ſuas edere; Apoſtolica auctoritate inhibemus omnibus, tam eccleſiaſticis perſonis cuiuſcunque ſint ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis quocunque honore, ac poteſtate præditis, Prælatis quidem ſub interdicti ingreſſus eccleſiæ, aliis verò quicunque fuerint ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, ne quis ſine auctoritate noſtra audeat vllos cõmentarios, gloſſas, annotationes, ſcholia, vllumue omnino interpretationis genus ſuper ipſius Concilii decretis quocunque modo edere, aut quicquam quocunque nomine, etiam ſub prætextu maioris decretorum corroborationis aut executionis aliouc quæſito colore ſtatuere. Si cui vero in eis aliquid obſcurius dictum, & ſtatutum fuiſſe, eamque ob cauſam interpretatione,

aut

aut deciſione aliqua egere viſum fuerit, aſcendat ad locum quem Dominus elegit, ad ſedem videlicet Apoſtolicam omnium fidelium magiſtram, cuius auctoritatem etiam ipſa ſancta Synodus tam reuerenter agnouit. Nos enim difficultates, & controuerſias ſi quæ ex eis decretis ortæ fuerint nobis declarandas, quemadmodum ipſa quoque ſancta Synodus decreuit, reſeruamus, parati, ſicut ea de nobis merito confiſa eſt, omnium prouinciarum neceſſitatibus, ea ratione quæ commodior nobis viſa fuerit, prouidere. Ro. 7. Cal. Februarii. 1563.

[a] *2. Corinth. 1.*

[b] *Euaſis turbulentiſſimis rerum turbinibus fœlix acceſſit decretis Concilij Tridentini exitus, quod à Paulo III. Iulio III. Marcello II. Paulo IIII. varijs in locis celebratum à Pio IIII. tandem in Tridentina ciuitate continuatum & abſolutum fuit die Mercurij, 26. Ianuar. an. 1564.*

[c] *Seſſ. 25. cap. vltimo.*

[d] *Petri ſucceſſoris ſemper requiritur authoritas, ita vt illa Concilia legitima ſint quæ illius conſenſu celebrantur, & celebrata confirmantur.*

[e] *Interpretationes & commentaria in canones Concilij prohibentur, eiuſque ſoli Pontifici declaratio reſeruatur.*

NOT. * *Ab omnibus Chriſtifidelibus ſuſcipienda.*) Cum nemo adeo vecors inueniatur, & à vero fidei tramite deuius exiſtat, qui neget ab ipſo Spiritu ſancto profectum quicquid à ſacro & œcumenico Concilio communi concordia fuerit definitum ac decretum, merito itaque ab omnibus ſuſcipi debet. Taliſque inualuit conſuetudo, vt ea omnia pro firmiſſimis & immortalibus documentis quæ in conciliis decernerentur rata eſſent & poſteris perdurarent, nec dubitationibus, aut inutilibus quæſtionibus agitarentur aut diſcuterentur. Vnde Gelaſius Papa 24. q. 1. inquit: Patres noſtri catholici videlicet docti Pontifices in vnaquaq; hæreſi, quolibet tempore ſuſcitata quicquid

pro fide, pto veritate, pro communione catholica atq; Apoſtolica ſecundum ſcripturarum tramitem prædicationemq; patrum facta ſemel congregatione ſanxerunt inconuulſum voluerunt deinceps firmũq; conſtare, nec in eadem cauſa denuò, quæ præfixa fuerat, retractari: qualibet recenti præſumptione permiſerunt, ſapientiſſime prouidentes, quoniam ſi decreta ſalubriter cuiquam liceret itetare nullum contra ſingulos quoſque prorſus errores ſtabile perſiſteret eccleſiæ conſtitutum, ac ſemper iiſdem furoribus recidiuis omnis integra definitio turbaretur. Nam ſi ſimilibus etiam præfixis poſitarum ſemel ſynodaliũ regularum non ceſſent aliæ peſtes reſumptis certaminibus, cõtra fundamentum ſeſe veritatis attollere, quod fieret, ſi ſubinde fas eſſet perfidis inire conſilium.

Tit. VIII.

De celebratione Miſſarum & Sacramento Euchariſtiæ, & diuinis officiis.

Pius Quintus.

Clerici ſub pœna ſuſpenſionis a diuinis Miſſæ ſacrificium non celebrent veſpertino tempore.

Cap. I.

Sanctiſſimus in Chriſto pater, & dominus noſter dominus Pius diuina prouidentia Papa V. ad cuius notitiã peruenit, quod nonnulli cathedralium etiam forſan metropolitanarum, collegiatarum, & aliarum eccleſiarum, necnon monaſteriorum, conuentuum domorum, & aliorum piorum locorum ſecularium, & diuerſorum ordinum, ac militarium regularium Prælati, ca-

a, capitula, clerici, fratres, aliique ſuperiores, & perſonæ antiquum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ritum [a] inſtitutis Miſſarum celebrandarum temporibus peruertere ſatagentes, diuerſas licentias, & facultates miſſas, q̃ media nocte, & ſeu in aurora natiuitatis * ac de manè reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & forſan aliarum feſtiuitatum iuxta prædictum ritum celebrari cõſueuerant, de ſero etiam forſan circa ſolis occaſum vigiliæ feſtiuitatum earundem in ſuis eccleſiis, & capellis celebrandi, ſeu celebrari faciendi ab Apoſtolica ſede, vel eius legatis, ac etiam maiori pœnitentiario pro tempore exiſtente variis prętextibus impetrauerunt, illiſque iampridem vtuntur hoc ab antiquo catholicæ eccleſiæ inſtituto ſanctorumque patrum decretis deuiare conſiderans, ac propterea hunc abuſum ab eccleſia Dei ſubmouere volens, omnes, ac ſingulas licentias, & facultates huiuſmodi hactenus etiam motu proprio, vel quorumuis etiam Imperatorum, Regum, & aliorum Principum contemplatione, & ex quibuſuis cauſis quomodolibet conceſſas, ac Apoſtolicas, & alias literas deſuper confectas, illarum omnium tenores pro ſufficienter expreſſis habens Apoſtolica auctoritate, ex certa ſcientia reuocauit, ac omninò caſſauit, & annullauit hac præſenti perpetuò valitura conſtitutione quibuſuis Prælatis, capitulis, clericis, fratribus, aliiſque ſuperioribus, & perſonis eorundem eccleſiarum, monaſteriorum, conuentuum, domorum, & aliorum piorum locorum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis ſuæ, ac perpetuæ ſuſpenſionis à diuinis pœna diſtrictius inhibens, ne deinceps Miſſas veſpertino tempore homini licentiarum, & facultatum huiuſmodi, aut alio quouis prætextu celebrare, vel celebrari

Z 4 facere

facere præſumant, ac mandans locorum ordinarius, vt eandem præſentem conſtitutionem ſub prædictis & aliis ſibi beneuiſis pœnis per quoſcunq; prælatos, capitula, clericos, fratres, ſuperiores, & perſonas huiuſmodi inuiolabiliter obſeruari faciant, contradictores quoſlibet auctoritate Apoſtolica compeſcendo. Ro. 28. Martii. 1566.

[a] *Statutum & ordinatum tempus celebrando ſacro Miſſæ ſacrificio ex eccleſiæ authoritate ab initio auroræ vſque ad meridiem metitur. Soto in 4. ſentent.*

NOT. * *Seu in aurora natiuitatis.)* Eccleſia trinam ſeu Miſſæ ſacrificii celebrationem permiſit in die ſolenni natiuitatis Chriſti ob triplicis eius natiuitatis myſterium, vt inquit Sotus in 4. ſentent. diſt. 13. q. 2. art. 2. Nam propter æternam natiuitatem ex parte quæ nobis occulta eſt, celebratur media nocte ſacrificium Miſſæ, & propter ſpiritualem qua vt legitur 2. Pet. 1. Chriſtus oritur tanquam Lucifer in cordibus noſtris, canitur Miſſa in aurora, ac demum propter temporalem viſibilemque natiuitatem in calce adiicitur tertia Miſſa clara luce. De hac trina celebratione extat canon. Nocte. de conſecrat. diſt. 1.

Idem.

Diuini cultus & templorum Deo dicatorum religio omnem decorem expoſtulat, vt hinc arceantur colloquia, confabulationes, deambulationes, ioci, & ea omnia quæ vel ſcandalo ſunt, vel deuotionis impedimẽto, nam domum Domini decet ſanctitudo.

CAP. II.

VT Deo optimo maximo, glorioſæ virgini, & ſanctis omnibus debitus honor deferatur, Gregorii X. * prædeceſſoris noſtri conſtitutionẽ innouantes, ac ſtatuta in Tridẽtino Conci-

Concilio obſeruari volentes, ſtatuimus, & ordinamꝰ, vt ad eccleſias [a] ſit humilis, & deuotus ingreſſus, quieta conuerſatio, deuotis orationibus inſtant, & omnes genibus flexis ſanctiſſimum Sacramentum adorent, ad nomē Ieſu Chriſti Dñi noſtri cum exhibitione reuerentiæ caput inclinent, nullus in dictis eccleſiis ſeditionem faciat, tumultū excitet, clamores moueat, impetumue cōmittat, ceſſent vana, fœda, & profana colloqa, riſus immoderati, & ſtrepitus oēs iudiciorū, & alia quæcunque quæ diuinum officium perturbare poſſunt. Nullus intra eccleſias deambulare audeat, ſiue præſumat dum celebrantur ſacra Miſſarum myſteria, & alia diuina officia. Qui verò prædicta petulanti animo contempſerint, præter diuinæ vltionis acrimoniam, noſtri quoq; arbitrii pœnas incurrent, quæ omnia locorum quoque ordinarii in ſuis eccleſiis facient obſeruari. Quicunque verò in eccleſiis, dum ibi ſacrificium Miſſæ, & diuina celebrantur officia, aut verbum Dei prædicatur, deambulare, vociferari, aut verſo tergo ad ſanctiſſimum irreuerenter ſedere, aut aliquid, quod ſcandalum generet, aut diuina perturbet officia, facere præſumpſerit, pœnam vigintiquinque ducatorum incurret, præter alias arbitrio noſtro imponendas, & moderandas pœnas, & qui non habebit in ære luet in corpore, aut exilio mulctabitur. Qui verò in eccleſiis cum mulieribus impudicis, ſiue etiam honeſtis colloquium ſcurrile habuerit, aut alios inhoneſtos actus fecerit, vigintiquinque ducatorum pœnam incurrat, & carceris per menſem. Qui in eccleſiis, vt ſupra, obſcœnis, [b] & inhoneſtis verbis aut ſignis vſus fuerit, aut alia fœda colloquia cum perſonis quibuſcunque habuerit, decem aureorum pœna mulctetur, aut alias corporaliter puniatur. Mādamus

N O T. * *Gregorii Decimi.)* Hæc prius edicta & ſtatuta fuerunt in Concilio Lugdunenſi. Decet, inquit, domum Domini ſanctitudo, decet vt cuius in pace factus eſt locus, eius cultus ſit cum debito honore pacificus. Sit itaque ad eccleſias humilis & deuotus ingreſſus, ſit in eis quieta conuerſatio Deo grata, inſpicientibus placita, quæ conſiderantes non ſolum inſtruat, ſed & reficiat. Et paulo poſt: Nullus in locis eiſdem in quibus cum pace & quiete vota conuenit celebrari ſeditionem excitet, conclamationem moueat, impetumue committat, ceſſent in locis illis vniuerſitatum & ſocietatum quarumlibet conſilia, conciones, & publica parlamenta, ceſſent vana & multo fortius fœda & prophana colloquia, ceſſent confabulationes quælibet, ſint procul quæcunque alia quæ diuinum poſſunt perturbare officium aut oculos diuinæ maieſtatis offendere ab ipſis prorſus extranea, ne vbi peccatorum eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio aut deprehendantur peccata committi, ceſſent in eccleſiis, earumque cœmeteriis negotiationes & præcipue nundinarum, ac fori cuiuſcunque tumultus. Sequitur: Quod cedit ad propoſitum ordinarii locorum hoc faciant obſeruari, ſuadenda ſuadeant, interdicta huius canonis authoritate compeſcant ad hoc alios etiam in eccleſiis ipſis magis aſſiduos, & ad præmiſſa idoneos deputando, &c. Hæc Concilium Lugdunenſe, & habetur extra. de immunitate eccleſiæ, capitul. decet. in 6.

Idem.

Facultatis conceſſæ Græcis Latino more, & Latinis Græco ritu Miſſas & alia diuina officia, reuocatio.

C A P. III.

PROVIDENTIA Romani Pontificis plurimum circumſpecta nõnunquã ea quæ certis ſuadẽtibus cauſis ꝑ eius prædeceſſores geſta ſunt,

ſunt, ex aliis non minus rationabilibus cauſis alterat, & ad priſtinum ſtatum reducit, prout æquitas ſuadet, & in Domino conſpicit expedire. Sane cum ad notitiam noſtram peruenerit, quod nonnulli presbyteri tam Græci, quam Latini antiquum S.R.E. ritum tam in celebratione [a] Miſſarum, quam aliorum diuinorũ officiorum peruertere ſatagentes, diuerſas licentias, & facultates, Miſſas, & alia diuina officia Gręci Latino more, ac Latini * Græco ritu celebrandi ab Apoſtolica ſede, vel eius legatis, ac etiam maiore pœnitentiario pro tempore exiſtente variis prætextibus impetrarunt, illiſque iampridem vtuntur, hoc ab antiquo catholicæ eccleſię inſtituto, ſanctorumq; patrum decretis deuiare conſiderantes, propterea hunc abuſum ab eccleſia Dei extirpare, & ſubmouere volentes, omnes, & ſingulas licentias, & facultates huiuſmodi hactenus etiam motu proprio vel quorumuis etiam Imperatorum, Regum, & aliorum Principũ contemplatione, & ex quibuſuis cauſis quomodolibet conceſſas, ac Apoſtolicas & alias literas deſuper confectas, illarum omnium tenores pro ſufficienter expreſſis habentes, Apoſtolica auctoritate ex certa ſciẽtia hac pręſenti noſtra perpetuò valitura conſtitutione reuocamus, caſſamus, annullamus, & irritamus, quibuſuis presbyteris tam Græcis quàm Latinis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, ac perpetuæ ſuſpenſionis à diuinis pœnis diſtrictius inhibentes, ne deinceps presbyteri Græci, præcipue vxorati, ** Latino more, & Latini Græco ritu, huiuſmodi licentiarum, & facultatum, aut alio quouis prętextu Miſſas, & alia diuina officia celebrare, & celebrari facere præſumant. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus & ſingulis venerabilibus fratribus

bus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis quatenus in ciuitatibus & diœceſibus ꝓpriis præſentes noſtras literas publicari, & ſub prædictis, & aliis ſibi beneuiſis pœnis per quoſcunque Prælatos, Capitula,* Clericos, Fratres, Superiores, & perſonas quaſlibet inuiolabiliter obſeruari faciāt. Contradictores quoſlibet auctoritate Apoſtolica compeſcendo.

[a] *Celebranda eſt ſacra Lithurgia eo ritu quo vtitur eccleſia in qua presbyter ſacrificium illud incruentum inſtruit, vt placuit olim Concil. Florent. patribus. Probabiliorque videtur eccleſiæ Latinæ conſuetudo quæ in azymis cōſecrat, aduerſus Græc. ritum, ſic enim Chriſtum imitatur. Alex. Alenſ. q. 32. Thom. 3. p. q. 74. Durand. l. 4. d. 11. Anſel. de azymo.*

NOT. * *Latini Græco ritu.*) Graui reatu illius animam torqueri canoniſtæ cenſent qui aduerſus eccleſiæ Romanæ ritum Græcorum ſequitur in celebrando auguſto illo Miſſæ ſacrificio conſuetudinem. Hęc diſputatio acerrimè diſcutitur apud Marcellum Francolinum presbyterum Romanum, in libello illo quem nouiſſimè prælo edidit, de tempore horarum canonicarum.

NOT. ** *Presbyteri Græci præcipue vxorati.*) Maximum profecto diſcrimen eſſe inter Romanam & Græcam eccleſiam, hac coniugii ratione dixit Stephanus Papa diſtinct. 13. cap. aliter. Sic enim loquitur, Aliter ſe Orientalium traditio habet eccleſiarum, aliter huius ſanctæ Romanæ eccleſiæ, nam earum ſacerdotes, diaconi, aut ſubdiaconi matrimonio copulantur; iſtius autem eccleſiæ vel occidentalis, nullus ſacerdotum à ſubdiacono vſque ad Epiſcopum, licentiam habet coniugium ſortiendi.

TIT.

TIT. IX.

De reliquiis & veneratione Sanctorum.

Paulus Quartus.

Sanctorum feſta & ſolennes memoriæ ſub die eorum obitus celebrantur.

CAP. I.

GLORIOSVS in ſanctis ſuis Deus, qui omnia operatur in omnibus, quoſdam in eccleſia ſua poſuit Apoſtolos, quoſdam Prophetas, quoſdam Doctores, quoſdam Martyres, & quoſdam Confeſſores, quos per anni circuitum, die vt plurimum * qua eos ad cæleſtia regna migrare contingit, ſancta veneratur vniuerſalis eccleſia, vt Chriſtifideles eorum venerationi per exercitium bonorum operum vacantes, piis ante thronum diuinæ maieſtatis eorum ſuffragiis adiuuari, & exinde Deo propitio vitam æternam facilius cõſequi valeant. Ro. 6.Id.Aug.1558.

[a] *Epheſ.4.*

NOT. * *Die vt plurimum qua eos ad caleſtia regna migrare contingit.*) Antiqua ſemper & ſolennis fuit feſtorum dierum religio in Chriſti eccleſia, eiuſque auctoritas Apoſtolica conſtitutione in ipſius eccleſiæ pueritia confirmata eſt. Poſtquam enim Petrus dies feſtos in quibus noſtræ redemptionis & ſalutis memoria reuoluitur, commendandos apud Clementem Romanum lib.8.cap.33.cenſet, addit: *In diebus Apoſtolorum vacent. magiſtri enim veſtri fuerunt, ad docendum vos de Chriſto: vobiſque Spiritum ſanctum dederunt. In die Stephani protomartyris item vacent, ac reliquis diebus ſanctorum Martyrum, qui Chriſtum vita ſua antepoſuerunt.* Apoſtolorum itaque iuſſu moniti,

dies

dies ſanctorum feſtos vacatione operum ſeruilium & ſtudio diuini cultus in natalitiis eorum agitamus, id eſt, in die mortis ſiue exitus conuerſationis eorum quod Paulus clarius docuiſſe videtur dum inquit: Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuerſationis imitamini fidem. De mortuis loquitur, inquit Theodoretus, vt Iacobo fratre Domini, & Iacobo fratre Ioannis qui iam erant interfecti. Pro eo ergo, quod Paulus præcipit meminiſſe præpoſitorum Apoſtolica conſtitutio præcipit vacare in diebus Apoſtolorum, hi enim fuerunt noſtri præpoſiti, & magiſtri. vacare inquam, vt ſuppetat otium ad celebrandum eorum memorias ſtudio diuini cultus, precationum, gratiarum actionis & meditationis vitæ ac mortis eorum. Sanctificatio quandoquidem exigit vt ceſſetur ab operibus eccleſiæ præcepto vetitis, vt ſunt mercatus, forum, ſententia in cauſa criminis. Item bellum & profectio, licet hæc non tam ſtrictè prohibeātur quā in veteri teſtamento, vmbris & typis veteris legis iam euacuatis, & conſuetudine piorum hominum (quæ eſt optima eccleſiaſticarum legum interpres) non nihil in nobis relaxante. Neglecti verò præcepti iamdudum pleroſque reos fecit optimi Pontificis & ſapientiſſimi patris Nicolai primi ſanctio, in reſponſis ad Bulgaros. c. 11. Sane, inquit, ſciendum eſt idcirco in diebus feſtis ab opere mundano ceſſandum eſſe, vt liberius ad eccleſias ire, pſalmis & hymnis & canticis ſpiritualibus inſiſtere, orationi vacare, oblationes offerre, memoriis ſanctorum communicare, ad imitationem eorum aſſurgere, eloquiis diuinis intendere, eleemoſynas indigentibus mittere valeat Chriſtianus. Hæc omnia contemnunt qui dies feſtos ſanctorum contemnunt.

Pius Quintus.

Religioſa feſtorum dierum reuocatio in quibus nihil agendum quod ſanctitatem, charitatem & pietatem non ſpiret.

CAP.

Cap. II.

Cvm dierum feſtorũ obſeruatio ad Dei cultũ maximè pertineat, & in lege diuina [a] pcipiatur, cupientes abuſus prauos, qui ex eorum inobſeruantia inualuerunt, omnino corrigere, & antiquorum canonum ſtatuta renouantes mandamus, vt omnes dies * dominici, & præcipuè in honorem Dei, beatæ Mariæ virginis, ſanctorum Apoſtolorum feriati, cum omni veneratione obſeruentur, & omnes in diebus præfatis ecclesias frequentent, diuinis officiis deuotè intendant, ab omni illicito, & ſeruili opere abſtineant, mercatus non fiãt, profanæ negotiationes & iudiciorum ſtrepitus conquieſcant. Qui verò in diebus præfatis ** opus aliquod illicitum feciſſe deprehenſus fuerit: præter diuinam vltionem, & amiſſionem animalium quibus ad vecturam vtetur, etiam graues pœnas incurret arbitrio noſtro, ſeu Vicarii noſtri in vrbe. In aliis autem locis arbitrio ordinariorum, vel aliorum magiſtratuum, ita vt præuentioni locus ſit. Quibus omnibus diſtrictè pręcipimus, vt hæc diligenter obſeruari procurent, illas etiam feſtiuitates; quæ iuxta conſuetudinem locorum ſolemniter celebrari conſueuerunt, iuxta laudabilem conſuetudinem debita cum reuerẽtia obſeruari faciant, ſub pœnis arbitrio ipſorum imponendis, & moderandis. Romæ Calend. Aprilis. 1566.

[a] *Deuteron. cap. 5. Exod. 21. & 30. Ezech. 20 Luc. 18.*

NOT. * *Dies dominici.*) Quod Iudæis fuit Sabbathum, nobis Chriſtianis & catholicis eſt dies dominicus, toti eccleſiæ ſemper celeberrimus, quem Paulus Apoſtolus 1. Corinth. cap. 2. Chriſtianorum Sabbathum appellat. Nam (inquit) de collectis quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui eccleſiæ Galatiæ, ita & vos

facite

facite per vnum Sabbathi. Quo in loco Chriſoſtomus, Ambroſius, Remigius, & alii vnam Sabbathi dominicam diem interpretantur. Fuitque hæc Sabbathi in hunc diem ideo introducta commemoratio, ob ſingularem reſurrectionis Chriſti & reparatæ ſalutis memoriam. Et ratio illa commemorandi beneficium creationis in feſtiuitate eius diei in qua Deus ab illa requieuit, mutata eſt in beneficium ſecūdæ & ſummæ illius creationis qua Deus & Dei filius lapſum orbem & penitus extinctum denuo erexit. Sic Auguſtinus cenſuit, Epiſt. 85. ad Caſulanum. Præponitur (inquit) dies dominicus Sabbatho fide reſurrectionis. Tertulliano veteris ſuperſtitionis impietatem damnante, dies dominicus dies ſolis dicitur, dum inquit lib. aduerſus gentes. cap. 16. Æquè ſi diem ſolis, lætitiæ indulgemus, alia longè ratione, quam religione ſolis, ſecundo loco ab eis ſumus, qui diem Saturni otio & victui decernunt, exorbitantes & ipſi à Iudaico more quem ignorant. Diem Solis itaque Tertullianus diem dominicum (quo verus iuſtitiæ ſol tenebris mortis & peccati fuſis & diſcuſſis de veteri humani generis hoſte triumphauit) intellexit, vt & Imperator in l. omnes dies. C. de feriis. id clarius explicat. Pleraque huic ſubiecto accommoda refert Angel. Politian. lib. miſcell. cap. 7. ex Dione lib. 37. & Euſebio lib. 4. de vita Conſtant. Magni. Sozomen. lib. primo, capite octauo. Clemens Romanus, quemlibet fidelem, die dominico ſacros cætus frequentare iubet, quandoquidem lectio Prophetarum, Euangelii prædicatio, ſacrificii oblatio, atque ſacri cibi diſpenſatio die ipſo haberetur, cap. 63. & libro ſexto, cap. 31.

NOT. ** *Aliquod opus illicitum.)* Seruile opus damnatur diebus feſtis. Sed maiores noſtri iubent materiam inſpicere. Si quis enim vel calceum purget, vel aliud quippiā faciat, quod non valde hominem occupet, nihil cenſetur.

Gregorius XIII.

Calendæ Octobris perpetuo ſolennes feſti Roſarii beatæ virginis ob deuictam claſſem Selimi Turcarum Imperatoris in ſinu Corinthiaco apud Naupactum.

Cap. III.

MONET Apoſtolus in omnibus gratias agere, monet quoque ſacrarum literarum hiſtoriç inſignia Dei beneficia, tum vt ei à quo accepta ſint, meritæ referantur gratiæ, tum vt fideles quibus collata ſunt, illorum memores ad diuinum cultum magis indies excitentur, ſolemnibus annis feſtiuitatibus celebranda eſſe. Quod cum multoties inſtitutum fuerit, tum verò maximè cùm Deus patrum noſtrorum populum ſuum à ſeruitute Ægyptiaca per manum fortem liberauit. Notabis itaque non minora beneficia quotidie à Deo optimo maximo accipimus, inter quæ illud ſingulariſſimum ſuperiore anno ab ineffabili ipſius clementia nobis conceſſum fuit, vt Turcarum claſſis [a] & numero longè ſuperior, & præteritis collata victoriis à Chriſtianorum claſſe virtute Domini noſtri Sabbaoth decertante, die ſeptimo Octobris non longè à Corinthiaco ſinu penitus deuicta & quaſſata fuerit, qua nempe victoria vniuerſum populum Chriſtianum ab impiiſſimi Tyranni faucibus diuino munere ereptum fuiſſe, inficiari nemo poteſt: Apoſtoli præcepto parere & ſanctorum patrum exempla ſequi volentes, vt huius ingentiſſimi beneficii anniuerſaria habeatur memoria, inſtituere omninò decreuimus.

Quia verò preces ad Deum oblatæ, eo gratiores ad illius conſpectum aſcendunt, quò dignioribus interceſſoribus, & pio aliquo orandi modo offeruntur, memores beatum Dominicum ordinis prædicatorum inſtitutorum, cum, & Gallia, & Italia à pernitioſis premeretur hæreſibus, ad iram Dei placandam, & beatiſſimæ virginis interceſſionem implorandam, piiſſi-

piiſſimum illum orandi modum inſtituiſſe quod Roſarium aut Pſalterium beatiſſimæ virginis Mariæ nũcupatur: animaduertentes quoque eadem die ſeptima, quæ tunc fuit dies Dominica prima dicti menſis Octobris, fraternitates omnes ſub dicti Roſarii nuncupatione militantes, per vniuerſum orbem iuxta earum laudabilia inſtituta & conſuetudines proceſſionaliter incedentes, pias ad Deum preces effudiſſe, quas per interceſſionem beatiſſimæ virginis ad dictam victoriam conſequendam multum profuiſſe piè credendum eſt, opere pretium nos facturos eſſe exiſtimauimus, ſi ad tantæ victoriæ cœlitùs proculdubio conceſſæ memoriam conſeruãdam, & ad gratias Deo & beatiſſimæ virgini agẽdas, feſtum ſolenne ſub nuncupatione Roſarii in prima Dominica menſis Octobris ſingulis annis celebrandum inſtitueremus. Quocirca motu proprio & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad laudem Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiuſque glorioſæ virgimis matris, tenore præſentiũ decernimus, vt de cętero ꝑpetuis futuris temporibus, qualibet prima die Dominica menſis Octobris, per vniuerſi orbis partes, in his videlicet eccleſiis in quibus altare vel capella Roſarii fuerit, ab omnibus & ſingulis vtriuſq; ſexus Chriſti fidelibus feſtum ſolenne ſub nuncupatione Roſarii prædicti ſub duplici maiori officio, ad inſtar aliarum ſolennium feſtiuitatum celebretur & ſanctificetur, eademque die officium de beatiſſima virgine nouem lectionum more eccleſiaſtico perſoluatur & recitetur. Decernentes præſentes quas perpetuò valere volumus, nullo vnquam tempore de ſurreptionis vel obreptionis, aut nullitatis ſeu alio vitio, vel intentionis noſtrę, aut alio defectu notari, argui, vel impugnari poſſe,

ſed plenarios effectus ſortiri debere : & ita per quoſcunque iudices, quauis auctoritate fu gentes, etiam cauſarum palatii Apoſtolici auditores, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, aut interpretandi facultate, & authoritate iudicari & interpretari, & definiri debere. Cal. April. 1573.

[a] *Inſigniora vix habuit trophæa bello parta eccleſia hoc præclaro conflictu, in ſinu Lepantino. Tribus aut quatuor horis pugnatum eſt a Turcis aut Chriſtianis, ſed victoria inclinauit ad Chriſtianos, Ioanne Auſtriaco Caroli V. notho belli ſocialis & ſacri fœderis contra Turcas duce. Triremes Turcarum captæ 180. combuſtæ 20. ſubmerſæ totidem. Magnus Baſſa interfectus, 25. millia Turcarum occiſa, multa capta, viginti millia Chriſtianorum ab horrendo ſeruitutis iugo recuperata.*

TIT. X.

De iuramentis, & iuriſiurandi obligatione.

Gregorius XIII.

Impoſsibilium & illicitorum iuramentum inane & prohibitum.

CAP. VNICVM.

INTER Apoſtolicas & alias canonicas ſanctiones, quæ de iuriſiurandi religione variis temporibus prodierunt, fœlic. record. Nicolaus Papa tertius, intelligens in nõnullis eccle-

eccleſiis de earum cõſuetudine obſeruari, vt cum earum Prælati ad eccleſias ipſas primo accedũt, vel cum de recipiẽdis ibidem nouis canonicis agitur, nec Prælatos admitti, nec canonicos aliter recipi in dictis eccleſiis niſi iurato ab eis, ſtatuta, & conſuetudines ipſarum eccleſiarum ſcripta, & non ſcripta inuiolabiliter obſeruare, inter laicos etiam multarum ciuitatum, caſtrorum, & terrarum, cum conſuetudinis morbum in aſſumendis poteſtatibus, rectoribus, vel officialibus ſuis irrepſiſſe, vt ipſi poteſtates, rectores, & officiales ad huiuſmodi poteſtarias, rectorias, & officia, nullo modo admittantur, niſi prius ſe ſtatuta ipſorum locorum clauſa iurauerint ſeruaturos. Et quia in ſtatutis, conſuetudinibuſque ſupradictis interdum aliqua reperiebantur illicita, ſeu impoſſibilia, vel obuiantia eccleſiasticæ libertati, iccirco ne ſub tali generalitate iurandi, ſic iurantibus peccandi occaſio præberetur, cum iuramentum [a] non fuerit * inſtitutum, vt vinculum eſſet iniquitatis, prædictus Nicolaus Papa animarum periculis obſiſtere cupiens, frugifera & ſalubri conſtitutione pręcipit quibuſcunque ſcientibus contineri in prædictis conſuetudinibus, & ſtatutis illicita, impoſſibilia, vel libertati eccleſiaſticæ obuiantia huiuſmodi iuramenta ab eis nullo modo præſtari, & iuramenta ea intentione facienda, vel facta vt etiam illicita, vel impoſſibilia, ſeu libertati eccleſiaſticæ obuiantia obſeruentur, cum etiam ſub tali intentione præſtari non poſſent abſque diuinæ maieſtatis offenſa, decreuit in huiuſmodi illicitis, impoſſibilibus, ſeu libertati eccleſiaſticæ obuiantibus nõ ſeruanda, quin potius pro animarum ſalute ſi ſub forma prædicta vel ſimili aliquos ignorantes prædicta illicita ſeu impoſſibilia, vel libertati eccleſiaſticæ obuiãtia

iurare contingeret, ad obſeruanda duntaxat licita, poſſibilia, & libertati eccleſiaſticæ non obuiantia iuramentorum intentio referri deberet, declarãs iuramenta ſub huiuſmodi generalitate qualitercunq;, & ſub quacunque verborum forma præſtita vel præſtãda ad licita poſſibilia, ac eccleſiaſticę libertati non obuiantia duntaxat extendi, ipſoſq; iurantes ad alia per præſtationem iuramenti huiuſmodi non teneri. Veruntamẽ multi infirmi, cupidiq; ſenſus ſeſe in huiuſmodi iuramẽta cum animarum ſuarum periculo præcipitant.

Nos quoniam hæc ſanctorum quoq; patrum inſtitutis, & ſalubri rerum eccleſiaſticarum directioni aduerſantur, & tanquam de radice ambitionis procedẽtia omne bonum in eccleſiis rebuſq; publicis peruertunt, ea nouæ prouiſionis ſubſidio prohibere volentes, præſentium auctoritate innouamus prædictam conſtitutionem Nicolai Papæ, itidemque alias omnes canonicas ſanctiones de abuſu, & reprobatione huiuſmodi iuramentorum promulgatas, volumuſq; eas vbique ab omnibus etiam quoad præterita inuiolabiliter obſeruari. Ac etiam præcipimus, & interdicimus Prælatis, Canonicis, & aliis ſupradictis, necnon eccleſiarum capitulis, & monaſteriorum, cæteriſque conuentibus, ciuitatum quoque caſtrorum, & terrarum communitatibus, & perſonis quacunque dignitate præditis, ne vlla omnino iuramenta [b] illicita, impoſſibilia, damnoſa, vel libertati eccleſiaſticæ, aut decretis Concilii Tridentini obuiantia, ſiue ante, ſiue poſt electiones, confirmationes, prouiſiones, receptiones, admiſſiones, aut alios actus, vbicunque, ac quocunque tempore etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis quantocunque tempore obſeruatæ, quæ potius

corru-

corruptela eſt cenſenda, ſiue in genere, ſiue in ſpecie præſtare, reddere, vel exigere, neue ſuper præſtitis, redditis, vel exactis hucuſque quemquam in iudicio, vel extra inquietare audeant quoquo modo, vel turbare, illos enim qui iuramenta illicita, impoſſibilia, damnoſa, vel eccleſiaſticæ libertati, aut decretis dicti Concilii obuiantia, exigere contenderint, Epiſcopos videlicet, & alios quoſcunque Pontificali dignitate præditos ſuſpendimus à diuinis, capitula verò, & conuentus, eorumque eccleſias & loca omnia interdicto eccleſiaſtico ſupponimus, ac ſingulares perſonas excommunicationis ſententia innodamus, inhabileſq; facimus ad obtenta, & alia obtinenda eo ipſo, nobiſque & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti relaxationem ſuſpenſionis, & interdicti, necnon abſolutionem ab excommunicationis ſententia huiuſmodi perpetuo reſeruamus. Decernentes eos, qui talia iuramenta ſcienter præſtiterint, vſu, & commodo rei, & gratiæ cuius cauſa iurauerint, eo ipſo priuatos eſſe: alios verò ignorantes ad præſtitorum iuramentorum huiuſmodi obſeruationem minimè teneri; Necnon irritum, & inane quicquid ſecus per quoſcunque ſcienter, vel ignoranter attentatum eſt hactenus, & deinceps contigerit attentari. Ro. Non. Septem. 1584.

[a] *Vide Origenem tract. 35. in Matth. Athan. ſerm. de paſſion. Chryſoſt. hom. 15. in Geneſ. & hom. 9 in acta. hom. 17. in Matth. hom 8 ad pop. Antio. Epiphan. in Panar. Hilar. can. 4. in Matth. Ambro. Pſal. 118. Euthym. Hiero. Theophylact. in c. 5. Matth. Oecu. in c. 5. Iacob.*

[b] *Iuramenta impoſſibilis obligationis irrita ſunt, velut & ea quæ fiunt contra bonos mores, & aduerſus eccleſiæ iura, & Conciliorum decreta, turpia enim ſunt & illicita, ideo hæc ſunt iuris axiomata. In malis promiſſis*

reſcinde fidem, in turpi verò muta decretum. Quod incautè vouiſti non facies, impia eſt promiſſio quæ ſcelere adimpletur.

NOT.* *Iuramentum non fuerit inſtitutum.)* Ille qui hominem prouocat ad iuramentum quem ſcit falſo iuraturum, vincit homicidam, quia homicida corpus occidit, ille animam, imo duas animas, & eius quem iurare prouocauit & ſuam. Scis verum eſſe quod dicis, & falſum eſſe quod ille dicit & iurare cōpelli? Ecce iurat, ecce peierat, ecce petit. Tu quid inueniſti? imo & tu periſti, qui de illius morte ſatiare voluiſti.

Diuus Auguſtinus qui ſuperioris eſt author ſententiæ quæ in eius ſcriptis ſerm. 11. de ſanctis. & 22. q. 5. c. ille habetur in ſermone 2. Decollationis B. Ioan. Baptiſtæ narrat de Tutisbymeno ſiue Hyppo qui egregiè vapulauit, eò quod quendam debitorem coegerat ad iuramentum. Huic ſententiæ accedit Concilium Matiſconenſe capit. 17. Si quis (inquit) conuictus fuerit alios ad falſa teſtimonia vel periuria attraxiſſe, vel quacunque corruptione ſolicitaſſe, ipſe quidem vſque ad vitæ exitum non communicet, ii verò qui ei in periurio conſenſiſſe probantur poſtea ab omni teſtimonio ſunt remouēdi, & ſecundum legem infamia notabuntur.

TIT. XI.

De treuga & pace.

Pius Quartus.

Pacis & treugæ fideiuſſiones ſtipulentur, ne nouis cauſis rumpatur conuentio.

CAP. I.

QVONIAM eo hominum proteruitas deuenit, vt qui homicidium, vel maleficium aliquod committere deliberarunt, prius quęrant eos quos pro hoſtibus habent, treguæ [a] vel

[a] vel pacis prætextu aſſecurando, decipere, quo facilior poſtea delicti perpetratio reddatur, expeditque propterea vt quos Dei timor non retinet, pœnarum rigor deterrendo coerceat, populorum quieti conſulere, & flagitioſos ſicariorum, ac ſcandaloſorum auſus deprimere, necnon cauillationibus, quas ad ſolutiones pœnarum effugiẽdas hominum malitia indies excogitat, ſubuenire volentes, quod pœnæ conuentionales pacis, & treguæ ruptæ, & fideiuſſiones de non offendendo, ſtipulentur in futurum per Notarios in fauore Cameræ Apoſtolicæ, & non communitatum, vel alterius, & ſi aliter factæ fuerint, in ipſius Cameræ fauorem ſtipulare cenſeantur. Quodq; in cauſis treguarum, paciſque factarum, ipſi fractores, vel eorum fideiuſſores allegare non poſſint quod offenſa ex noua cauſa proceſſit, nec allegata cuiquam ſuffragetur. Et quia in cautionibus de non offendendo, partes intendunt, vt ſibi eo quo melius fieri poteſt modo cautum ſit ne offendatur impune, & ideo promittunt nõ ſolum pro ſeipſis, ſed etiam pro aliis eorum coniunctis, quod non offendent, neq; offendi facient, ſed aliquando Notariorum imperitia ſenſum, & intentionem partium peruertẽte contingit eos ſcribere quod partes promittunt non offendere per ſe, & alios, vbi ſcriptum oportuiſſe pro ſe, & aliis, differentiam videlicet inter has voces per, & pro, neſcientes, vel confundentes; ac propterea præbentes anſam cauilloſis, & delinquentibus prætendendi quod facto offenſione per vnum ex comprehẽſis in fideiuſſione, nõ ſit commiſſa ſtipulatio pœnæ, niſi cõſtet quod ille qui offendit de mandato principalis offenderit; vnde etiam infinita ſcandala eueniunt illaque remanent impunita, Idcirco quod ſi quis Notarius [b] errorem huiuſmodi

commiſerit, mille ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorũ pœna plectantur; & nihilominus ſiue ex dictione per, ſiue ex dictione pro, ſtipulatio cõcepta, & offenſio ſequuta fuerit, principales promittentes ad pœnã conuentionalem pinde teneantur, ac ſi ipſis mandantibus offenſio emanaſſet, & de eorum mandato legitime conſtaret; idemq; Notarii ſub ſimili pœna in inſtrumentis fideiuſſionum de non offendendo, apponatur clauſulam: Quod data contrauentione alicuius comprehenſi in ſtipulatione, ſi contingat talem contrauenientem vere, & realiter confiteri, vel ficte propter contumaciam in non comparendo, pœna conuentionalis committatur, & exigi poſſit à fideiuſſoribus nulla excuſatione vel exceptione penitus admiſſa, immo habeantur crimen & contrauẽtio, ac ſi per teſtes vel alias legitime probatum vel approbata fuiſſent. Et ſi clauſula in ſtipulatione omiſſa fuerit, illa nihilominus pro appoſita, contrauentio ꝓ legitime approbata habeantur. Et ſimiliter ſi per principalem, ſiue alium in fideiuſſione comprehẽſum, ſtipulationi contrauentum, & offendens ſeu contraueniens contumax, iſque in meram contumaciam condemnatus fuerit, fideiuſſor ſtatim ad ſoluendum pœnam cõuentionalem cogatur; nec poſſit audiri, ſuum principalem offendiſſe ex cauſa neceſſariæ defenſionis allegando, & deducendo, ne videlicet delinquentes indirecte per [c] procuratorem, & interpoſitã perſonam audiantur, & quod dictum eſt in exemplo exceptionis huiuſmodi, id etiam ad omnia alia extendatur. Et ſi talis clauſula fuerit in prædictis ſtipulationibus omiſſa, nihilominus appoſita ſimiliter intelligatur; Quod & ad legitimam per parentes ſoluen. extẽdimus, vt illum ſoluere teneantur, etiam ſi eorum filii in me-

in meram contumaciam de aliquo delicto condẽnati, aut banniti fuerint, non obſtante quocunq; ſtatuto, aut forſan conſuetudine in contrarium exiſtente, quibus omnibus nos per præſentes in ampliori forma derogatum eſſe cenſemus, & decernimus.

[a] *Fallaces reconciliationes inter inimicos quas treugas vocat, atrocioris iniuriæ parentes damnat.*

[b] *Imperitia Notarij in perniciem partium cedens non caret accuſatione.*

[c] *Qui per alios facit, per ſeipſum facere videtur.*

Præteritio inter iudices ordinarios & ſeculares.

IN cauſis clericorum criminalibus mere eccleſiaſticis, ordinarii eccleſiaſtici priuatiue ad ſeculares iudices cognoſcant, ſed in aliis mixtis ſit locus præuentioni [a] inter ordinarium, & iudicem ſecularem, dataq; prȩuentione ex parte ordinarii eccleſiaſtici, nõ niſi contra clericos tãtum procedere poſſit. Et ſi prætenderetur ratione connexitatis adiuncti, vel alias quomodocunq;, laicum eius forũ ſortiri debere, iudex tamen ſecularis ita præueniens, quauis inhibitione ſibi facta non obſtante, abſq; cenſurarum vel aliarum pœnarum incurſu procedere poſſit. Necnõ quibuſcunque appellationibus, prouocationibus, nullitatum dictionibus, commiſſionibus, inhibitionibus, & aliis decretis contra formam ſuperius traditam per quoſcunq; etiam iudices præfatos pro tempore quomodolibet emanatis, & factis non attentis, liberè & licite per ipſos iudices à quibus, ad ſuarum condemnationum totalem executionem, alias tamen legitimè, ſub ſimilis indignationis, & excommunicationis pœna, procedi poſſe, & omnino debere, ac vt procedant præcipimus, & mandamus. Et inſuper tam iudicibus

iudicibus præfatis, quam Notariis ſub eadem excommunicationis, ac indignationis noſtræ priuationiſq; officium pœna, ne contra præmiſſa aut quicquã præmiſſorum facere, & attentare præſumant, diſtrictius inhibemus.

[a] *Quæ ſit præuentionis ratio habes apud Rebuffum & Papon. & Soc n. de foro competen.*

Pius Quartus.

Moderatur & ad iuris terminos reducitur præcedens reſcriptum Pij IIII. de allegatione nouæ cauſæ in cauſis pacis & treugæ fractæ. Et præuentio iuxta Concilij Tridentini decretum obſeruatur.

Cap. II.

CVM ob innumeras Rom. Pont. occupationes, ac particularium rerum quarumlibet ſtatus ignorantiam contingat ab eo quandoque literas emanare, quæ in magnum aliquorum præiudicium redundare noſcuntur, minime reprehendendum eſſe videtur, ſi tandem præiudicio cognito literas huiuſmodi, etiam ſi per eius prædeceſſorem emanauerint, tanquam per inaduertentia editas reuocat, & limitat, aliaſque deſuper diſponit prout rerum, & temporum qualitate penſata conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem fœl. recor. Pius Papa IIII. prædeceſſor noſter cupiens criminibus, & exceſſibus qui in dies oriebantur prouidere, per quaſdam ſuas in forma motus proprii editas literas inter alia ſtatuit, quod in cauſis treugarum, & pa-

& pacis fractarum ipſi fractores vel eorum fideiuſſores allegare [a] non poſſent quod offenſa ex noua cauſa proceſſiſſet, nec allegata cuiquam ſuffragarentur. Et etiam quod in cauſis mixtis inter iudicem eccleſiaſticum, & laicũ locus ſit præuentioni, ita tñ ꝙ iudex eccleſiaſticus in caſu prçuentionis non poſſit procedere contra laicũ, ſed illum debeat remittere ad iudicẽ laicum, & alias prout in eiſdẽ literis plenius continetur. Nos cõſiderantes à rõne & iuris debito alienũ eſſe eos q criminis innoxii fuerint eorũq; fideiuſſores ſi treugę, pax, ſeu fideiuſſiones de non offendendo poſtea ex noua emergente occaſione fractæ fuerint, earum occaſione grauari debere, cum præcipuè paces, treugæ, ſeu fideiuſſionis huiuſmodi de non offendendo non ad offenſionem ex futuris cauſis ſed ex præteritis tantum oriantur, literas præfatas quo ad præmiſſa reuocantes, caſſantes, & moderantes, effectumque ſuum ſortiri in præmiſſis non poſſe decernentes: Motu ſimili, &c. nouam cauſam in pacis, treugarum, ſeu fideiuſſionum huiuſmodi fractione principales tantum videlicet qui fuerunt cauſa pacis, treugarum, ſeu fideiuſſionum de non offendendo huiuſmodi factarum, ſeu faciendarum præſtitarum, ſeu præſtandarum, ſi ipſi aliquo modo, ſeu aliquis eorum in dictis fractionibus interuenerint ſeu interuenerit, videlicet ſi aliquis ex dictis principalibus aliquẽ ex comprehẽſis in pace, treuga, ſeu fideiuſſione [b] de non offendendo offenderit, vel ipſe ab aliquo ex ipſis comprehẽſis offendatur, non excuſare.

Si verò ſupradicti principales, ſeu aliquis eorum in fractione pacis, treugæ, ſeu fideiuſſionis huiuſmodi vt ſupra non interuenerint, ſeu interuenerit, ipſos eorumque conſanguineos, & fideiuſſores cæteroſque in pace,

pace,treuga,ſeu fideiuſſione de non offendēdo comprehenſos, & quemlibet eorum nouam cauſam huiuſmodi allegare poſſe, & ea probata excuſari debere, & quoquo modo grauari, perturbari, aut inquietari non poſſe neque debere,idque tam in cauſis motis,& indeciſis pendentibus, quam etiam finitis, & in quibus etiam pronunciatum fuit (dummodo ſententiæ deſuper latæ totaliter non ſint executioni demandatæ)locum ſibi vendicare poſſe, & debere declaramus. Cumq; etiam ſæpe contingat partes ipſas contra quas in contumaciam procedi conſueuit, vel ita negotiorum mole grauari,vel ita longè abeſſe,vt ipſorum cōtumaciam ſex menſium ſpatio huiuſmodi expurgare minime queant, terminum ſex menſium huiuſmodi ad annum prorogamus, ac contumacibus huiuſmodi defenſiones non niſi poſt anni elapſi terminum denegari debere.Ac quaſcunque aliter quàm vt pręmittitur ferendas ſententias nullas, inanes, nulliuſq; roboris, & momenti fore & eſſe, prout nos eas ex nunc tanquam contra iuris debitum,& de facto latas annullamus,caſſamus,& irritamus. Quo verò ad præuētionem inter iudicem eccleſiaſticum,& laicum, declaramus illam habere locum in terminis, & ſtatu, prout ante dictum motum proprium erat, ac ipſum ad terminos iuris in hoc reducimus, & volumus, vt in præuentionibus procedatur iuxta formam iuris,& ſacrorum decretorum Concilii Tridentini, & non alias aliter nec alio modo.

[a] *Irrita eſt in cauſis pacis & treugæ ruptæ nouæ offenſæ allegatio.*

[b] *Fideiuſſiones de non offendendo poſt pacatas & vtcumque ſopitas lites frequentiſſimæ in Italia.*

TIT.

TIT. XII.

De votis & votorum profeſsione.

Pius Quintus.

Diſciplinæ regularis inſtitutum ſemel profeſſus extra ſolenne velum religionis tribus ſubſtantialibus votis conſilii Euangelici debet obligari, vt perpetuo liberius Deo ſamuletur.

CAP. I.

VBRICVM vitæ genus eorum veriti, qui regularium formam præ ſe ferentes, nec propriis renuntiant, nec vllam profitentur ex regulis approbatis, quando horum plerique proprio inſtinctui obſequentes, alii odio incenſi, alii, dum quod ambiunt minus conſequuntur, alii vel dilapidatis, vel interuerſis rebus, & ad ſeſe, vel propinquos tranſlatis vt ratiocinia effugiant, quidam etiam in ſuos ipſorum mores inquiſitum iri præſentientes, quaſi impunitatem adepturi, è ſodalitio ſuo, vt lubet, exiliunt, eiectiſque illius inſignibus, veſtem recipiunt ſecularem. Hinc graues & periculoſæ [a] quotidie offenſiones in populos concitantur, dum quos diſciplinæ regulari perpetuo mancipatos credunt, rurſus eos, etiam vbi conſueuerint, contempto poſt tot annos, & relicto indignis ſæpe modis, eius cui ſeſe dediderant vitæ inſtituto, liberos vident, & ſolutos in ſeculum euagari. Cum igitur conueniat, vt cuius arma induit eam, miles militiam perſequatur, hanc de prædictis rationem capere inſtituimus, vt vel permanēdi, vel

vel abſcedēdi facultate ſemel ſingulis ꝓpoſita certus deinceps,& immobilis diſciplinæ regularis cultus debeat in ipſis ſodalitatibus perpetuo obſeruari. Itaque de nobis attributæ poteſtatis plenitudine, ſtatuimus, vt omnes & ſinguli Priores, Præpoſiti,& alii pręſidentes generales, prouinciales, & conuentuales, necnon canonici, & fratres ſancti Georgii in Alga Venetiarū, ac eremitarum ſancti Hieronymi, alias beati Petri Piſarum, & omnium, ac quarumcunque aliarum congregationum,necnon eccleſiarum, domorum, & cōuentuum in communi, & ſub obedientia voluntaria, & extra votum ſolemne religionis viuentes, quorum habitus à ſecularibus presbyteris eſt diſtinctus, qui religionem amplecti, & profeſſionem regularem ſolemnem emittere voluerint, id in ſuis quiſque conuentibus,& domibus, intra vigintiquatuor horarum ſpatium, poſtquam delegatus noſter præſentes literas eis ſignificauerit,palam & ſponte deliberent,& declarent inde conuocato quamprimum per ſingulas huiuſmodi congregationes generali vel alio ſupremo iuxta morem cuiuſque congregationis, capitulo, ibique electa [b] vna ſub qua degant ex regulis approbatis,in quam maior pars vocum ipſius capituli conſenſerit trium * votorum ſubſtantialium profeſſionem regularem, intra menſem ſolemniter emittant, & in ea tam ipſi, quam illam deinceps ingreſſuri atq; profeſſuri,perpetuum ferant altiſſimo famulatum. Sicq; profeſſi vel in ſuis quiſque prioratibus, præpoſituris, pręſidentiis,adminiſtrationibus,& officiis confirmētur,vel ad alia transferantur,prout cuique congregationi, & ſuperioribus ſuis videbitur vtilius expedire. Qui verò excurſo iam anni ſpatio in ipſa congregatione morati, refugerint intra tempus prædictum ꝓfiteri,

ſiteri, detracto religionis habitu, ac redditis etiam in vinculis ſi opus ſit, receptorum, & adminiſtratorum omnium rationibus, eiiciantur, nec deinceps patiantur in vllis eiuſdem congregationis domibus, ſeu cõuentibus amplius conuerſari. Romæ 15. Calend. Decemb. 1568.

a *Ingenti ſcandalo ceſſit multorum effrenata audacia qui receſſerunt à profeſſo vitæ inſtituto, ſecularis vitæ cupidi.*

b *Regulæ ſequendæ delectus conſenſu capitali.*

N O T. * *Trium votorum.)* Vouetur obedientia, paupertas & caſtitas. Obedientia regularium quæ in conſiliis quadam ratione potiſſima habetur, ea eſt quę Chriſto in exercitiis perfectionis promptiſſimè obſecundat, qua propriæ voluntatis libertas magna ex parte vel in totum abnegatur. Tenetur itaque obedire in tribus, in obſeruatione regulæ, in iis ſine quibus regula non poteſt impleri, & in pœnis ſubeundis ſi peccet. Secunda virtus quæ ad eſſentiam voti monaſticæ vitæ pertinet eſt caſtitas ipſo voto firmata. Sunt, ait Chriſtus, Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Tertio loco ad monaſticam vitam pertinet profeſſio paupertatis Chriſti exemplo omnium pauperrimi vt lucrum animarum augeret, itaque in Concilio Lateranen. c. cum ad monaſt. de ſtat. monach. ita proprietatis abdicatio ſicut & cuſtodia virginalis adeo annexa eſt regulæ monachali, vt contra eam nec ſummus Pontifex diſpenſare poſſit. Quod ſi proprietas apud quemquã inuenta fuerit in morte ipſa cum eo in ſignum perditionis extra monanaſterium in ſterquilinio ſubterretur, quod beatus Gregorius narrat in dialogo ſe feciſſe. Molanus tractatu quinto de republica.

TIT. XIII.

De gratijs & diſpenſationibus.

Pius Quintus.

In diſpenſationum & aliarum gratiarum impetratione rei geſtæ veritas reticita pœna falſi damnat impetrantes.

CAP. I.

CVM ſicut accepimus nonnulli ſuæ conſcientiæ prodigi ac propriç ſalutis immemores vt facilius à nobis & ſede Apoſtolica diſpenſationes * matrimoniales & alias gratias & cõceſſiones obtineant, gradus conſanguinitatis vel affinitatis, aut cognationis ſpiritualis ac ſcientiam illorum aliter quam eis à principio ab ipſis partibus ſignificatum vel narratum fuerit exponunt, & ſi matrimonia huiuſmodi adhuc contracta non fuerint pro cõtractis narrant, ac alias diuerſimode veram facti ſpeciem, tam in ipſis diſpenſationibus matrimonialibus, quam pro aliis quibuſcunque gratiis & conceſſionibus obtinendis immutent, ac propterea cum non ſolum in impetrationibus huiuſmodi falſitas [a] narretur, verumetiam in partibus plærumque pro verificatione gratiarum huiuſmodi veritas immutetur & falſitas committatur. Nos igitur huiuſmodi abuſibus & erroribus obuiare cupientes omnes & ſingulos qui veritatem facti à narratione quam ab ipſis partibus habuerunt, quod ſubſtantialia & qualitates neceſſario exprimendas diuerſas faciunt ſeu quoquomodo

modo inuertunt, aut immutant deprauantue & per ſubreptionem & obreptionem gratias à nobis extorquēt, pœnam falſi incurrere & ea puniri omninò debere decernimus & declaramus. Romæ 5. Decembris. 1566.

[a] *Diſpenſatio ex falſa cauſa procedens in omni iure irrita eſt.*

N O T. * *Diſpenſationes matrimoniales.*) Diſpenſatio eſt determinatio ſuperioris qua declarat legem communem non eſſe in aliquo particulari caſu ſeruandam. Nec diſpenſatio eſt pura declaratio, vt definitum eſt de voto. c. venientis. ſed eſt quædã iuris relaxatio.

Idem.

Exprimendi ſunt gradus propinquiores in diſpenſationibus matrimonialibus pro coniunctis in diuerſis gradibus.

C A P. II.

PI V S diuina prouidentia Papa V. attendens per quandam conſtitutionem dudum per fœlic. recordat. Pium Papam IIII. ſanctitatis ſuæ prædeceſſorem editam, qua cauetur, quod in diſpenſationibus matrimonialibus, pro diuerſis conſanguinitatis, ſeu affinitatis ex eodem ſtipite prouenientibus gradibus coniunctis non remotioris ſolum, prout olim fieri ſolebat, ſed etiam propinquioris graduum expreſſa mentio fieri debeat, alioquin diſpenſationes, ac deſuper confectæ literæ nullius ſint roboris vel momenti, prout in dicta cõſtitutione plenius cõtinetur, à diſpoſitione iuris cõmunis, & laudabili, ac antiquo Ro. Cu. ſtylo nimiũ recedi, ac fauorẽ matrimonii debitũ reſtringi: volenſq; ꝓpterea iuri &

ſtilo prædictis, necnon piæ mem. Gregorii XI. & Clementis VI. Rom. Pontif. etiam ſanctitatis ſuæ prædeceſſorum veſtigiis inhærendo, ſacramento & libertati matrimonii, quantum cum Deo poteſt fauere, ſtatuit, & ordinauit quod de cætero in quibuſcunque diſpenſationibus quas pro matrimoniis contractis, aut contrahendis inter viros & mulieres, inuicem diuerſis prohibitis conſanguinitatis, ſeu affinitatis, aut mixtis ex communi, ſeu ab eodem ſtipite ſurgẽtibus, quicunque illi ſint, dũmodo primum quoquo modo b non attingant, cum in eo ſanctitas ſua nũquam diſpenſare intendat, gradibus coniunctos, ab eadem ſanctitate ſua & pro tempore exiſtente Romano Pontifice, aut ſede Apoſtolica impetrari, vel alias concedi contigerit, ac literis commiſſionibuſque deſuper etiam locorum ordinariis faciẽdis gradus remotior attendatur, trahatque ſecum propinquiorem, ac ob id ſufficiat remotiorem tantum gradum exprimere, obtentis tamen poſtea ſuper propinquiore literis declaratoriis iuxta Gregorii & Clementis prædeceſſoris huiuſmodi conſtitutiones, quas quoad hoc innouauit, & inuiolabiliter obſeruari mandauit, diſpenſationeſque ſeu diſpenſandi commiſſiones, ac deſuper confectas literas, & proceſſus habitos per eaſdem diſpenſatis, ſeu his cum quibus diſpenſari mandatur propter proximioris gradus huiuſmodi non expreſſionem, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis defectu notari non poſſe, ſed in omnibus, & per õnia ſuffragari, perinde ac ſi in literis ſeu commiſſionibus huiuſmodi de proximiore, ſeu vtoq; gradu, ſpecialis & expreſſa mentio facta fuiſſet.

c *Propinquioris & remotioris gradus expreſſio in diſpenſatione conſequenda.*

b *Vide*

b *Vide Concilium Tridentinum, ſeßione vigeſimaquarta, cap. tertio & quinto. Alphonſum Caſtrenſ. leg. prima. de lege pœnali.*

TIT. XIII.

De Indulgentiis.

Pius Quartus.

Chriſti paßio eſt veluti labrum ex quo omnia bona effluunt, indulgentiarum quoque & gratiarum dona conſiſtunt, quamobrem gratis expediantur, nec pretio mercentur.

CAP. I.

DECET Romanum Pontificem quem Dominus noſter Ieſus Chriſtus Vicariũ ſuum cæleſtibus theſauris a diſpenſandis in terris conſtituit, prouidere, vt ſicut ipſe theſauros huiuſmodi & gratias cœleſtes * gratis acceptas ad honorem Dei, & illius Sanctorum, animarumque Chriſtifidelium ſalutem abſq; lucro diſpēſat, idem quoq; à Romanæ Curiæ officialibus quibus literarum Apoſtolicarum ſuper gratiis à ſede Apoſtolica pro tempore conceſſis expeditio incumbit, obſeruetur. Quapropter inconueniens eſſe cenſentes pro conceſſionibus indulgentiarum quæ in ſolis meritis paſſionis eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & eius glorioſorum Martyrum, & Sanct. conſiſtunt, aliquid temporale exigere; nos præmiſſis prout noſtro incumbit officio de remedio oportuno prouidere volentes, mo-

tu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, dilectis filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ Vicecancell. eiuſque in Cancellaria Apoſtolica Locumtenen. necnon ſummiſtæ ſcriptoribus, illorumque pro tempore Reſcribendario, Computatori, Receptori, & defenſoribus, necnon Secretariis literarum Apoſtolicarum, illarumque tam maioris, quàm minoris præſidentiæ Abbreuiatoribus, ac ſollicitatoribus, plumbique & regiſtri magiſtris collectoribus, earundemque literarum Apoſtolicarum regiſtratoribus, Bullatoribus, fratribus barbaris nuncupatis, & illorum famulis, necnon in regiſtro ſupplicationum manu, & in præſentia noſtra ſignatorum magiſtris, & ſcriptoribus, aliiſque Romanæ Curiæ officialibus, & perſonis etiam eorum officia ex cauſa quantumuis oneroſa obtinentibus cuiuſcunq; qualitatis, & conditionis exiſtant, ac quocunque nomine appellentur, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ, necnon amiſſionis ad ſemeſtre omnium emolumentorum eorum officiorum quæ ipſo iure quoties contrafecerint, fabricæ baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe applicata eſſe cenſeantur, & creſcente inobedientia etiam priuationis eorundem officiorum ipſo facto incurrendis pœnis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium præcipimus, & mandamus, quatenus videlicet in regiſtro ſupplicationum magiſtri, & ſcriptores huiuſmodi vltra ſalarium inibi pro ſignaturis ordinariis exigi ſolitum, alii verò officiales literas Apoſtol. tam ſub plumbo, quam in forma breuis ſuper gratiis indulgentiarum, & peccatorum remiſſion. etiam plenariarum tam pro viuis quam defunctis, tam ad tempus quam perpetuò, ad futuram ſeu perpetuam

petuam rei memoriam, vel alia forma, ac cum quauis narratiua pro quibuſuis particularibus perſonis, ſeu eccleſiis etiam cathedralibus, & collegiatis, monaſteriis, prioratibus, capellis perpetuis, cancellariis, oratoriis, hoſpitalibus, capitulis, collegiis, conuentibus, confraternitatibus, ſocietatibus, vniuerſitatibus, & quibuſcunque aliis piis locis à nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, etiam facultatem eligendi confeſſorem cum votorum commutatione in ſe continentibus pro tempore. Citra tamen clauſulam porrectionis manuum adiutricum conceſſis, & concedendis conficien. gratis pro Deo vbiq; per eorum officia abſq; aliquæ taxæ regalium, ſeu iocalium, aut cuiuſuis alterius generis ſolutione, vel exactione quantumuis ordinaria, vel extraordinaria, omnibus recuſatione & contradictione ceſſantibus, illico nullo alio à nobis aut altero deſuper expectato mandato expediant, & proſequentibus illarum expeditionem, etiam ſi partes, quorum intuitu fuerint conceſſæ in Ro. Curia non ſint præſentes, ſed longè ab illa abſint, expeditas tradant & conſignent. Ro. Cal. Ian. 1562.

[a] *Indulgentiarum diſpenſatio ſummo Pontifici, Epiſcopis & alijs iuriſdictionem cõmiſſam vel ordinariã habentibus, differẽter tamen concredita eſt. Pontificis namq; poteſtas non niſi iure diuino limitatur, cũ eas cunctis fidelibus conferre poſsit. Epiſcopi verò non niſi in ſubditos. Vide Concil. Lateranen. ſub Innocentio III. celebratum, an. 1215.*

NOT. * *Theſauros huiuſmodi & gratias cæleſtes.*) Infinitus eſt Chriſti theſaurus, cuius Petri ſucceſſores regni cœleſtis clauigeri diſpenſatores exiſtũt, quem quidem beatæ Dei genitricis omniumque electorum à primo iuſto vſque ad vltimum merita maximum adminiculum præbent. Indulgentias mordicus digladiantur hæretici, quorum inanes nugæ diſcuſſæ & conuulſæ damnãtur iampridem Concil. Conſt. ſeſſio. 8.

De his conſule Roffenſem in illo opere quod contra Lutheri captiuitatem Babylonicam edidit. Iacobum Latomum in determinationibus facultatis Louanienſis.

NOT. ** *Cum votorum commutatione.)* Eximitur ab obligatione ſoluendi votum qui vouet pro voti commutatione, vel in aliquid melioris vel æqualis, vel minoris, hoc eſt in melius aut in rem æquiualentem, imo in maius ipſe qui vouit commutare poteſt. Summi autem Pontificis authoritati vota quædam reſeruantur, Hieroſolymitanum, Romanum, Compoſtellanũ, caſtitatis perpetuæ, & religionis. Praxis tamen admittit quod Epiſcopi diſpenſent in conditionalibus & in pœnalibus. Vide Lopæſium 1. Tom. inſtruct. conſcientiæ.

Tit. XIIII.

*De Quæſtorum * tollendo abuſu.*

Quæſtorum abuſus ſpiritualis theſauri ecclesiæ largitiones in auarum lucrum conuertens, extinguendus.

Cap. I.

ETSI Dominici gregis ſaluti ſemper intenti, ſingulis cum humilitate poſcentibus ea benignè concedere nos & prædeceſſores noſtri ſtuduerunt, per quæ peccatorum mole depoſita [a] ſalus ipſis ſuccedat, & hoſtis humani generis ſeruitute ereptas animas lucrifaciant altiſſimo, qui eas nobis ſua bonitate commiſit: id tamen propenſiori ſtudio nos præcauendum eſſe cenſemus, ne cuiuſuis indulgentiæ, remiſſionis, vel facultatis obtentu Chriſtifideles procliuiores ad illicita in poſterum cõmitten-

mittenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentiuum,& exinde clauium auctoritas deducatur in contemptum, & Chriſtifideles quamplurimum ſcandalizentur. Sanè cùm ad auditum noſtrũ ex diuerſis mundi partibus quamplurimæ querelæ ꝑlatæ fuerint, quod vigore diuerſarũ indulgentiarum, & facultatum per prædeceſſores noſtros,ac etiam nos vel auctoritate noſtra tã fabricæ noſtræ baſilicæ Principis Apoſtolorum,& eccleſię S.Ioannis Lateranenſis de Vrbe, ipſiuſq; eccleſiæ, necnon S.Ioannis, & S.Lazari Hieroſolymitani,ac S.Spiritus in Saxia,& S.Ioannis Lateranenſis,ac S.Iacobi Incurabilium, de eadem Vrbe, necnon S.Elmi, & S.Bouis, ac S.Gothardi,& S. Leuguzoni, necnon S.Nicolai, & S.Bernardi Montis Iouii, necnon S.Leonardi, ac S.Marthæ, necnon ſanctiſſimi Crucifixi Siracuſan.ac S.Marię de Monte Serrato, hoſpitalibus, ac etiam S.Sebaſtiani prope, & extra muros dictæ vrbis, necnon S.Antonii de S. Antonio Viennen. diœceſis & redemptionis captiuorum nuper Neapoli inſtituto monaſteriis, illorumque, ac diuerſis aliis eccleſiis,monaſteriis, hoſpitalibus, militiis,confraternitatibus,ſocietatibus,& piis locis conceſſarum multi quæſtores ex eiſdem indulgentiis, lucrum temporale tantum quærẽtes nominibus fabricę eccleſiarum,hoſpitalium,monaſteriorum,militiarum,confraternitatum,ſocietatum,& priorum locorum in diuerſis ciuitatibus, & diœceſibus quæſtas facere,confratres deſcribere,capellas,& oratoria erigere, illiſque erectis indulgentias huiuſmodi cõmunicare,& in diuerſis gradibus à iure prohibitis diſpenſare, ac plura etiam concedere, quam, eis vigore facultatum prædictarum licitum ſit,[b] ipſique lucro intenti, pecuniaſque potiuſquam Chriſtifidelium ſalutem

quærentes,ac eiſdē indulgentiis ſic abutentes, quæſtū ex illis particularem facere conantur,varioſque & diuerſos Quæſtores, Commiſſarios, Procuratores, Receptatores, Theſaurarios, Factores, Nuncios, & alios miniſtros conſtituere, qui non ſolum ſupradicta, ſed etiam plura alia eis nunquam conceſſa facere, & concedere, necnō locorum ordinarios, illorumq; in ſpiritualibus Vicarios generales, & officiales, ac miniſtros, eccleſiarumque & ordinum Prælatos, Superiores & perſonas quæſtas huiuſmodi impedientes cenſuris eccleſiaſticis innodare,& alias in pluribus grauiter excedentes, in diuinæ maieſtatis offenſam, ac ſuarum, & Chriſtifidelium animarum perniciem, ac ordinariorum perturbationem,& piarum mentiū ſcandalum [c] præſumunt.Nos qui Deo propitio gregis dominici meritis licet inſufficientibus curam gerimus, & illum ſpiritualis theſauri elargitione cupimus ipſi Deo reddere acceptabilem,ex præmiſſis,& aliis rationabilibus cauſis animum noſtrum mouentibus, fœlicis recordationis Calixti IIII. Clementis VII. Pauli III. Iulii ſimiliter III. & diuerſorum aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes,motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera noſtra voluntate, & deliberatione omnes, & ſingulas indulgentias etiam perpetuas, & peccatorum remiſſiones fabricæ & eccleſiæ huiuſmodi, necnon ſancti Ioannis Hieroſolymitani etiam pro conſtructione, & ædificatione illius nouæ ciuitatis prædictis, in quibuſuis aliis hoſpitalibus, monaſteriis, eccleſiis, domibus, militiis, ordinibus etiam mendicantium, congregationibus, confraternitatibus, & vniuerſitatibus, & piis locis illorumque ordinibus, capitu-

lis,

lis,conuentibus,magiſtris, ſuperioribus, & tam ſecularibus, quam quorumuis etiam mendicantium ordinum regularibus perſonis, tam ſingulariter, quam vniuerſaliter per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac ex quibuſuis etiam vrgentiſſimis cauſis, etiam cauſa redemptionis captiuorum, & alias quomodolibet conceſſis: pro quibus conſequendis manus ſunt porrigendæ adiutrices, & quæ quæſtuandi facultatẽ quomodolibet continent, illarum omnium tenores,formas, derogationes & decreta præſentibus pro expreſſis habentes auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuò reuocamus,caſſamus,irritamus,& annullamus, ac viribus vacuamus. Et inſuper perpetuò hac noſtra valitura conſtitutione decernimus, quod exnunc de cætero ſub indignationis noſtræ pœna prætextu indulgentiarum,& facultatum per quoſcũque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos,& ſedem Apoſtolicam etiam motu ſimili, ac ſedis Apoſtolicæ Legatos, & aliàs quomodolibet conceſſarum,& quas à nobis & ſede prædicta in poſterum verbo literis ac quauis alia ſcriptura etiam manu noſtra ſignata etiam cum clauſula quod ſola ſignatura ſufficiat,etiam in fauorem fidei, aut cruciatæ [d] ſanctæ, vel cuiuſcunque alterius piæ cauſæ etiam priuilegiatæ concedi quomodolibet contigerit, nullus quauis etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, & Patriarchali aut maiori dignitate etiam Cardinalatus honore, ſeu etiam regali, vel temporali excellentia præfulgeat, audeat vel præſumat quæſtas facere,aut nũcios, quæſtores, commiſſarios, theſaurarios, receptores pro illis reci-

recipiendis in dictis hoſpitalibus, eccleſiis, domibus, monaſteriis, militiis, & aliis ſupra nominatis vel pro eis aut illorum nominibus alibi conſtituere, & deputare niſi ex ſpeciali licentia, & ex certa ſcientia noſtris & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, de qua per literas noſtras, & eiuſdem Romani Pontificis pro tempore exiſtentis locorum ordinariis, vel eorum in ſpiritualibus Vicariis, ſeu officialibus derogationem præſentis noſtræ conſtitutionis illius tenore, de verbo ad verbum inſerto expreſsè cōtinentes. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Romæ 6. Idus Febr. 1566.

[a] *Indulgentias intelligit & publicas illas theſauri eccleſiæ largitiones. Eſt enim indulgentia ſatisfactionis iniunctæ aut iniungendæ moderata remiſſio, cum abolitione pœnæ temporariæ in futuro ſeculo reſtantis, ex toto vel ex parte.*

[b] *Abuſus varij qui inſcia ſede Apoſtolica committuntur.*

[c] *Grauiſſima inflixit tela eccleſiæ decori quæſtuaria illa ſacrarum indulgentiarum nundinatio, quæ compulit ſacrum Cōcilium Tridentinum ſeſſione 5. hos quæſtores importunos, ſuperſtitioſos, impudentes, vagos, & errones arcere.*

[d] *Pro bello ſacro temporibus Leonis X. cruciatæ indulgentiæ publicatæ fuerunt anno 1517.*

NOT. * *De quæſtorum.)* Nomine quæſtoris non vtitur hic titulus ea ratione qua ſolet ſumi apud iuris ciuilis placita, quo quidem intelligebantur ii qui quæſturam gerebant quibuſque curę erāt leges, penes laterculū minus, vt eſt in Nouell. Theod. de hom. ca. ſac. Symmach. lib. 2. Epiſt. ad Auſon. Quæſtor es, memini, cōſilii regalis particeps, ſcio, precū cōditor, recognoſco. adde adhuc alia mille. Vt aūt quæſtores Romanis illuſtres & excellentiſſimi vocabātur, ſic turpes & indignos illos ſacri diuinique eloquii nundinatores qui ſacra verba cauponantur, hæc cōſtitutio poſt Concilium Tridentinum damnat.

Idem

Idem ex Concilio Tridentino.

Indulgentiæ per quæſtores ob quæſtum & bona extorquendi verius quam impetrandi deſiderium prædicatæ reuocantur & prohibentur.

Cap. II.

QVAM plenum ſit periculi noxia populis ingerere, nimium his temporibus afflicta religio teſtatur, quod malum cum in cæteris miniſtris, tum pręcipue in eccleſiarum prælatis animaduertendum eſt, quod ab his temere profecta longe maxima eccleſiæ Dei conferant detrimenta. Rem ſane indignam audiuimus, quod non ſolum quondam Gometius Tello Giron temporarius adminiſtrator eccleſiæ Toletanæ, ſed etiam quidam Hiſpaniæ eccleſiarum præſules officii paterni prætextu facultates ſibi à ſacris canonibus conceſſas excedentes, literas ſuas in ipſorũm ciuitatibus ac diœceſibus auſi ſunt publicare, quibus inter cætera periculoſa deprehenditur, quod cuicunq; illas accipienti certa ſoluta pecunia licitũ ſit quem voluerit ſibi ſumere ſacerdotẽ, qui confeſſione audita ipſum abſoluere valeat, nõ in eis tantũ caſibus, in quibus ſimplex ſacerdos [b] abſoluere poteſt, ſed ẽt in iis quę ſolis Epiſcopis reſeruata reperiũtur, aliquo præterea caſu admiſto veluti ſimoniæ reatu, qui ad examen huius ſanctæ ſedis eſſet referendus. Non animaduertentes ipſi Præſules, & Adminiſtratores quã periculoſum ſit ea paſſim in certis perſonis committere, quæ ad Epiſcoporũ iudiciũ, arbitriumq; idcirco deferuntur, vt qui melius lepram à lepra

à lepra diſcernere norint, cauſis & circumſtantiis ſubtili indagine exploratis, ſalutaria cuique morbo remedia valeant adhibere. Ad hæc ipſi in diſpenſandis [b] cœleſtis gratiæ donis nimium prodigi, iis ſic literas prædictas accipientibus, indulgentias, & pœnitentiarum iniunctarum remiſſiones nulla cum re temporali conferendas, profuſius & indiſcretè largiuntur, quibus & aliis licentiis prædictis non pauci fluctuantes & infirmi, veniæ facilitate inducti, ad peccandum procliuiores fiunt, quando tot & tantorum delictorum remiſſionem certo & viliſſimo pretio acquirere poſſe confidant. Indicem prætere a caſuum & indulgentiarum ædibus ſacris appendi iuſſerunt, quo palam ſignificatur ſoluentibus ſupraſcripta concedi, & inter alia abſoluendi facultatem ab eſu prohibitorum tribui. Itẽque indulgeri Miſſæ ſacrificium, & ſepulturam tempore interdicti, aſſumptionem duorum pluriumue compatrum ad ſacrum Baptiſma, præter eos qui ſynodalibus (vt dicunt) conſtitutionibus aſciſcuntur, reparationem eccleſiarum, erectionem confraternitatum, & alias pias cauſas prætexendo. Cum igitur inter cætera ſcandala, etiam ſimoniæ prauitas redoleat, ex prædictis ſacri Tridentini [c] Concilii decretis, & aliis ſanctionibus canonicis, noſtræ præterea conſtitutioni de indulgentiis ad quæſtum non emittendis, aduerſetur, clauium auctoritas euileſcat, & pœnitẽtialis ſatisfactio eneruetur. Nos his malis celeri remedio occurrendum, eademq; opera futuris prçcauendum fore cenſentes, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſupradicta omnia, quæ in ipſa Toletana, & quibuſcunq; aliis ciuitatibus, diœceſibus, & locis, tam Hiſpaniæ, quã aliarum quarumcunq; prouinciarum, & regionũ quocunq; prętextu hucuſq; emanarunt, ꝑpetuo abolemus,

lemus, ac nulla, & irrita nuntiamus, iubemuſq; literas & indices, necnõ ſcripturas, & monumenta quęcunq; publica, & priuata, per ipſos locorum ordinarios, & alios eccleſiarum rectores vbicunq; reperientur dilacerari penituſq; deleri; Et ne talia de cætero à quoquã fiant, publicentur, vel concedantur, diſtrictius ꝓhibemus. Quicunq; ſecus egerint, ſeu attentauerint, antiſtites ẽt ſi Cardinalatus honore præfulgeant, ab ingreſſu, & perceptione fructuum ſuarum eccleſiarum tãdiu ſuſpenſi iaceant, donec ſatisfactione pręuia illis per ſedem prædictam ſuſpenſio relaxetur. Inferiores verò ab Epiſcopis ſentẽtiam excommunicationis incurrant, à qua niſi in mortis articulo cõſtituti, ab alio quàm Romano Pontifice abſolutionis beneficiũ nequeant obtinere. Rom. 4. Non. Iunii. 1569.

[a] *Quilibet ſacerdos iure diuino habet authoritatem abſoluendi, ſed iure eccleſiaſtico ſuſpẽditur, idcirco ordinaria aut ſubdelegata opus eſt poteſtate.*

[b] *Vide* Calderi. *de pœnit. & remiſſione. c. noſtro. col. 17.* Nauar. *tract. de indulgentijs.*

[c] Concil. Trid. *præſcripta norma legitimè elargiendi indulgentias, & tollendi abuſus quæſtuariorum. ſeſſ. 5. de refor. c. 2. & ſeſſ. 21. de reformat. c. 9.*

NOT. * *Solis Epiſcopis reſeruatæ reperiuntur.*) Concil. Tri. ſeſs. 14. c. 7. magnopere ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere ſanctiſſimis patribus noſtris viſum eſt vt atrociora quædã & grauiora crimina non à quibuſuis, ſed à ſummis duntaxat ſacerdotibus abſoluerẽtur, vnde meritò Pontifices maximi pro ſuprema poteſtate ſibi in eccleſia vniuerſa tradita, cauſas aliquas criminũ grauiores ſuo potuerũt peculiari iudicio reſeruare. Idem quoq; Epiſcopis omnibus in ſua euiq; diœceſi in ædificationẽ tantum non in deſtructionem licet pro illis in ſubditos ſupra reliquos inferiores ſacerdotes authoritate præſertim quo ad illos quibus excõmunicationis cẽſura annexa eſt. Et can. 11. ſeſſ. 14. Si quis dixerit Epiſcop. nõ habere ius reſeruãdi ſibi caſus, niſi

niſi quoad externam politiam, atque ideo caſuum reſeruatio-nem non prohibere quominus ſacerdos vere abſoluere poſſit, anathema ſit. Hactenus Concil. Explicatior apparebit huius ſcholii intellectus apud Canoniſtas in l.6.de pœn.& remiſ. Anton.3.part tit.12.c.11 Angel.Sylu. Armill.& alios ſummiſtas ver. caſus.gloſſ.in Clemen.c.dudum.§.ac etiam.de ſepult. Alexan.& Arioſt.l.1.de poteſtate confeſſoris.

Tit. XV.

De decimis.

Sixtus V. ex Bulla cœnæ Domini.

Eccleſiaſticis perſonis decimas & alia onera imponentes abſque licentia Papæ, excommunicantur.

Cap. I.

EXCOMMVNICAMVS & anathematizamus omnes eos qui aut collectas, * decimas, taleas, præſtantias, & alia onera clericis, prælatis, & aliis perſonis eccleſiaſticis, ac eorũ, & eccleſiarum, monaſteriorum, aliorum beneficiorũ eccleſiaſticorum bonis, illorumque fructibus, reditibus, & prouentibus huiuſmodi abſque Rom. Pontifi. ſpeciali, & expreſſa licentia imponunt; & diuerſis etiã exquiſitis modis exigunt; aut impoſita etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt: necnon qui per ſe, vel alium ſeu alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem, aut votum, ſeu ſuffragium palam,

palam, vel occultè præſtare non verentur, cuiuſcunq; ſint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, cõditionis, aut ſtatus, etiam ſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, Reſpublicæ, & alii potentatus quicunque etiam regnis, prouinciis, ciuitatibus, & terris quoquomodo præſidentes, aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti: Innouantes decreta ſuper his per ſacros canones tam in Lateran. nouiſſimè celebrato, quàm aliis Conciliis generalibus edita etiam cum cenſuris, & pœnis in eis contentis.

NOT.* *Collectas, decimas, taleas, præſtantias, & alia onera.)* Clerici non poſſunt grauibus illis impoſitionibus in libertatis eccleſiaſticæ detrimentum & inconſulto ſummo Pontifice torqueri. text. placet. C. de ſacroſanct. eccleſ. & cap. quanquam. de cenſibus. Fuitque hoc ius ſingulare exemptionis, etiam ipſis Ethnicis in gratiam Pontificii & Præſulei ordinis conſpicuum; habuerunt enim prima illa legum rudimenta ſummo honori, ſtatum Democraticum ſiue popularem, & Pontificatum. Pontifices eos vocarunt qui ſacra procurabant, quos nec re nec verbo violari licuit. Ob auguſtum & verè regium Sacerdotii munus eos nullis vt reliquæ populi claſſes ſubeſſe legum rigidiorũ placitis, ſoluerenturque ab omni canone cenſus, vectigalis, oneris cuiuſcunque tum perſonæ tum patrimonii. Suos ſacerdotes eadem facultate potiri debere cenſuerunt priſci Romani. Numa Pompilius ethnicæ illius religionis pius cultor, Pontifices inſtituit quibus cura eſſet Magiſterii Veſtalium. Habuit Roma Salios, Quindecimuiros, Flamines, & Lupercos. Veſtales inſuper & alios multos ſacris addictos, quos omnes omni donauit immunitate. Romana æmulatione Galli periti eorũ hominum qui in aliquo ſunt numero atque honore, vt loquitur Iulius Cæſ. lib. 6. de bello Gallico, genera fecerunt duo, alterum eſt Druydum, alterũ equitum. Druydes, hi erant qui diuinis rebus intererant regibus, quiq; interpretabãtur ſacra publica, à bello abeſſe conſueuerant, neq; tributa vna cũ reliquis pẽdebãt, militiæ vacationẽ omniumq; rerũ habent immunitatẽ. Veteris Teſtamenti hiſtoria & Geneſeos potiſſimum cap. 14. præterea quæ in 27. Leuitici habentur, terram Sacerdotũ Moſes

Cc ſub

ſub Pharaonis tyrannide manſiſſe liberam & à miſera totius regni ſorte immunem refert. Vtinam Chriſtiani orbis Monarchæ in Pharaonem tanquam in archetypum aliquod intenderent. Si enim tanti vitrum, quanti pretioſum margaritam? Altiuſque animo reuoluerent portoria, vectigalia & tributa ſine impietate a ſacerdotibus poſſe exigi. Concilii Lateranenſis & Viennenſis canonibus, bonorum præſcriptio, infamia, & exilium pollicetur iis qui talia audent. Frederic. nona conſtit. in auth. Item nulla communitas. de Epiſcopis & cleric. c. aduerſus. de immunit. eccleſ. c. clericus. eod. tit. lib. 6. clem. prima. ibid. Vide Guid. Pap. deciſ. 381. Bald. ſup. d. l. placet. & §. nos Romanorum. de pace Conſt. Neque id mirum: Quicquid enim Deo ſemel conſecratum eſt perpetuo ſanctum eſſe debet. Leuit. 27.

TIT. XVI.

De religioſis domibus & montibus pietatis.

Pius Quartus.

Piorum locorum & monaſteriorum exemptio ab onere hoſpitandi milites.

CAP. I.

CVM, ſicut non ſine graui dolore nobis innotuit, omnia, & ſingula, ſeu quamplurima hui9 almæ vrbis, ac ēt ſtatus noſtri eccleſiaſtici conuentus, & monaſteria, & alia eccleſiaſtica, & pia loca tā ſecularia, quā regularia, & à pſonis religioſis quomodolibet inhabitata, eo tempore, quo equites & milites eiuſdē almæ vrbis, ac ſtatus eccleſiaſtici pfati p defenſione ipſius vrbis, & ſtatus aduerſus infeſtiſſimū Turcarū tyrannū, vel ob alias, quæ pro tempore ſeſe offerunt cauſas expediri, & ad diuerſa eiuſdem ſtatus loca tranſmitti contingit, ab eiſdem equiti-

equitibus, & militibus perturbentur, & moleſtentur, ipſiq; conuẽtus, monaſteria, & alia eccleſiaſtica, & pia loca in eorundem equitum, ſeu militum diſtributione nonnullos eorundẽ equitum, & militũ intra eorũ domos, & monaſteria hoſpitio excipere, & recipere cogantur, in maximũ eorum detrimentũ, diuini cultus ꝑturbationem, [a] grauiſſimũ religionis dedecus, Dei optimi offenſam, & non ſolũ præter oẽm noſtrã intẽtionem, verum ẽt intolerabilem animi noſtri amaritudinẽ. Quapropter nos in præmiſſis quantũ cum Deo poſſumus de optimo remedio celeri manu prouidere, ac monaſteriorũ, & aliorum eccleſiaſticorũ, & piorum locorũ huiuſmodi ꝑſonarum Deo altiſſimo die noctuq; famulantiũ q̃eti, integritati, & decori conſulere volentes, motu ſimili, & ex certa noſtra ſciẽtia, ac de Apoſt. poteſtatis plenitudine vniuerſis, & ſingulis tam dictę almæ vrbis, quã totius ſtatus pręfati Gubernatoribus, Poteſtatibus, Ducibus, & Capitaneis, communitatibuſq;, & vniuerſitatibus, & aliis ad quos ſpectat, & ꝑtinet, ac ſpectabit, & ꝑtinebit quomodolibet in futurum, ne deinceps perpetuis futuris temporibus in eorundem militum, & equorum diſtributione, tam in tranſeundo, quam inibi commorando, communitatibus, & vniuerſitatibus videlicet ne dictos equites, ac milites in eiſdem monaſteriis, cœnobiis, domibus, & aliis eccleſiaſticis, & piis locis ſub duorum millium ducatorum auri Cameræ Apoſtol. ipſo facto applicãdi & aliis arbitrii noſtri pœnis quouis quæſito colore, cauſa, ingenio, ſiue prætextu diſtribuere ſiue aſſignare, vel ad illos recipiendum, & hoſpitio excipiendum cogere; ipſis verò Capitaneis, & Ducibus ne eoſdem ſuos equites, & milites ſub indignationis noſtræ, ac priuationis officiorum ſuo-

rum aliiſque etiam arbitrii noſtri pœnis in dictis monaſteriis, cœnobiis, domibus, & aliis eccleſiaſticis, & piis locis, etſi communitates, & vniuerſitates ipſæ eadem loca eiſdem aſſignaſſent, diſtribuant. Gubernatoribus verò, & ipſarum ciuitatum, & locorum Prætoribus, ac aliis officialibus quibuſcunque quo minus præmiſſa ab ipſis communitatibus, & vniuerſitatibus, ac Capitaneis, & Ducibus fiant, ſub eiuſdem indignationis noſtræ, ac etiam priuationis officiorum ſuorum præfatorum reſpectiue pœnis auctoritate Apoſtolica ſinant, vel permittant, inhibemus, præcipimus, committimus, & mandamus. Et inſuper tam illis, quàm equitibus, & militibus præfatis, ne monaſteria, cœnobia, & loca pia huiuſmodi in perſonis, rebus, & bonis, aut alias deſuper quomodolibet moleſtare, perturbare, impedire & inquietare, ſeu moleſtari, pturbari, vel aliàs inquietari facere audeant, ſeu præſumant, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub iam dictis pœnis eadem auctoritate inhibemus, præcipimus, committimus, & mandamus, ipſa monaſteria, cœnobia, domos, & alia eccleſiaſtica, & pia loca ex nunc ab eiſdem militibus, & equitibus, ac onere illos hoſpitio excipiendi, motu, & auctoritate ſimilibus eximendo, & totaliter liberãdo, ac libera & immunia faciẽdi.

[a] *Duo ſunt quæ è diametro refragantur pijs locis, monaſticis potiſſimũ, tumultus & cruor, quæ in belligeris tamẽ expetũtur.*

[b] *Monaſteria & cœnobia eximuntur ab onere hoſpitandi milites.*

Idem.

Ordinis mendicantium cœnobia, monaſteria, & prædia a collectis, ſubſidijs & hoſpitijs militum eximuntur.

CAP.

CAP. II.

DVm ad vberes, quos ſacri * mendicantium ordines in agro dominico quotidie faciũt fructus attentè reſpicimus, & attentè conſiderationis indagine perſcrutamur ipſorũ religionis ſinceritatem, & voluntariæ paupertatis habitũ, in quibus ſub humilitatis ſpiritu deuotum altiſſimo præſtant famulatum, dignum quin potius debitum reputamus, vt illis ea libenter concedamus, per quæ ſemotis quibuſlibet grauaminibus promptiores eiuſdem altiſſimi inhæreant ſeruitiis. Hinc eſt quod nos volentes eoſdem mendicantium ordines, & dilectos filios eorum fratres, & monachos, cæteraſque ꝑſonas, ac etiam moniales quaſlibet eiuſdem ordinis ſub illorum cura degentes ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi, motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus omnes & ſinguli mendicantium ordinum huiuſmodi fratres, monachi, & dilectæ filiæ in Chriſto moniales ſeu ſorores, ac aliæ vtriuſque ſexus perſonæ regulares vbilibet per totum Chriſtianum orbẽ diffuſi, & conſtituti, illorumque mõnaſteria, cœnobia, domus, conuentus, eccleſiæ, capellę, oratoria, & alia loca etiam vnita, ac membra, & dependentia, necnon terræ cultæ, & incultæ, poſſeſſiones, prædia, agri, & alia omnia & ſingula mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia, & vbilibet, ac in quibuſcunque rebus conſiſtentia bona, necnon eorum in dictis bonis laboratores, coloni, arrendatarii, locatarii, & affictuarii, negotiorũq; ſuorum geſtores vniuerſi quomodolibet nuncupati, nunc & pro tempore exiſtentes in perpetuum, ab

omnibus, & ſingulis exactionibus tam vrbanis, quàm ruſticis, necnõ datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, collectis, impoſitionibus, & oneribus ordinariis, & extraordinariis, ac tam realibus, quã pſonalibus meris, & mixtis, etiam ſubſidio triennali, & augmẽto, ac focularibus, equorũ taxis, militumq; hoſpitiis, ac alias quibuſcunq; nominibus nuncupatis quauis auctoritate quomodolibet impoſitis, & imponendis, & quæ laicis ac aliis qbuſuis quomodolibet imponi conſueuerunt, & in futurũ imponentur, ac rõne quarũcunq; mercium, & rerum cuiuſcunq; generis, vel qualitatis exiſtentium, tam p mare, & aquam dulcem quàm per terram vndecunq; & quomodocunq; pro tẽpore delatarum, necnon animalium quorumcunq; mortuorum & viuorũ, & quæ alias quomodolibet & ex quauis cauſa ac ſuper quibuſcunq; rebus tam in alma vrbe noſtra quã extra eam vbilibet locorum exiguntur, & in futurum exigentur, necnon à contributionibus, & ſolutionibus in illis faciẽdis, ac tam pro victu & veſtitu, quã quocunq; alio vſu ſuo tantũ, ac tam emendo, quàm vendendo, & alias quomodolibet negotiãdo, necnon ẽt à ſolutione quadrantis pro ſingulis liberis carnium de animalibus, quę nunc & pro tempore ex armẽtis occidi contigerit, necnon ẽt quæ in ſuis ædibus, prædiis, & poſſeſſionibus priuatim detinent, & nutriunt, ac à contributione ſumptuum, & expenſarum quæ aliquando pro pontibus, viis, aquæductibus, muris, mœnibus, aliiſue machinis ſtruendis, & reparandis, ſeu reficiendis, ac ciuitatum, terrarum, & locorum quorumcunq; fortificationibus, necnõ etiam alias in omnibus, & per omnia, ac tã in dicta vrbe quã extra eam vbilibet penitus, & omnino liberi, immunes, & exempti, ac liberæ, & exemptæ, liberaq; immunia

nia & exempta ſint, & eſſe cenſeantur, ac pro talibus teneantur, & reputentur. Quodq; terræ, agri, poſſeſſiones & loca aratiua, vt præfertur in illis quæ aliquãdo pro paſcuis animalium ad certũ tempus, reſeruantur, nullatenus vnquam comprehendantur, nec comprehendi cenſeantur, ac etiam monaſteria, cœnobia, aliaque omnia regularia loca prædicta, pro quorumcunq; militũ tam equitum quàm peditum hoſpitiis, quemadmodũ magno cum noſtro dolore hucuſq; in pleriſq; locis factum cõperimus, nequaquam aſſignẽtur, nec aſſignari debeant, Ro. 29. Iul. 1566.

[a] *Exceptio à cunctis tributis in gratiam regularis paupertatis.*

NOT. * *Sacri mendicantium ordines.*) Qui deuicto ſeculo, & abiectis mundi illecebris ſtrictiorem viuendi rationem ſub regula vel S. Auguſtini, vel diui Franciſci hi mendicantium nomen ſortiũtur quod nihil ſibi relinquerint vt lucrarẽtur animas & ſeipſos Chriſto, quique ſub humili & vili pauperrate omniũ ditiſſimi effecti nihil vnquam pro re aliqua plus dederũt quam qui omnia contempſerunt. Huius inſtituti præclarus fuit præco Auguſtinus auguſtam, ſanctam, & ſyderéam vitam cœnobitarum, & monachorum obiiciens, lib. de morib. eccleſ. 1. cap. 31. Quis non (inquit) illos miretur & prædicet, qui contemptis ac deſertis mundi huius illecebris, in communem vitam caſtiſſimã ſanctiſſimamque congregati ſimul ætatem agunt, viuentes in orationibus, in lectionibus, in diſputationibus, nulla ſuperbia tumidi, nulla peruicacia turbulenti, nulla inuidentia liuidi, ſed modeſti, verecundi, pacati, concordiſſimam vitam intentiſſimam in Deum, gratiſſimum ipſi munus offerunt, à quo iſta poſſe meruerunt. Nemo quidquam poſſidet proprium, nemo cuiquam oneroſus eſt. Patres verò non ſolum ſanctiſſimi moribus, ſed etiam diuina doctrina excellentiſſimi, nulla ſuperbia, conſulunt his, quos filios vocant, magna ſua in iubendo authoritate, magna eorum obtemperando voluntate.

Leo Decimus, ex Concilio Lateranenſi.

Montes pietatis Chriſtiana charitate erecti, & auctoritate Apoſtolica probati & confirmati, & ab vſurario fœnore alieno liciti ſunt.

Cap. III.

INTER multiplices noſtræ ſollicitudinis curas, illam in primis ſuſcipere pro noſtro paſtorali officio debemus, vt quæ ſalubria, & laudabilia, ac catholicę fidei conſona, & bonis moribus conformia, noſtro tempore non ſolum enucleentur, verum etiam ad poſteros propagentur, & quæ materiã ſcandali præbere poſſent, penitus ſuccidantur, & radicitus extirpentur, nec pullulare vſquam ſinantur in agro Dominico, & vinea Domini Sabbaoth duntaxat conſeri permittendo, quibus fidelium mentes paſci ſpiritualiter poſſint, eradicatis zizaniis, & oleaſtri ſterilitate ſuccíſa. Sane cum olim inter nonnullos dilectos filios ſacræ Theologiæ Magiſtros, ac Iuris vtriuſque Doctores, controuerſiam quandam non ſine populorum ſcandalo & murmuratione exortam, & nuper his diebus innouatam eſſe comperierimus, circa pauperum [a] releuationem in mutuis eis publica auctoritate faciendis, qui Montes pietatis vulgo appellantur, quique in multis Italiæ ciuitatibus, ad ſubueniendum per huiuſmodi mutuum pauperum inopiæ, ne vſurarum voragine deglutiantur, à ciuitatum magiſtratibus, & aliis Chriſtifidelibus ſunt inſtituti, atque à ſanctis viris diuini verbi præconibus,

nibus,& laudati, & perſuaſi,ac à nõnullis, etiam ſummis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris probati & confirmati ſunt, ne præfati Montes à Chriſtiano dogmate diſſonantes,vel non,vtraque parte diuerſimode ſentiente, atque prædicante; Nonnullis enim magiſtris,& Doctoribus dicentibus, eos * Montes nõ eſſe licitos, in quibus aliquid vltra ſortem pro libra,decurſo certo tempore, per miniſtros huius Montis, ab ipſis pauperibus quibus mutuum datur, exigitur, & propterea ab vſurarum crimine iniuſtitiaue, ſeu ab aliqua certi ſpecie mali,mundos nõ euadere; cum Dominus noſter,Luca Euangeliſta [b] atteſtante,apto nos præcepto obſtrinxerit, ne ex dato mutuo quicquam vltra ſortem ſperare debeamus. Ea enim propria eſt vſurarum interpretatio, quando videlicet ex vſu rei quæ non germinat, nullo labore, nullo ſumptu, nulloue periculo, lucrum [c] fœtuſque conquiri ſtudetur. Addebant etiam iidem Magiſtri & Doctores in iis Mõtibus,neque commutatiuæ, neque diſtributiuæ iuſtitiæ fieri ſatis, cum tamen iuſtitiæ terminos contractus huiuſmodi excedere non debeant, ſi debeant approbari.Idque prærerea probare nitebantur,[d] quia impenſæ pro huiuſmodi Montium conſeruatione, à pluribus(vt aiunt)debitæ,à ſolis pauperibus quibus mutuum datur, extorqueantur, pluraque interdum vltra neceſſarias & moderatas impenſas, non abſque ſpecie mali, ac incentiuo delinquendi, quibuſdam aliis perſonis (vt inferre videntur) exhibeantur. Aliis verò pluribus Magiſtris & Doctoribus contra aſſerẽtibus, & in multis Italiæ Gymnaſiis, verbo & ſcripto conclamantibus,pro tanto bono, tanquam Reipublicæ perneceſſario,modo ratione mutui nihil petatur neque ſperetur, pro indemnitate tamen eorundem

montium, impenſarum videlicet miniſtrorum corũdem ac rerũ omnium ad illorũ neceſſariam conſeruationẽ pertinentium, abſq; mõtium huiuſmodi lucro, idq; moderatum & neceſſariũ ab iis ex huiuſmodi mutuo cõmodum ſuſcipiunt, licite vltra ſortẽ exigi, & capi poſſit, nõ nihil licere; cũ regula iuris habeat, Quod qui cõmodum ſentit, onus quoq; ſentire debeat, præſertim ſi Apoſtolica accedat auctoritas. Quam quidẽ ſententiã à fœ. rec. Paulo II. Sixto IIII. Innocẽtio VIII. Alexandro VI. & Iulio II. Rom. Pontificib. prædeceſſoribus noſtris probatã, à ſanctis quoq; ac Deo deuotis & in magna, ob ſanctitatis opinionẽ, exiſtimatione habitis, Euangelicæ veritatis prędicatoribus prædicatam eſſe oſtendunt. Nos ſuper hoc (prout nobis eſt ex alto conceſſum) opportune prouidere volentes, Alterius quidẽ partis iuſtitiæ zelum, ne vorago aperiretur vſurarum, Alterius pietatis & veritatis amorẽ, vt pauperibus ſubueniretur; vtriuſque verò partis ſtudium cõmendantes, cum hęc ad pacẽ, & tranquillitatem totius Reipub. Chriſtianæ ſpectare videantur, ſacro approbante Concilio, declaramus, & diffinimus, mõtes pietatis antedictos p Reſpublicas inſtitutos, & auctoritate ſedis Apoſtolicę hactenus probatos & cõfirmatos, in quibus pro eorum impenſis & indemnitate aliquid moderatũ, ad ſolas [e] miniſtrorũ impenſas, & aliarum rerũ ad illorum confirmationẽ (vt præfertur) ptinentium, pro indemnitate duntaxat, vltra ſortem, abſq; lucro eorundẽ montium, recipitur, neq; ſpeciẽ mali præferre, nec peccandi incẽtiuum præſtare, neq; vllo pacto improbari, quinimo meritoriũ eſſe, ac laudari & probari debere, tale mutuum minime vſurariũ putari, licereq; illorum pietatem, & miſericordiã populis prædicare, ẽt cum indulgẽtiis à ſancta ſede Apoſtolica

ſtolica eam ob cauſam cōceſſis: Ac deinceps alios ēt ſimiles montes, cum Apoſtolicæ ſedis approbatione erigi poſſe. Multo tñ perfectius, multoq; ſanctius fore, ſi omnino tales montes gratuiti conſtituerentur, hoc eſt, ſi illos erigentes, aliquos cenſus aſſignarent, quib' ſi non omni, ſaltē vel media ex parte, huiuſmodi montium miniſtrorū ſoluentur impenſæ, vt ad leuiorē ęris ſoluendi portionē, medio hoc, pauperes grauari contingat, ad quos cum huiuſmodi cenſus aſſignatione, ꝓ impenſarum ſupportatione erigendos, Chriſtifideles maioribus indulgentiis inuitandas eſſe decernimus. Oēs aūt religioſos & eccleſiaſticās ac ſeculares ꝑſonas, qui cōtra præſentis declarationis & ſanctionis formā, de cætero prædicare, ſeu diſputare, verbo vel ſcriptis auſi fuerint, excommunicationis latæ ſententiæ pœnam, priuilegio quocunque non obſtante, incurrere volumus. Ro. in Concil. Lateran. 4. Non. Maii. 1515.

[a] *In ſubſidium pauperum & leuandæ paupertatis gratia montes pietatis inſtructi.*

[b] *Luc. 6. cap.*

[c] *Al. fœnuſque.*

[d] *Caietanus de monte pietatis. Soto de iuſt. & iure. l. 6. Syl- ueſt. ver. vſura. 2. §. 4.*

[e] *Indigentes accipientes inde mutuum ſi aliquid ſoluunt vltra ſortem, non id ſoluunt ratione mutui ſed gratia conſeruandi montem & ſoluendi ſtipendia officialibus.*

NOT. * *Montes non eſſe licitos.)* Sotus & Caietanus hos montes pietatis in Italia primum inſtitutos tanquam vſurarios damnant. Cæterum Nauarrus, Penna, & Metina Complutenſis eos approbant, quia inquiunt, approbati ſunt per diplomata Pontificum Leonis X. & aliorum in hac conſtitutione enumeratorum. Vide de hac re Ludouicum Lopeſium cap. 59. de Montibus Pietatis.

Pius

Pius Quintus, ex Concilio Tridentino.

Licentia hactenus conceſſa mulieribus ingrediẽdi monaſteria ac domos Carthuſienſium, & aliorum quorumcunque regularium ordinum, etiam mendicantium, reuocatur.

CAP. IIII.

REGVLARIVM perſonarum quæ relicto ſeculo Dei ſe obſequio dedicarunt, pro cõmiſſo nobis officio quieti conſulere cupiẽtes, ad ea remouẽda, quæ religioſum earum propoſitum impedire poſſunt, curam noſtram libenter impendimus, vt nulla re, quæ eas à diuino cultu auocet, præpeditæ, ſecundum ordinum ſuorum regularia inſtituta, & decretum ſacri Tridentini Concilii, tranquillis mentibus gratũ altiſſimo impendere poſſint famulatum. Quia igitur & Carthuſienſium ordinis, & aliorum regularem vitam profeſſorum quies non parum ſolet, ſicut accepimus, perturbari, ꝓpterea quod mulieres, modeſtiæ matronalis oblitæ, domos ac monaſteria eorum contra ipſorum inſtituta, prætextu confeſſionalium, aut aliarum literarum Apoſtolicarum ingredi audeant, ipſis etiam Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, & aliis præſidentibus aliquando recuſantibus, & renitentibus, non ſine magna eorum moleſtia, nec ſine graui laicorum etiam offenſione, ac ſcandalo, ſi quando admitti nimis facile videatur: huic rei prouidere volentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine

dine omnes & ſingulas facultates, ac licentias ingrediendi monaſteria, ac domos Carthuſienſium, & aliorum quorumcunque regularium ordinum, etiã mendicantium, mulieribus cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & quacunque dignitate, ac præeminentia præditis, etiam Comitiſſis, Marchioniſſis, Duciſſis, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, & cum quibuſcunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, & efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus decretis ab Apoſtolica ſede quomodocunque conceſſas, quarum tenores perinde ac ſi de verbo ad verbum pręſentibus insererentur, haberi volumus pro expreſſis, tenore p̃ſentium reuocamus, & caſſas, irritas, & inanes eſſe decernimus, diſtrictè prohibentes mulieribus quidem, prædictas facultates, & licentias prætendentibus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, poſtquam harum literarum notitiam habuerint, à qua non poſſint, niſi à nobis, aut à Romano Pontifice, qui pro tẽpore fuerit, abſolui, præterquam in mortis articulo, ne dictas domos, & monaſteria ingredi audeant. Ipſis verò monaſteriorum, & cõuentuum Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, & aliis Præſidentibus quocunque nomine vocentur, & eorum monachis, canonicis, & fratribus, ſiue mendicantibus, ſiue non mendicantibus, ſub priuationis officiorum, quæ in præſentia obtinent, & inhabilitatis in poſterum ad illa, & alia omnia, & ſuſpenſionis à diuinis, ipſo facto ſine alia declaratione incurrendis pœnis, ne eas introducere, admittereue præſumant.

[a] *Concil. Tridenti. decret. ſeſſio. 25. de regularib. cauetur ingredi intra ſepta monaſterij.*

Grego-

Gregorius XIII. ex Concilio Tridentino.

Ingredi intra ſepta monaſterii nemini liceat cuiuſcunque ſexus, conditionis aut ætatis fuerint ſine licentia Epiſcopi aut ſuperioris in ſcriptis obtenta, quæ nec vti conceditur niſi vrgentibus neceſſitatibus.

CAP. V.

VBI gratiæ & indulta ab hac ſede conceſſa, ſucceſſu temporis incommodum afferre noſcuntur, expedit illa ſalubri præſidentis conſilio [a] ſubmoueri. Proinde Sanctimonialium quieti, & tranquillitati conſulere, ac omnia quæ illas à ſpiritualium rerum cogitatione, & exercitio auocant, impedimenta tollere, periculaque, & ſcandala ab eis remouere cupientes auctoritate præſentium reuocamus, & abolemus omnes & quaſcunque licentias, ac facultates ingrediendi monaſteria, domos, & loca monialium, ac etiam virorum quorumuis ordinum, quibuſuis etiam Comitiſſis, Marchioniſſis, Duciſſis, & aliis cuiuſcunque ſtatus & conditionis mulieribus, ac etiam omnes, & quaſcunque licentias ingrediendi monaſteria, domos, & locos ipſarum Sanctimonialium, quibuſcunque viris etiam eiuſdem ſtatus & dignitatis tam à prædeceſſoribus noſtris, quàm etiam à nobis, & ſedis Apoſtolicæ Legatis, aut aliis ex quibuſuis quantumcunque vrgentibus cauſis ſub quibuſcunque tenoribus, & etiam derogatoriis, reuocatorum reſtitutoriis, aliiſque effi-

caciori-

cacioribus clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu proprio & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumque Principum contemplationem, vel ſupplicationem conceſſas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renouatas, caſſamuſque, & annullamus literas deſuper confectas & proceſſus habitos per eaſdem. Inhibentes eiſdem qui illas obtinuerũt, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, ſuper qua à nemine niſi à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) abſolutionis beneficium poſſit impertiri, ne ipſarum licẽtiarum prætextu monaſteria huiuſmodi quouis modo ingredi audeant. Abbatiſſis verò necnon Abbatibus, conuentibus, ac aliis monaſteriorum vtriuſque ſexus ſuperioribus, & perſonis quocunq; nomine vocentur, diſtrictè præcipimus ſub eadem excommunicationis pœna, necnon priuationis dignitatum, beneficiorum & officiorum ſuorum, ac inhabilitatis ad illum & alia in poſterum obtinenda ne in monaſteria, domos, & loca ſua quenquam prætextu huiuſmodi licentiarum & facultatum ingredi faciant vel permittant. Quin etiam ſub eiſdem pœnis ipſo facto incurrendis prohibemus atque interdicimus omnibus & quibuſcunq; perſonis eccleſiaſticis & ſecularibus, ac etiam ordinũ quorumcunq; etiam mendicantium regularibus, ne prætextu licentiarum ab Epiſcopis, vel ſuperioribus, quibus illas concedendi in caſibus neceſſariis tantum ex decreto Concilii Tridentini tribuitur, ne monaſteria ipſa monialium pro libito, ſed neceſſitatibus vrgentibus duntaxat ingredi, neue moniales ſub eiſdem pœnis illos aliter admittere præſumant. Romæ Idib. Iunii. 1575.

a *Priuilegia & indulta facilè abolentur quæ ſcandali & ſceleris pariunt fomitem, occurrit his itaque Pontifex extinguens facultates hactenus conceſſas ingrediendi clauſtra monaſteriorum.*

TIT. XVII.

De regularibus & religioſis extra clauſtra vagantibus.

Paulus Quartus.

Pœnæ eorum qui in ætate legitima religionis votum emittentes a profeſſo vitæ inſtituto deficiunt & ad alios ordines vagantur.

CAP. I.

POSTQVAM diuina bonitas, nos (licet immeritos) ad ſummi Apoſtolatus faſtigium aſſumere dignata eſt, nunquam ceſſauimus abuſus, qui in eccleſia Dei, ſeu nimia ſedis Apoſtolicæ indulgentia, ſeu hominum malitia irrepſiſſe cernuntur, pro viribus tollere, & eccleſiam ipſam in priſtinū candorē reſtituere, diuerſas ad hoc ſaluberrimas conſtitutiones edendo, & inuiolabiliter obſeruari mandando. Verùm cùm non omnia vno & eodem tempore excogitari, ne dum perfici potuerint, quinimo circa ea ſit nobis ſingulis ferme diebus aliquid enitēdum, abuſui apoſtáſiæ, quę per regulares perſonas ſub diuerſis falſis prætextibus quotidie incurritur, vlterius

rius parcendum non eſſe [a] cenſuimus. Nam licet diuerſi Rom.Pont. prædeceſſores noſtri, ꝑ eorum conſtitutiones complura contra apoſtaſiam huiuſmodi ediderint ſtatuta & ordinationes, nondum tamen eſt plenum contra eam adinuẽtum remedium. Quinimo diuerſi diuerſorum etiam mendicãtium ordinum religioſi, ꝓpriæ ſalutis immemores, Deiq; timore poſtpoſito, ſub prætextu, alii videlicet, quod religioni & ordini in genere ob varias cõfictas cauſas aſtricti non ſint, & ſuperinde ſententiã declaratoriã obtinuerint. Alii quod beneficium eccleſiaſticum curatum aſſecuti ſint, Alii quod extra regularia ſui ordinis loca ſtandi, & alicui beneficio eccleſiaſtico deſeruiẽdi à ſuis ſuperioribus licentiam habeant, & alii diuerſis aliis confictis coloribus, Alii verò nullo ſuffulti prætextu, ſed temeritate propria contra proprium iuramentum per eos in eorum profeſſione præſtitum, & regularia ſui ordinis inſtituta extra clauſtra ſuorum regularium locorum degunt, & in ſeculo aliqui habitu ſui ordinis retento, aliqui illo abiecto in habitu presbyterorum ſecularium, & complures in habitu laicali temerè vagantur. Et poſtquam Deo fidem fallere non ſunt veriti, cætera omnia quantumuis grauiſſima, & deteſtanda, leuia & licita reputantes, Alii parochianos eorum curæ commiſſos falſam doctrinam docere, & prauis opinionibus, ac hæreſibus replere, alii vxores ducere, alii ſiue paupertate eos cogente, ſiue diabolico inſtinctu ſecularibus, & mechanicis negotiis ſe dare, Alii ſeditionibus popularibus, coniurationibus contra Principes, & alios, ac quibuſuis aliis ſcuis actibus ſe implicare, & cætera omnia nequiſſima facere præſumunt, in grauiſſimam diuinæ maieſtatis offenſam, & religionis opprobrium, ac

animarum ſuarum perniciem,& aliorum Chriſtifidelium ſcandalum.

Quamobrem conſiderantes Apoſtatas huiuſmodi infinitis erroribus in eadem Dei eccleſia cauſam præſtare, b& propterea volentes contra apoſtaſiam ipſam plenius prouiderè,& eam,quantum nobis ex alto cõceditur, de medio tollere, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,oẽs & ſingulos,qui poſt profeſſioñe per eos in ætate legitima cõſtitutos,in aliquo approbato,ẽt militari ordine purè,& liberè emiſſam,vel ſi ante ætatem legitimam profeſſi fuerint,poſt illam per eos in ipſa ætate legitima conſtitutos purè & liberè, ratam,& gratã habitam temeritate propria, aut quouis prætextu, vel cauſa, etiam ſi ſe religioni & ordini non aſtrictos eſſe ſine cauſæ cognitione, & his quæ à iure requiruntur, ſeruari omiſſis,vel nõ legitimè probatis,declarari obtinuerint,aut beneficium eccleſiaſticum, etiam curatum non procedẽte legitima diſpenſatione poſſideãt, vel álicui beneficio eccleſiaſtico, etiam curato alteri⁹ nomine deſeruiãt, extra clauſtra ſuorum regularium locorum degunt, aut in poſterum degẽt, omnibus & ſingulis beneficiis eccleſiaſticis cum cura & ſine cura, ſecularibus,aut ſui,vel cuiuſuis ordinis regularibus, ꝑ eos quomodolibet obtentis, & de cætero obtinentibus cuiuſcunque qualitatis fuerint, ac fructibus, redditibus,& prouentibus eccleſiaſticis, eis quomodolibet reſeruatis, ſeu aſſignatis, necnon Baccalaureatus, Licentiaturæ,Doctoratus,& Magiſterii, ac quibuſuis aliis in iure Canonico, vel Ciuili, aut Theologia, ſeu Medicina, vel artibus, aut quauis alia facultate gradibus, per eos ẽt antequam religionem ingrederentur obtentis, ſeù aſſecutis, necnon quocunq; miniſterio eccle-

eccleſiaſtico, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentiū penitus & omnino priuamus, ac ad illa, & alia quęcūq;, & qualiacunq; in poſterū obtinēda, ſeu fructus, redditus, & prouentus eccleſiaſticos pcipiendos, aut gradus aſſequēdos perpetuo inhabilitamus, & ab executione quorumcunq; eccleſiaſticorum, etiam ſacrorum, & præſertim presbyteratus ordinum, necnon omni miniſterio eccleſiaſtico prædicto perpetuo ſuſpendimus, priuatoſque, & inhabiles, ac ſuſpenſos eſſe, necnon beneficia ipſa de iure, & de facto, etiam ad hoc vt eorum ordinarii collatores ea aliis libere conferre poſſint, & niſi ea infra tēpus à Lateranenſi Concilio ſtatutum contulerint, collatio beneficiorū eorundem ad immediatum illorum ſuperiorem, & demum ad nos, ac pro tempore exiſtentem Rom. Pont. deuoluatur. Patroni quoq; eorundem beneficiorum perſonas idoneas infra tempus à iure ſtatūtum ad ipſa beneficia præſentare poſſint, & niſi præſentauerint, eorum libera collatio ad ordinarium ſpectet, & pertineat, vacare, ac reſeruationes fructuū, reddituum, & prouentuum huiuſmodi expirare decernimus, ita vt de cætero ipſi apoſtatæ, quamdiu vixerint, aliqua beneficia eccleſiaſtica obtinere, vel aliquod officium eccleſiaſticum exercere, aut fructus, redditus, & prouentus eccleſiaſticos, ſeu ſuper illis penſiones annuas percipere, vel exigere, ſeu curam animarum, vel aliquod miniſterium eccleſiaſticum exercere, aut ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare, ſeu miſſam celebrare, aut prætextu ordinum in quibus conſtituti erunt, aliquid facerę, vel exequi nequeant, & prouiſiones, ſeu cōmendæ, ac reſeruationes fructuum, reddituū, & puentuum eccleſiaſticorum, necnon aſſignationes penſionum annuarum eis etiam dicta auctoritate, etiam

cum præſentium toto earum tenore inſerto plenaria derogatione pro tempore factæ nullæ ſint,& irritę,ac viribus omnino careant, nec aliquod eis ius, aut titulum beneficia poſſidendi,aut fructus,reditus, & prouentus, ſeu penſiones huiuſmodi exigendi, vel percipiendi tribuant.Ipſiq; ſic priuati,inhabiles,& ſuſpēſi fructus ſuos non faciant, ſed ad illorum reſtitutionē teneantur.Et nihilominus ſi curā animarum exercere,vel eccleſiaſtica Sacramēta miniſtrare,ſeu Miſſam celebrare, aut p̄textu ordinum ſuorū prædictorū aliquid facere, aut aliquod miniſterium eccleſiaſticū exequi præſumpſerint,tanquā ſuſpenſi ab executione ordinum ſuorum,& in illis contra ſuſpenſionē ipſam, & in contemptum clauium miniſtrantes condignis pœnis omnino puniantur.

Et vt omnis vagandi occaſio [c] apoſtatis huiuſmodi tollatur,volumus & ſancimus,ꝗ quæuis tam eccleſiaſticæ,quàm ſeculares perſonæ cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, etiam ſi Archiepiſcopali, Patriarchali, aut alia maiori eccleſiaſtica dignitate, etiā Cardinalatus honore, ſeu mundana,etiam Marchionali,Ducali, aut alia maiori auctoritate, ſeu excellentia præfulgeāt, aliquem apoſtatarum eorundē receptare,ſeu nutrire,vel illis quominus ad eorum monaſterium, ſeu domum, vel aliū locum regularem redeant fauorem aut auxilium, ſeu conſilium præſtare non præſumant, & ſi eos receptauerint,vel illis vt pręfertur,fauerint,aut auxilium,ſeu conſilium pręſtiterint,&per ordinarium loci ſub quo morā trahent commoniti à pręmiſſis non dęſtiterint, ſentētiam excommunicationis eo ipſo incurrant. Et ſi patroni alicuius beneficii eccleſiaſtici ſiue ſint laici, ſiue clerici aliquē ex eiſdem apoſtatis ad beneficium

de

de iure patronatus exiſtens tũc vacans p̃ſentauerint, præſentationes huiuſmodi ſint eoipſo nullæ, irritæ, & inanes, ac viribus careant, & ipſi patroni iure præſentandi alios ad eadem beneficia pro ea vice tantum priuati exiſtant. Quodque ſuperiores ordinum quos ipſi profeſſi fuerint, & ordinarii locorum in quibus ipſi apoſtatæ pro tempore degent, tam coniunctim, quàm diuiſim eoſdem apoſtatas vt ad eorum monaſteria redeant, requirere, & ſi ad dicta monaſteria redire ceſſauerint, diſtulerint, vel recuſauerint, eos ſecundum ordinis diſciplinam monitione præuia, per cenſuras eccleſiaſticas, & pœnas etiã corporis afflictiuas ad redeundum cogere, & compellere poſſint, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Quod ſi regularis ordo hoc non patiatur, auctoritate noſtra ꝓuidere valeant, vt talibus apud eadẽ monaſteria in locis competentibus, ſi abſq; graui ſcãdalo fieri poterit, alioquin in aliis religioſis domibus eiuſdem ordinis ad agendam inibi pœnitentiam vitæ neceſſaria miniſtrentur. Si verò apoſtatæ huiuſmodi ſe in his inobedientes p̃ſtiterint, ſint ẽt auctoritate noſtra maioris excommunicationis ſententia eoipſo innodati, & ſuperiores ſui eos excommunicatos eſſe declarent, & nuncient, ac vt tales ab omnibus ſuis ſubditis nũciari, & publicari faciant. Teneanturq; ipſi apoſtatæ cuiuſcunq; ordinis, congregationis, & habitus fuerint, Biretum nigrum duabus lineis albis ex tela cõfectis, & digito humano latis ab vna extremitate ad aliam extremitatem circumductis diſtinctum, & ꝑ totam eius circumferentiam ſimili linea alba ſuffultum, ita vt omnes lineæ præfatę oculis intuentium manifeſte appareant, cõtinue geſtare. Et ſi ſine bireto huiuſmodi deprehenſi fuerint, poſſint pro huiuſmodi in-

obedientia non ſolum per ſuos ſuperiores, verum etiam per quoſcunque, tam eccleſiaſticos, quam ſeculares iudices, & magiſtratus condignis pœnis puniri, & ad delationem ipſius bireti, vt præfertur, diſtincti, & ſuffulti omnino compelli. Decernentes quod de cętero, qui aliquem ordinem ap, pbatum, vt præfertur, tacitè, vel expreſsè profeſſus fuerit, & ſe illi ordini nō aſtrictum eſſe contenderit, vel alias quouis modo, ſiue retento, ſiue dimiſſo habitu extra regularia loca ipſius ordinis de iure aliquo caſu ſtare poſſe putauerit, vel quauis ratione, aut prætextu ſuper hoc poſtulauerit, ſeu ſupplicauerit, literas quas à nobis ſeu officio pœnitentiarię noſtræ obtinebit, Cardinali, protectori, ſeu viceprotectori ipſius ordinis in curia reſidenti, & procuratori generali ordinis dirigi, & pſentari facere, ac corā eo in hoc negotio, cum plena cauſæ cognitione procedere teneatur, alias omnia & ſingula, per ipſum pfeſſum in pręmiſſis geſta, nullius ſint roboris, vel momenti, literæq; aliis directę nullam iuriſdictionem tribuant. Quodq; omnes & ſingulæ trāſlationes de apoſtatis ipſis ad alium ordinem etiam per nos, aut prædeceſſores noſtros, vel p officium pœnitentiariæ huiuſmodi hactenus factæ, & quas deinceps fieri contigerit, niſi ad arctiorem, vel parē ordinem factæ fuerint, & ipſi ſic tranſlati, in monaſteriis in quibus regularis obſeruantia vigeat, actu maneant, nullæ ſint, & irritæ, ipſiq; ſic tranſlati ad priſtinum ordinem etiam ſi in ordinem ad quem tranſlati fuerint profeſſionem in eo emitti ſolitam emiſerint, redire teneantur. Et ſi poſt vnam & ſecundam monitionem ſibi à Prælatis, ſeu ſuperioribus ordinum à quibus tranſlati ſunt, factam, redire diſtulerint, aut neglexerint, liceat ipſis Prælatis, ſeu ſuperioribus procedere contra eos modo,

do,&mediis contra apoſtatas ſtatutis. Et nihilominus prȩfatos ſic tranſlatos,& vt præfertur,non redeuntes, adminiſtratione cuiuſcunque eccleſiaſtici beneficii, ſeu officii,& prælaturæ perpetuo priuamus.

[a] *Adde ea quæ in c.27. Concilij Agathenſis & Tridenti.ſeſſi. 14.cap. 11. de reformat.& ſeſſ.25.cap.19.de regular.habetur,vbi taxantur religioſi diuerſorum ordinum, qui falſo prætextu carne & ſanguine perciti,extra clauſtra religionis vagantur.*

[b] *Pœna eorum qui poſt ordinis ſuſcepti inſtitutum & ſolenne votum emiſſum, ſucceſſuque temporis confirmatum relinquunt, regularis vitæ religionem pertæſi.*

[c] *Exoſa eſt ſacris canonibus vagandi illa libido in ijs qui voto adſtricti ſunt monaſtico. Oderunt quoque Pontifices Romani religioſos illos quibus nullum placet vitæ inſtitutum qui apud omnes omnia experiri ſatagunt. Leo Papa in Bulla vnionis excommunicat fratres de obſeruantia qui tranſmigrant ad conuentuales,itemque conuentuales eoſdem receptantes. Ciraped. priuil.vel conuen.*

Pius Quartus.

Apoſtatarum cauſæ & religioſorum extra clauſtra vagantium lites ad Apoſtolicam deciſionem euocantur.

Cap. II.

SINGVLAS lites & cauſas hactenus coram quibuſuis ordinariis vel delegatis iudicibus etiam in Roma.Cur.introductas, & in quacunque inſtantia contra dictos apoſtatas, vel tranſlatos, vel alias inter quaſuis perſonas præmiſſorum occaſione pendentes, etiã ſi inſtructæ ſint, ad nos aduocamus, ac cauſas tam ad nos aduocatas

in ſtatu & terminis quibus reperiuntur reaſſumēdas, necnon quam & quas quæcunq; perſonæ eccleſiaſticę & regulares ac etiã ſeculares, necnon conuentus, collegia, & vniuerſitates dicta occaſione ſua in præmiſſis communiter vel diuiſim intereſſe putantes, cõtra dictos apoſtatas, vel tranſlatos, aut alios quoſcunque actiuè vel paſſiuè ciuiliter vel criminaliter, ac realiter & perſonaliter vel mixtim habent & mouent, aut habere vel mouere volent & intendent, cum omnibus & ſingulis incidentibus dependen. emergen. annexis & connexis totoq; negotio principali, quo ad profeſſos, videlicet in alma vrbe & eius diſtrictu & alios in ea p̃ſentes dilecto filio noſtro Iacobo tituli S. Mariæ in Coſmedin presbytero Cardinali Sabello nuncupato noſtro in dictis vrbe & diſtrictu Vicario generali, ſeu eius locumtenenti, extra Curiam verò ordinario loci, ac ſuperiori monaſterii in quibus prima & originaria profeſſio per quemlibet ex apoſtatis & tranſlatis prædictis emiſſa aſſeritur, necnon obtinenti primam dignitatem in eccleſia cathedrali, ſeu metropolitan. vel alii ſuperiori loci huiuſmodi, ſeu antiquiori canonico pro tempore reſidenti per eos coniunctim, viſis in primis & diligenter inſpectis & examinatis diſpenſationibus, facultatibus, licentiis, & indultis per eoſdem apoſtatas & tranſlatos quomodolibet obtentis, ac ꝓceſſibus deſuper habitis, & cauſis in eis allegatis maturè diſcuſſis, ac prout iuſtum & æquum fuerit, verificatis & probatis, ſummariè ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura iudicii, ac ſola veritate inſpecta, appellatione poſtpoſita audien. cognoſcend. & iuxta iuris & ſacrarum conſtitutionum diſpoſitionem ſine debito terminand. committimus & mandamus.

[a] *Cauſæ erronum & apoſtatarum monachorum ad ſedem Apoſtolicam euocantur.*

Pius Quintus, ex Concilio Tridentino.

Regulares non poſſunt audire confeſſiones ſecularium niſi approbatione & indulto ordinariorum.

Cap. III.

ROMANI Pontificis prouidentia circumſpectà nõnunquam geſta per eum rationabilibus & honeſtis ſuadentibus cauſis moderatur & commutat in melius, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Nuper ſiquidem quaſdam declarationes & moderationes circa nonnulla Concilii Tridentini decreta regulares perſonas ordinum mendicantium eorumque inſtituta concernentia edidimus & promulgauimus. Et quia vti accepimus illarum vigore ſacerdotes regulares p̄dictorum ordinum quandoque minus idonei, & inhabiles confeſſionibus ſeculariũ audiendis ab eorum ſuperioribus præpoſiti abſque aliqua Epiſcoporum, ſed ſola Magiſtri ordinis generalis, aut prouincialium miniſtrorum approbatione [a] admittuntur. Nos ſuper his pro debito paſtoralis officii prout tenemur ſalubriter prouidere volentes, tenore pręſentium hac noſtra cõſtitutione perpetua ſancimus, decernimus, & declaramus, decretum Concilii Tridentini de approbatione regularium, audiendis confeſſionibus ſecula-

cularium præpoſitorum ab Epiſcopis facienda obſeruari debere, etiam in omnibus regularibus, quorumuis ordinum etiam mendicantium, etiam ſub regulari diſciplina viuentibus, etiam ſi ſint lectores, aut in Theologia etiam de ſuperiorum ſuorum licētia, graduati, vel promoti vel à ſuis Magiſtris generalibus, vel prouincialibus, miniſtris, ſecularium confeſſionibus audiendis expoſiti. Volumus tamen eos qui ſemel ab Epiſcopo in ciuitate & diœceſibus ſuis præuio examine approbati fuerint, ab eodem Epiſcopo iterum non examinari. Ab Epiſcopo autem ſucceſſore pro maiori conſcientiæ ſuæ quiete examinari de nouo poterunt. Inhibentes quibuſcunq; regularibus quorumuis ordinum, etiam mendicantium, vt præfertur, ne vigore deputationis, & approbationis ab eiſdem magiſtris, & miniſtris, prouincialibus, etiam quod illarum occaſione ab ordinariis huc vſque tolerati fuerint, abſque ſpeciali in poſterum licentia, & approbatione ab ordinariis obtinenda ſeculariũ confeſſiones audire præſumant. Rom. 8. Id. Aug. 1571.

[a] *Ne clauium iuriſdictio diſperdatur ratio iudicij expoſcit, vt ſententia in ſubditos duntaxat feratur, & ideo perſuaſum ſemper in Dei eccleſia fuit, nullius momenti abſolutionem eſſe debere quam ſacerdos in eum profert in quem ordinariam aut ſubdelegatam non habet poteſtatem. Conci. Triden ſeſſ. 14. c. 7.*

Tit. XVIII.

De Monialibus.

Pius Quartus.

Moniales a decimarum & ſubſidiorum, aliorumque onerum impoſitione exemptæ ſunt.

Cap.

Cap. I.

DE ſtatu eccleſiarum & monaſteriorum quorumlibet curæ noſtræ diuina diſpoſitione commiſſorum paterna diligentia cogitantes, ad ea per quæ illorum, ac perſonarum p̃ſertim fœminei ſexus in illis ſub regulari caſtimonia Altiſſimo famulantium ſtatui & oportunæ ſubuẽtioni valeat ſalubriter prouideri, ipſæque perſonæ ſemotis perturbationibus vniuerſis in pacis, & quietis amęnitate diuinis officiis liberius vacare valeant libenter attendimus, ac in iis noſtri paſtoralis officii partes fauorabiliter impartimur. Hinc eſt quod nos motu ꝓprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate omnes & ſingulas Abbatiſſas, Prioriſſas, Miniſtras, Moniales, & Sorores quorumcunque monaſteriorum, domorum, & regularinm locorum monialium, & ſororum quorumuis Ciſtertien. Præmonſtraten. ſanctæ Claræ, necnon ſancti Benedicti, & ſancti Auguſtini, ac tertii ordinis ſancti Franciſci, & aliorum quorumuis ordinum, etiam ſub cura & regimine, ac ſecundum regularia inſtituta fratrum minorum de obſeruantia nuncupatorum, & Eremitarum eiuſdem ſancti Auguſtini degentium in Lombardia, & quibuſcunque aliis Italiæ partibus conſiſtentium, ipſaque monaſteria, [a] domos, & loca deductis quatuordecim ducatis auri de Camera pro victu cuiuſlibet monialis ſeu ſororis, alios redditus non habentia, eorumque poſſeſſiones, & alia quæcunque bona mobilia & immobilia quæcunque decimarum, & ſubſidiorum ac aliorum onerum quomodolibet nuncupatorum per nos, & ſedem Apoſtolicam ſeu eius Legatos & Nuncios aut quoſcunque alios quauis auctoritate fun-

fungentes, ēt pro expeditione contra Turcas, vel fidei tuitione, ac fabrica Baſilicæ principis Apoſtolorū de vrbe, aut quauis alia vrgentiſſima cauſa pro tempore impoſitorum ſolutione, ex certa noſtra ſcientia, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium in perpetuum prorſus eximimus, & liberamus. Et nihilominꝰ omnibus & ſingulis collectoribus, ſubcollectoribus, ac commiſſariis, necnō quibuſcunq; aliis ad decimarum & ſubſidiorum huiuſmodi exactionem deputatis, & pro tempore deputandis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub noſtræ indignationis, ac excommunicationis latæ ſententiæ pœnæ diſtrictius inhibemus, ne Abbatiſſas, Prioriſſas, Miniſtras, Moniales, & Sorores, domos, monaſteria, & loca prædicta, etiam vigore quarumcunque literarum à nobis, vel ſede prædicta pro tempore emanatarum, etiam ſi in eiſdem contineatur quod ad quæuis exempta, domos, monaſteria, & loca ſe extendant, vel alterius cuiuſcunque tenoris exiſtant ipſius ſedis ſibi cōceſſæ facultatis, niſi de præſentibus earumq; toto tenore, ac de dictis ordinibus & nomine eorum quibus dictorum ordinum cura, gubernatio, & protectio pro tempore commiſſa fuerint, plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, nō autem per clauſulas generales idem importantes fecerint mentionem, ad ſoluendum decimas, ſeu ſubſidia, aut onera huiuſmodi quouis modo cogere, aut compellere, ſeu alias præmiſſorum occaſione eas moleſtare, ſeu inquietare præſumant. Romæ Non. April. 1560.

[a] *Monaſterio exempto cenſentur & exempta loca proxima quæ illi adhærent, vt gloſſ. in verb. exempto. in fin. de priuil. in ſex. quam intelligit Hoſtienſis & Archidiac. vt procedat vſque ad 30. vel 40. paſſus.*

Pius

Pius Quintus.

Clauſtræ obſtringuntur moniales tacite vel expreſſe religionem profeſſæ, & earum receptiones ad ordinem clauſuræ obligatione violata, irritæ ſunt & inanes.

Cap. II.

CIRCA paſtoralis officii nobis, meritis licet imparibus, deſuper commiſſi curam (quantum nobis ex alto permittitur) inuigilantes, aſſiduè ad ea, per quę ſingulis erroribus, & exceſſibus obuiatur, ac pſonis quibuſlibet, præſertim fœminei ſexus virginitatem ſuam altiſſimo vouẽtibus ſub religionis iugo Chriſto Saluatori in caſtitatis holocauſto famulari affectãtibus, à ſemita iuſtitiæ, & honeſtatis declinantibus, ne quicquam in eis reperiatur incongruum, ꝙ in regularis ponat honeſtatis gloria maculã, & diuinam merito poſſit offendere maieſtatem, opportunè ſuccurritur, libẽter intendimus, ac in his noſtræ vigilantiæ partes propenſius impartimur, prout id in Domino ſalubriter expedire cõſpicimus. Hac igitur perpetuo valitura conſtitutione, inhærentes etiam conſtitutioni fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII.[a] prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Periculoſo, & decretis Concilii Tridentini ſuper clauſura monialium editis, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium ſtatuimus, atque perpetuo decernimus, vniuerſas & ſingulas moniales præſentes, atq; futuras cuiuſcunq; religionis, ordinis, vel militiarum, etiam Hieroſolymitan. ſint, quæ vel iam receptæ ſint, vel in poſterũ in qui-

in quibuſuis monaſteriis, ſiue domibus recipientur, & tacitè, vel expreſsè religionem profeſſæ, etiam ſi conuerſæ, aut quocunque alio nomine appellentur, etiam ſi ex inſtitutis, vel fundationibus earum regulæ ad clauſuram non teneātur, nec vnquam in earum monaſteriis, ſeu domibus etiam ab immemorabili tempore ea ſeruata non fuerit, ſub perpetua in ſuis monaſteriis, ſeu domibus de cætero debere permanere clauſura iuxta formam dictæ conſtitutionis fœlic. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Periculoſo. in ſacro Concilio Tridentin. approbatæ, & innouatæ, quam nos auctoritate præfata etiam approbamus, & innouamus in omnibus, & per omnia, ac illam diſtrictè obſeruari mandamus. Quod ſi aliquæ moniales forſan reperiantur, quæ conſuetudine etiam immemorabili, aut inſtituto, vel fundatione regulæ ſuæ fretæ, animo obſtinato huic clauſuræ reſiſtant, aut quoquo modo reluctentur, ordinarii vna cum ſuperioribus earum omnibus iuris, & facti remediis compellant eaſdem tanquam rebelles, & incorrigibiles ad præciſe ſubeundum dictam clauſuram, & perpetuo obſeruandum. Mulieres quoque, quæ Tertiariæ, ſeu de pœnitentia dicuntur, cuiuſcunque fuerint ordinis in congregatione viuentes, ſi & ipſæ profeſſæ fuerint, ita vt ſolemne votum emiſerint ad clauſuram præciſe, vt præmittitur, & ipſæ teneantur. Quod ſi votum ſolem̄ne nō emiſerint, ordinarii vna cum ſuperioribus earum hortentur, & ꝑſuadere ſtudeant, vt illud emittant, & profiteantur, ac poſt emiſſionem, & profeſſionem eidem clauſuræ ſe ſubiiciant, quod ſi recuſauerint, & aliquæ ex eis inuentæ fuerint ſcandaloſe viuere, ſeueriſſimè puniantur. Cæteris autem omnibus ſic abſque emiſſione profeſ-

profeſſionis ; & clauſura viuere omnino volentibus interdicimus, & perpetuo prohibemus, ne in futurum vllam aliam prorſus in ſuum ordinem, religionem, congregationemue recipiant. Quod ſi contra huiuſmodi hanc noſtram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad ſic viuendum omnino inhabiles reddimus, ac illarum quaſlibet profeſſiones,& receptiones irritas decernimus, & nullas, prout etiam præſenti decreto irritas facimus, & annullamus. Porrò ne moniales, vel tertiariæ prædictæ propter hanc clauſuram detrimentum, aut incommodum aliquod in earum neceſſitatibus maxime impertinentibus ad illarum victum patiantur, ſed vt eis opportune conſulatur, auctoritate Apoſtolica præfata ſtatuimus, decernimus, præcipimus, atq; mandamus ordinariis, & ſuperioribus earum, vt curent colligi fidelium eleemoſynas per conuerſas, quæ non ſint profeſſæ, vel ſi profeſſæ fuerint, ſint tamen ætatis annorum quadraginta, & in domibus contiguis, extra tamen monaſterium degant, & non ingrediantur clauſuram aliarum monialium, niſi in caſibus ex earum conſtitutionibus permiſſis, & de earum domibus exire non poſſint pro huiuſmodi eleemoſynis colligendis, niſi de licentia ordinarii, vel earum ſuperiorum. Et de cætero nullæ aliæ conuerſæ profeſſæ recipi amplius etiam de conſenſu ſuorum ſuperiorum vel prælatorum poſſint. Quod ſi aduerſus hanc noſtram prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio nulla, irrita, & inanis ſit, prout ex nunc nullam irritam facimus, & annullamus. Quod ſi prædicto modo neceſſitatibus monialium, & mulierum terrarum prædictarũ ſuccurri ſufficienter non poterit, mandamus ipſis ordinariis, &

ſupe-

ſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiſdem in remiſſionem peccatorum iniungentes, quod in premiſſis omnibus eiſdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & aliis monialium ſuperioribus aſſiſtant, ac ſuum fauorem, & auxilium præſtent, ac impedientes pœnis etiam temporalibus afficiant.

[a] *Bonifacius VIII. c. periculoſo. de ſtatu regularium. in 6. dicit moniales tacitè vel expreſſè profeſſas clauſuras monaſterij exire non poſſe, nec alios ad illas intrare niſi cauſa legitima & licentia ſuperiorum interueniat.*

[b] *Tertiariæ mulieres clauſura obligantur. De his vide Car. Florent. & Ioan. de Imol.*

[c] *Aetas conuerſarum eleemoſynas colligentium.*

[d] *Suſceptio & numerus puellarum monialium ex reditibus monaſterij pendi debet, ne penuria grauetur. c. 1. §. planè. de ſtatu regul. lib. 6. Vide Felin. in c. cum in. de conſec. Panorm. in c. edoceri. de reſcrip. & conſil. 89.*

Idem.

Incendij, infirmitatis, lepræ, vel Epidimiæ neceſſitate, monialibus egrediendi a clauſura non denegatur poſtulata facultas.

Cap. III.

DEcori, & honeſtati omnium ſanctimonialium, quarum Ieſus Chriſtus Dominus noſter ſponſus eſt; vt in puritate, & caſtitate ſuperædificantes, in ipſo fœliciter inhabitare valeant, conſulentes, ea quæ illarum exiſtimationi detrahere poſſent, decet nos conſultò ſummoue-

re. Sanè periculo & ſcandalo plena res eſt, ac regulari obſeruantiæ vehementer aduerſatur, ſanctimoniales aliquando parentes, [a] fratres, ſorores, aut alios agnatos, vel cognatos, necnon monaſteria, & alia filiationes nuncupata, etiam eis ſubiecta viſitandi, aut infirmitatis cauſa, alioue prætextu à monaſteriis, exire, & per ſecularium perſonarum domos diſcurrere, & vagari, quo veluti colore eximium quoque honeſtatis, & pudicitiæ decus in diſcrimen committunt. Vnde nos malo huic pro noſtro paſtoralis officii debito ſalubriter occurrere volentes, inhærentes etiam decreto ſacri Concilii Tridentini, de clauſura monialium diſponenti, ac aliis noſtris literis ſuper huiuſmodi clauſura editis adiicientes, volumus, ſancimus, & ordinamus nulli Abbatiſſarum, Prioriſſarum, aliarumue monialium, etiam Carthuſienſium, Ciſtertienſium, ſancti Benedicti, & mendicantium, & quorumcunque aliorum ordinum, etiam militiarum, ac ſtatuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum exiſtentium, etiam à Regia, vel illuſtri proſapia ortarum, de cætero etiam infirmitatis, ſeu aliorum monaſteriorum, etiam eis ſubiectorum, aut domorum, parentum, aliorumue conſanguineorum viſitandorum, aliaue occaſione, & prætextu, niſi ex cauſa * magni incendii, vel infirmitatis, lepræ, aut epidimiæ, quæ tamen infirmitas, præter alios ordinum ſuperiores, quibus cura monaſteriorum incumberet, etiam p Epiſcopum, ſeu alium loci ordinarium, etiam ſi prædicta monaſteria ab Epiſcoporum, & ordinariorum iuriſdictione exempta eſſe reperiantur, cognita & expreſſe in ſcriptis approbata ſit, à monaſteriis præfatis exire, ſed nec in prædictis caſibus extra illa, vix ad neceſſarium tempus ſtare licere. Aliter autē,

quàm

quam vt præfertur, egredientes, ſeu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices perſonas, ſiue laicas, aut ſeculares, vel eccleſiaſticas conſanguineas, vel non, excommunicationis maioris latæ ſententiæ vinculo ſtatim eo ipſo abſque aliqua declaratione ſubiacere, à quo præterquam à Romano Pontifice, niſi in mortis articulo abſolui nequeant. Et inſuper tam egreſſas, quam præſidentes, & alios ſuperiores prædictos eis licentiam huiuſmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & adminiſtrationibus per eas, & eos, tunc obtentis, priuamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia in poſterum obtinenda inhabiles, necnon licentias & facultates, ſeu indulta, & priuilegia exeundi à monaſteriis, & extra illa ſtandi à nobis, ſeu alio Romano Pontifice prædeceſſore noſtro, ac ſedis Apoſtolicæ Nuntiis, & Legatis, etiam de latere, ac maiore pœnitentiario, aut ordinum prædictorum ſuperioribus, aliiſue perſonis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis reſtitutiuis, præſeruatiuis, mentis atteſtatiuis, etiam nouam gratiam, & datam concedentibus, aliiſque efficacioribus, & efficaciſſimis, ac inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, necnon S.R.E. Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac inſtantia, vel alias quomodolibet conceſſa (quæ prorſus abolemus) ac literas deſuper confectas, & in poſterum concedendas, & cõficiendas nullas, & inualidas, nulliuſq; roboris, ac mométi fore, nec illas habétibus, & habituris ſuffragari poſſe, & ita p quoſcunq; iudices,

& Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Rom. Cal. Februarii. 1569.

[a] *Nullus Pontificum Romanorum diligentius curauit clauſuram monialium ipſo ſummo Pontifice Pio V. qui repulſam dedit nobiliſſimæ cuidam virgini petenti ob infirmitatem & aduerſam valetudinem exitum, eam exhortatus, glorioſius eſſe mori cum Chriſto quàm viuere inter illecebras mundi. Is in tribus tantum prementibus caſibus, incendij, peſtis, & lepræ, diſpenſationes egreſſus conceſſit.*

b *Facultatum vtcunque & quibuſcunque conceſſarum abolitio.*

NOT. * *Niſi ex cauſa magni incendij.)* Vt moniales abdicentur & ſeparentur ab omnibus ſecularis ſpurcitię conſpectibus & laſciuiis interdicitur eis exeundi facultas à ſeptis monaſterii, exceptis neceſſitatis, cui nemo vnquam reſiſtit, caſibus grauiſſimis. Monialis enim grauiter infirma ita vt contagioſa ſit, illius neceſſitudo etiam abſque conſenſu ſuperioris egredi poteſt monaſterium. Sed id debet intelligi cum nimia locorum intercapedine diſiunctus eſt ſuperiori à cœnobio vt periculum ſit in mora. gloſſ. in cap. 2. de teſt. cog. in 6. & l. item quæritur. §. exercitia. ff. locati.

Gregorius XIII. ex Concilio Tridentino.

Prælati & alij monaſteriorum monialium curam habentes in caſibus tantummodo vrgentis neceſſitatis paruo comitatu ea ingrediantur.

CAP.

CAP. IIII.

DVBIIS, quæ emergunt, declarationis remedium expedit adhibere. Cum igitur ſuper eo quod optima primum ratione Concilium ſanxit Tridentinum, deinde in conſtitutione fœl.recor. Pii Papæ V. prædeceſſoris noſtri Nonis Iulii Pontificatus ſui anno tertio, atque item noſtra Idibus Iunii Pontificatus noſtri anno quarto editis, fuit prouiſum, ne cui in poſterum, niſi in caſibus* neceſſariis ſepta monaſteriorum monialium ingrediendi,[a] concederetur licentia, à nonnullis dubitatum fuiſſe ſciamus circa perſonas, quæ alterius ad id licentia non indigent, ſed ſui auctoritate officii nituntur, an liceat eis pro libito ſuæ voluntatis huiuſmodi ſepta ingredi, vel potius ſeruare debeant ipſi quoque regulam à Concilio præſcriptam. Nos omnem hæſitationis materiam tollere, & viam ſcandalis præcidere, ac ſanctimonialium quieti conſulere volentes, harum tenore auctoritate Apoſtolica declaramus Prælatos omnes tam ſeculares quàm regulares, quibus cura & regimen monaſteriorum monialium quouis modo incumbit, facultate ſibi ex officio attributa ingrediendi monaſteria prædicta ita demum vti poſſe, ſi id faciant in caſibus neceſſariis, & à ** paucis, iiſque ſenioribus, ac religioſis perſonis comitati. Quocirca vniuerſos, & ſingulos Epiſcopali, ſeu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, necnon quorumuis ordinum Abbates, Priores, miniſtros, & alios quoſcunque ſuperiores regulares ſerio monemus, vt facultate huiuſmodi, qui eam habent, præterquam in caſibus, vt præfertur, neceſſariis neutiquam vtantur. Quod ſi contrafecerint, eadem auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, atque decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint,

eos pro prima vice, qua contrafecerint, ingreſſu eccleſiæ interdictos, pro ſecunda à munere Pontificali, & à diuinis ſuſpenſos, ac deinceps ipſo facto abſq; alia declaratione excommunicatos exiſtere, regulares verò omni officio, ac miniſterio priuatos, excommunicationi ſimiliter ſubiacere. Ro. 23. Decemb. 1581.

2 *Prælati & Epiſcopi paruo comitatu & ſenili monaſteria ingredi poſſunt in caſibus duntaxat neceßitatis. Philippus Francus ſup. cap. 6. decret. periculoſo. de regularibus cum Lapo dicit, quod ſi Epiſcopus ſub certa pœna præcipit, quod nullus ſine certa ſua licentia ingrediatur monaſterium monialium etiam ipſius diœceſis iuriſdictioni non ſubditos ſubijci pœnæ.*

NOT. * *Caſibus neceſſarijs.)* Quacunque ratione vel cauſa monialis cuiuſcunque ſtatus vel conditionis exiſtat non põt nec debet exire monaſterium niſi in caſibus in iure expreſſis. Phil. Francus. Hinc fit vt nullo modo ad fori ſtrepitus poſſint aut debeant prouocari vt perſonaliter compareant. c. 2. in fi. de iudic. in 6. Imo nec ipſa Abbatiſſa cui ſumma totius monaſterii credita eſt non poſſit ſepta monaſterii egredi etiam pro viſitandis monaſteriis ſibi ſubiectis. gloſſ. in verb. alia. in Clem. 2. de regular. Clauſuræ monaſticæ neceſſitatem, & commendationem habes in ſum. noſtra conſtitutionum, ſub Pio V.

NOT. ** *Paucis ijſque ſenioribus.)* Qua ætate maturi eſſe debeant qui præſunt monaſteriis monialium, aut illis ſacramenta adminiſtrant, vide apud gloſſ. in cap. quæ religioſis. 18. quæſt. 2.

*

VII. DECRET. LIB. III. FINIS.

SEPTI-

SEPTIMI DECRETALIVM LIBER QVARTVS.

TIT. I.

De matrimoniis & ſponſalibus.

Paulus Quartus.

Qui ſpe obtinendæ diſpenſationis matrimonium contrahunt in gradibus prohibitis, in poſterũ Põtificia gratia per huiuſmodi diſpẽſationes nõ gaudeant etiamſi ex copula ſequuta ſit proles.

CAP. I.

AB ea ipſa die, qua diuina bonitas nos (licet tãto oneri impares) regẽdę vniuerſalis ei⁹ eccleſię p̃ficere dignata eſt, nunquã ceſſauimus cogitare, quo pacto ſinguli abuſus noſtra diligẽtia tollerentur, diuerſas ſup inde cõſtitutiones, iuxta caſuũ exigentiã quotidie ꝓmulgando, & publicãdo. Hinc eſt ꝙ cũ (ſicut nobis nup innotuit) à nõnullis annis citra introductũ ſit, vt q matrimon. in ſecundo cõſanguinitatis * vel affinit. gradu ꝯhere anhelãt, ſciẽtes ſe diſpẽſationẽ à ſede Apoſt. ſup huiuſmodi matrĩonio ꝯhẽdo obtinere nõ poſſe, ſub fiducia illã ſup eodẽ matrim. poſtquã cõtractũ fuerit, reportãdi, matrimonium ipſum de facto contrahant, & carnali copula conſumment, excõmunicationis ſententiã in Concil. Vien. cõtra matrimonia * in gradibus prohibitis ſcienter contrahẽtes promulgatã dãnabiliter incurrendo. Et deinde ſub prætextu, quod ſi diuortium

fieret inter eos,grauia exinde inter eos & eorum conſanguineos, & affines ſcandala poſſent veriſimiliter exoriri, & mulier perpetuo diffamata remaneret, abſolutionem neceſſariam,& diſpenſationem opportunam, quas ſibi debitas concedi expoſtulent, ſicq; abſolutionem, & diſpenſationem (quas alias non obtinerent) eo prætextu vt plurimum reportent in ſcandalum plurimorum. Nos conſiderantes præmiſſa cauſam tribuere delinquendi, & inceſtum committendi,ac ex delicto, loco pœnæ, commodum & appetitus ſatisfactionem reportari, malitiis hominum occurrere volentes, per has noſtras omnibus innoteſcere volumus,quod nos lapſo tempore, infra quod notitia præſentium in partibus, ex quibus ſimiles diſpẽſationes peti continget veriſimiliter haberi potuerit, abſolutiones, & diſpenſationes huiuſmodi ex prætextu prædicto, etiam ſi proles ex matrimonio ſic contracto ſubſecuta fuerit,nullatenus,ſed ſolum ex cauſa vrgentiſſima pro bono publico, & à iure conſiderata, per nos tantum, & non alium approbanda, concedemus,& quod diſpenſationes ex alia cauſa noſtris temporibus perpetuo exulabunt, quod nobis licere non patimur,noſtris ſucceſſoribus indicantes. Rom.Idib. Decemb. 1555.

(Eandem conſtitutionem prius Clemens VII. tulit, quam habes infra cap.3.)

[a] *Vide Archidiac.& Ioan.And.in ſumma 4.lib. & in arbore conſang.& Doct. in cap. fraternitati.de eo qui cog.conſang.in 6. Bart. in l. cum quidam. in §.quod dicitur. ff. de acquir. heredit. Hoſt.in ſum.tit.de conſang.& affinit.*

b *Diſpenſatio intuitu neceſſitatis & boni publici facilis.*

NOT.* *Contra matrimonia in gradibus prohibitis.)* Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. ſtatuit, vt prohibitio copulæ

pulæ coniugalis vſque ad quartum & non vltra conſanguinitatis gradum ſe extendat. In cuius cap. calce iubetur quod ſi qui contra prohibitionem huiuſmodi prǽſumpſerint copulari nulla longinquitate defendantur annorum, cum diuturnitas temporum non minuat peccatum ſed augeat, tantoque grauiora ſunt crimina quanto diutius infœlicem detinent animam alligatam. c. non debet. de conſang. & affinit.

Olim cautum erat ſeueriori iure vt vſque ad ſeptimum gradum ſtirpis in collateralibus incluſiuè duceretur prohibitio, extra quem nulla conſanguinitas inuenitur facilè. 35. q. 5. ad ſedem. verſic. illa quoque.

Pius Quintus.

Publicæ honeſtatis quæ ex ſponſalibus contrahitur impedimenti nullus aut parum frequens eſt vſus, quoniam ſponſalia de futuro quam rariſſime fiunt, longeque maior ſit prohibitionis ratio in matrimonio per verba de præſenti contracto quam in ſponſalibus de futuro.

Cap. II.

AD Romanum ſpectat Pontificem ſua ſolicitudine diligenter prouidere, vt ſacrorũ Conciliorum decreta ita ſuæ declarationis adminiculo dilucidentur, quod nulla deſuper dubitandi occaſio cuiquam relinquatur.

Sane ad aures noſtras peruenit, multos eſſe, qui dubitent, an decretum œcumenici Concilii Tridentini ſeſſione vigeſimaquarta de reformatione matrimonii cap. 3. quo cauetur * impedimentum publicæ honeſtatis, vbi ſponſalia [a] valida non fuerint, prorſus tolli;

 vbi

vbi verò valida fuerint, non excedere primum gradũ cum in vlterioribus gradibus non poſſit huiuſmodi prohibitio ſeruari, de ſpõſalibus per verba (vt aiunt) de futuro tantum conceptis intelligatur, vel etiã matrimonia per verba de præſenti contracta, non tamen conſummata, quæ interdũ ſponſalia appellantur, cõprehendat, ita vt etiam eo caſu impedimentum inde proueniens ſublatum fuerit.

Nos itaque vt omnis difficultas, dubitatioque tollatur, attendentes, quod ſponſaliorum appellatione, qua dictum Concilium vtitur, non niſi impropriè matrimonium verbis de præſenti conceptis contractum continetur, quodque agitur de correctione iuris veteris, quo caſu ſecundum proprietatem verborum duntaxat procedendum eſt, præſertim cum longe maiorem rationem prohibitionis in matrimonio per verba de præſenti contracto, quam in ſponſalibus de futuro vigere à nemine dubitetur: idcirco motu ꝓprio auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, & diffinimus decretum Concilii huiuſmodi omnino intelligendum eſſe, & procedere in ſponſalibus de futuro duntaxat, nõ autem in matrimonio ſic (vt præfertur) contracto, ſed in eo durare adhuc impedimẽtum in omnibus illis caſibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum decretum Concilii introductum erat.

[a] *Sponſalia pura & certa & ex conſenſu valida inducunt publicam honeſtatẽ quæ habet dirimere ſequentia ſponſalia, ſed non præcedentia, quam publicam honeſtatem non inducunt ſpõſalia conditionalia ante conditionis euentum. Philip. Franc. c. ex ſponſalib. in 6.*

NOT.* *Impedimentum publicæ honeſtatis.)* Matrimonium impedit contractum & dirimit iam contractum. c. duo pueri. §. quia igitur. de clandeſt. deſponſ. Per ſponſalia ſiquidem impedimen-

dimentum contrahitur quod matrimonium tum impedit, tum ſubinde dirimit, quod licet proprie non ſit affinitas, eſt tamen quippiam ei ſimile, nempe publica honeſtas. cap. vnico.eod.tit. lib. 6. & c. diſcretionem. de eo qui cogn. conſan. vxor. Quod autem illa non ſit proprie affinitas, probatur: nam cùm ſponſalia non conſummata perfectā non obtineant matrimonii rōnem, ſed quandā inchoationem ac præparationem, conſequens ſit vt nec proprie affinitatē ingenerent, ſed quidpiā aliquantulo minus. Vnde publicæ honeſtatis iuſtitia eſt propinquitas ex ſpōſalibus prouēiens, robur trahens ab eccleſiæ inſtitutione propter eius honeſtatē. Conſequitur ergo vt citra copulā carnalē contrahatur: nam ſi copula ſuperueniat cū maritali affectu, id affinitatem tranſit. Quod ſi contra concluſionē obiicias, Spōſalia non faciunt perpetuum vinculum, nam genere multis modis dirimuntur, neque faciunt obligationem cohabitandi, neque facultatem mutuam corporum, ergo nullum impedimentū matrimonii ſecum adferunt. Negatur conſequentia, quoniā ſponſalia nullum afferunt impedimentum ex ſe ratione nodi quem in ſe habent, ſed ratione vinculi matrimonii ad quod ordinantur & referuntur, & ideo ſicut matrimonium eſt perpetuum vinculum, ita & publica honeſtas, quæ ex ſponſalibus contrahitur, eſt perpetua. De hac re conſulendus eſt B. Thom. in quæſtionibus additis ad tertiam partem q. 55. artic. 4. Olim lis erat de hac re inter Theologos atque Iuriſperitos quam Tridentini patres prudenter ademerunt. Nam peractis ſponſalibus etiam ſi vel alterius morte, vel qualiter ex cauſa non ſucceſſiſſet matrimonium, nihilominus interdictus erat contractus cum alterutrius cognatis vſque ad quartum gradum, itaque cum ea res magna frequenter adferret incommoda Patres ſanxerunt, vbi ſponſalia robur habitura non fuerint, vinculum iſtud locum non habere, vbi autem rata fuere, volunt rem in primo gradu conſiſtere.

Clemens VII.

Qui intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerit ſpe diſpenſationis conſequendæ carere debet.

CAP.

CAP. III.

QVIA plerunque in futurorum euentibus imbecillitas humani iudicii adeo fallitur, vt quod vtile non ſolum coniectura, ſed etiam attenta, & prouida conſideratio pollicebatur, id prorſus inutile, ac animarum ſaluti maximè damnoſum reperiatur, propterea nonnunquam expedit, vt gratiæ, quæ olim conſultò, & rationabili de cauſa concedi videbantur, multo conſultius in poſterum denegentur. id quod neceſſitas præſentis prouiſionis euidenter oſtendet. Sanè poſtquam fœl. record. Clemens [a] Papa V. prædeceſſor noſter in Concilio Viennenſi eos, qui diuino * timore poſtpoſito, in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis contra canonicas ſanctiones matrimonia ſcienter in ſuarum periculum animarum contrahere præſumpſiſſent, excommunicationis ſententiæ ipſo facto decreuerat ſubiacere præcipiendo eccleſiarum prælatis, vt tales tādiu excommunicatos publicè nuntiarent, ſeu nuntiari facerent, donec ſepararentur ab inuicem, & beneficium abſolutionis obtinerent. Sedes Apoſtolica & Romani Pontifices prædeceſſores noſtri conſiderantes grauia oriri poſſe ſcandala, ſi matrimonia huiuſmodi ſcienter contracta & carnali copula conſummata per diuortium dirimerētur, ad obuiandum huiuſmodi ſcandalis, & ne mulieres perpetuò diffamatæ remanerent, inducebantur ad diſpenſandum cum illis qui in gradibus huiuſmodi prohibitis matrimonia ipſa ſcienter cōtraxiſſent. Propter quod multi volentes in gradibus prohibitis matrimonia contrahere, ac ſperantes veniam & ** abſolutionem ac diſpenſationem à ſede prædicta facilius obtinere poſſe, illa paſſim contrahere, & carnali copula ſub ea ſpe conſummare

præ-

præſumpſerunt. Quæ abuſio & corruptela cum iamdiu propter inueteratam hominum malitiam & nimiā dictę ſedis in abſoluendo ac diſpenſando facilitatem adeo creuerit; vt cupiētes in gradibus prohibitis huiuſmodi cōtrahere, nullo pacto id facere vereātur, & vnde ſcandalis remedia petebātur, inde ſcandalorū materia & occaſiō nata videatur. Nos quorum intereſt agrum Domini ita colere, vt virtutes in eo creſcāt, abuſiones verò quæcunque tollantur, ac malis moribus via & aditus omnis præcludatur, huiuſmodi fraudibus & dolis per quos multi diſpenſationes in præiudicium animarum à nobis extorquere, ac clementia & miſericordia Apoſtolica ſub ſpe veniæ vt experientia rerum magiſtra docet, peccandi viam pandit, abuti non ceſſant, obuiare volentes habita ſuper his cum fratribus noſtris matura deliberatione, de ipſorum fratrum conſilio, omnibus denuntiandum ſeu intimandum duximus, quod in poſterum cum illis qui in gradibus prohibitis matrimonia ſcienter contraxerint, etiam ſi illa conſummauerint, non intendimus diſpenſare, ſed illa (ſcandalis quæ oriri poſſe formidaretur, minimè attentis) omninò ſeparari mandabimus, abſolutionem duntaxat petētibus miſericorditer conceſſuri: cum gratia dignus non ſit, qui canonum conditorem contemnit, illique cum animæ ſuæ detrimento iniuriam facit. Rom. 16. Calend. Septem. 1524.

[a] *Clemens V. in Concilio Vienneníi vt habetur in Clem. tit. 1. c. vnico. de conſang. & affinit. decretum tulit, quo ſcienter contrahens matrimonium in gradu conſanguinitatis vel affinitatis prohibito vel cum moniali, excommunicatur ipſo iure & publicari debet & vitari. de hac re vide Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. de refor-*

reformat.cap.5. & Beat. Anthonin. tractat. de excommunic. cap. 34. Couarruuiam libr. quarto. part. 2. cap. tertio. §. 2. numero octauo.

NOT. * *Diuino timore poſtpoſito in gradibus conſanguinit.*) Summi profecto diuinæ legis contemptus indicium eſt, ea conari quæ non ſolum ei, verum etiam & naturali iuri aduerſantur. Abhorrent & execrantur ipſa animantia ratione carentia, congreſſus illos quibus hodie delectantur homines, nulla conſanguinitatis habita conſideratione, etiám in gradibus omni iure prohibitis. Scribunt Ariſtoteles lib. 9. de hiſtoria animalium, cap. 47. & Plinius lib. 8. cap. 42. de camelo & equo, qui operimento contectas matres ſuperuenire coacti, poſtquam agnouerunt matres eſſe, alter camelarium morſu defixo interemit, alter verò ſe præcipitem dedit. Idcirco nec mihi cum Ioſepho lib. 1. Antiquitat. cap. 14. poſſum talia matrimonia perſuadere contra quæ natura prorſus reclamare videtur. Qui inceſtas nuptias ambiunt, pœnis adulterii puniuntur. gloſſ. Bartol. & Doctor. in l. ſi adulterium cum inceſtu. in princ. ff. de adult. & l. inter literas. ff. eod. tit.

NOT. ** *Abſolutionem & diſpenſationem ſperantes.*) Si matrimonium ſcienter à conſanguineis contractum fuerit ea intentione, & prauo conſilio, vt cum eis in diſpenſatione mitius agatur, atque impetretur facilius ob euitandum ſcandalum, huius conſilii & fraudis mentio exponenda eſt Romano Pontifici, alioqui diſpenſatio non tenet, etiamſi mentio matrimonii ſcienter contracti facta fuerit, ita egregiè Martin. Nauar. in repetit. cap. ſi quando. de reſcript. column. 14. quibus omnibus addatur gloſſ. in cap. quia circa. Vide Domin. Sotum lib. 4. ſentent. diſtinct. 40. quæſt. vnica. artic. 4. Durand. ead. diſtinct. quæſt. 1. adde quæ not. lib. 2. comment. in direct. inquiſit. ſchol. 33. §. item per multos.

✲

TIT.

Tit. II.

De conſanguinitate & affinitate.

Pius Quartus.

Gradus conſanguinitatis qualitates remotiores & propinquiores ſunt exponendæ in diſpenſationibus.

Cap. I.

SANCTISSIMVS in Chriſto pater & dominus Pius diuina prouidentia Papa IIII. ad cuius notitiã peruenit, ꝙ multi viri, mulieresq; inuicem diuerſis * conſanguinitatis, ſeu affinitatis gradibus, ex communi ſeu ab eodẽ ſtipite ſurgentibus cõiuncti, matrimonii vinculo copulari cupientes, diſpenſationem ſuper remotiori gradu à ſanctitate ſua, & Rom. Pontifice pro tempore exiſtẽte, vel ſede Apoſt. ſolent impetrare abſq; eo, ꝙ diſpenſanti aliquã gradus propinquioris q̃ forſan expꝛ̃ſſus, Pontificem aut ſedẽ à diſpenſando, vel auerteret, vel certe retardaret cognitionẽ ſuggerant, literas poſtmodum ſuꝑ gradu propinquiori declaratorias, iuxta cõſtitutiones fœ.re. Greg. XI. & Clem. VI. Ro. Pont. ſanctitatis ſuæ prædeceſſorum deſuper reſpectiuè editas, inſcio diſpenſante expediri procurãtes. Circumſpectius deinceps in huiuſmodi diſpenſationibus concedendis procedere, ac propterea cuncta prorſus obſtacula, & quicquid diſpenſationi concedendæ veriſimiliter obeſſe poſſet, ne videlicet aliquid ab ipſo diſpenſante rerum ignaro contra mentem ſuam in animarum cõtrahentium periculum emergat, clarius iudicari, ſeque

ſeque de ſingulis obſtaculis plenè certiorari volens, Quod in quibuſcunq; diſpenſationibus quas pro matrimonio, ſcienter vel ignoranter contracto vel contrahendo in quibuſuis prohibitis conſanguinitatis, aut affinitatis, ſeu mixtis [b] gradibus ab eadem ſanctitate ſua, vel quouis Romano Pontifice ſucceſſore ſuo pro tempore exiſtente, ſeu dicta ſede impetrari, vel alias etiam motu proprio concedi contigerit commiſſionibuſque deſuper etiam ordinariis locorum faciẽdis, ac literis quibuſuis inde cõficiendis, non ſolum de remotiori, ſed etiam de proximiori, aut de proximioribus gradibus, quicunque illi fuerint eorumque diſtantia, ſpecialis, & expreſſa ** mentio fieri debeat, Alioquin diſpenſationes, declarationes, ac inde conficiendæ literæ huiuſmodi proceſſuſque habendi per eaſdem, nullius ſint roboris vel momenti, & pro infectis habeantur. Conſtitutionibus prædeceſſorum huiuſmodi cæteriſque contrariis, nequaquam obſtantibus, hac ſua perpetuò valitura ſanctione, auctoritate Apoſtolica ſtatuit, & ordinauit. Sicque per quoſcunque iudices, & commiſſarios etiam S.R.E. Cardinales ſublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & diffiniri debere. Ac quicquid ſecus ſuper iis à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentare contigerit, irritum & inane decreuit.

[a] *Nil eſt celandum diſpenſanti de re cuius gratia poſtulatur, nam ab expreſſis conceditur, ſin minus ſubreptitia eſt, nulliuſque momenti. Mart. Nauar. in repetit. cap. ſi quando. de reſcript. colum. 14.*

[b] *Vide ſummam Hoſtien. lib. 4. tit. de conſanguinitate & affinitate.*

NOT.

NOT. * *Diuerſis conſanguinitatis.)* Cognatione, conſanguinitate, & affinitate matrimonium ne contrahatur impediri certum eſt. Id autem quadripartita ratione intelligi volunt Canoniſtæ, vt ſit quædam cognatio & affinitas vel ſpiritualiter, vel matrimonii copula, vel legitima ſtirpis propinquitate, vel conſanguinitate ipſa inita. Prima ſpecies in ſacro lauacro regenerationis ſpiritualis gratiæ & fœderis vinculo contrahitur inter vtroſque parentes baptizati, ipſumque baptizatum, quamobrem de hoc monet ſanctum Tridentinum Concilium ſeſſi. 24.c.2. de reformat. Vt vnus tantum ſiue vir, ſiue mulier, vel ad ſummum vnus & vna baptizatum de baptiſmo ſuſcipiant, inter quos ac baptizatum ipſum & illius patrem & matrem, necnon inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem & matrem tantum ſpiritualis cognatio contrahatur. Parochus antequam ad baptiſmum conferendum accedat, diligenter ab his ad quos ſpectabit ſciſcitetur quem, vel quos elegerint, vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum vel eos tantum ad illum ſuſcipiendum admittat, & in libro eorum nomina deſcribat, doceatque eos quam cognationem côntraxerint, ne ignorantia vlla excuſari poſſint. Quod ſi alii vltra deſignatos baptizatũ tetigerint, cognationem ſpiritualem nullo modo contrahant. Plura eiuſdem fermè ſanctionis leguntur apud Canonici iuris profeſſores.

Spirituali legalis huic acceſſit cognationi, quæ quidem eſt adoptio eorum ſcilicet qui in aliena poteſtate ſunt, & à patris naturalis in adoptiui familiam transferuntur, eaque apud Prætorem vel Proconſulem fiebat, quam Græci εἰσποίησιν, Gotthi adfiliationem dixerunt, de qua 30. q. 3. cap. ita diligere. Armil. verb. matrimonium. Innocent. & Hoſtienſis, cap. vnico. de cognat. leg.

Conſanguinitas matrimonium impedit, incæſtus enim huiuſmodi damnata eſt lege naturali conſuetudo. Sed de gradibus conſanguinitatis hæc eſt accurata diſtinctio, tribus lineis præſtantioribus expedita. Prima eſt aſcendentium, ſecunda deſcendentium, tertia collateralium. Priorum facilis eſt intellectus l. 1. Primo gradu ſunt ſupra pater & mater, & infra filius, & filia. & l. iuriſconſul. §. nunc ſingulos. ff. de gradibus affinitatis. Aſcendentes verò & deſcendentes lineæ tranſuerſalis ſiue collateralis fratres, patruus, patruus magnus, propatruus, abpatruus, atpatruus, tripatruus, &c. ſic perpẽditur in ſexu fœmineo.

Ff Affi-

Affinitati ſubiiciuntur hæ perſonæ quarum coniugia irrita ſunt. ſocer, ſocrus, gener, nurus, nouerca, vitricus, priuignus, priuigna, leuir, glos, fratria, vt cenſet Modeſtin. l. non facile. §. affines. ff. de gradib. affinit. & c. coniunctiones. 35. q. 3.

N O T. * *Specialis & expreſſa mentio.*) Iure etiam Cæſareo hæc cautio adhibetur, ne in matrimoniis contrahendis cognationum nomina confunderentur, atque adeo ipſarum affinitatum.

Pius Quintus.

Declarationes Concilij Tridentini circa impedimenta cognationis ſpiritualis & affinitatis ex fornicatione, quo ad matrimonia poſt confirmationem Concilij contracta & de cætero contrahenda.

C A P. II.

SANCTISSIMVS in Chriſto pater ac Dominus Pius diuina prouidentia Papa quint᾿: Ad cuius notitiam peruenit, quod cum in decretis ſacri Concilii [a] Tridentini certæ * tantum perſonæ enumerentur, inter quas duntaxat cognatio ſpiritualis deinceps contrahatur ab aliquibus reuocatur in dubium, an qui vltra perſonas in dictis decretis enumeratas [b] quoquomodo cognatione ſpirituali ante confirmationem dicti Concilii coniuncti erant, abſque diſpenſatione Apoſtolica matrimonium poſt dictam confirmationem contrahere potuerint, ac hodie & de cætero contrahere poſſint, cum ante prædictam confirmationem id facere de iure minime liceret.

Et inſuper cum in eiſdem decretis ſtatuatur affinitatem, quæ ex fornicatione contrahitur, in illis ſolũmodo attendi debere qui primo vel ſecundo affinita-

tis

tis gradu coniunguntur, ab aliquibus pariter dubitetur, An matrimonia inter perſonas, quæ ante confirmationem dicti Concilii tertio vel vlteriori huiuſmo di affinitatis gradu coniunctæ erant, poſt confirmationem eiuſdem Concilii abſque diſpenſatione Apoſtolica contracta & quæ deinceps contrahi contigerit, dirimi debeant.

Sanctitas ſua ad tollendum omne dubium, eos qui ante confirmationem prædicti Concilii cognationẽ ſpiritualem contraxerunt, dummodo non ſint ex pſonis in dictis decretis enumeratis, & inter quas tantum Concilium voluit deinceps contrahi, hãc cognationem ſpiritualem matrimonii vinculo inter ſe abſq; diſpenſatione aliqua liberè, & licitè copulari poſſe, ac matrimonia etiam poſt confirmationem huiuſmodi, abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ inter eas iam contracta valere, plenamque roboris firmitatem obtinere.

Et ſimiliter matrimonia póſt confirmationẽ Concilii abſque diſpenſatione Apoſtolica ſequuta, & quæ de cætero ſequentur, inter perſonas quæ ante dictam confirmationem, affinitatem (infra tamen ſecundum gradum ex fornicatione prouenientẽ) contraxerant, propter huiuſmodi affinitatem dirimi nõ debere, ſed valida & efficacia exiſtere declarauit.

[a] *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. matri.*

[b] *De cognatione ſpirituali vide Hoſtienſ. lib. 4. ſum.*

NOT. * *Certæ tantum perſonæ.)* Philip. Francus, differens de cognatione ſpirituali, cap. ex confirmat. eod. in 6. colligit viginti caſus in quibus oritur ſpiritualis cognatio. Decem nimirum in Baptiſmo, & totidem in confirmatione. Arctior eſt hæc cognatio, decreto Concilii Tridentini ſeſſio. 24. cap. 2.

Idem.

Declaratio circa impedimenta cognationis ſpiritualis.

Cap. III.

CVm illius vicem licèt minimè ſuffragantibus meritis, geramus in terris, de cuius vultu prout iudicium, & vident oculi æquitatem, officii noſtri debitam proſequimur actionem, ſic obſcuros ſacrorum canonum ſenſus ita aperire ſtudemus, vt piis Chriſti fidelium mentibus nulla dubitandi occaſio relinquatur.

Sanè licèt ex eo quod in Concilio Tridentino decretum fuerit cognationem ſpiritualem inter eos tantum contrahi, qui ſuſcipiunt baptizatum [a] de baptiſmo, ac baptizatum ipſum, & illius patrem & matrem, necnon baptizantem, & baptizatum baptizatique patrem & matrem, in reliquis perſonis, quę per antiquos canones occaſione cognationis huiuſmodi contrahere prohibeantur, omne impedimentum ſublatum eſſe videatur, adhuc tamen ab aliquibus dubitari accepimus, an ſaltem impedimentum cognationis ſpiritualis huiuſmodi inter maritum vel vxorem ſuſcipientis, & baptizatum, necnon inter maritum vel vxorem ſuſcipiẽtis, & patrem ac matrem baptizati vigeat, propterea quod prohibitum de vno coniuge, de altero etiam prohibitum eſſe videatur.

Nos piarum mentium quieti, & matrimoniorum fauori (quantum ex alto nobis permittitur) conſulere volentes, à præciſis verbis Concilii minimè diſcedendum in præmiſſis eſſe cenſuimus. Et propterea nullum amplius impedimentum ratione cognationis huiuſ-

huiuſmodi ſubeſſe decernimus, & declaramus, quominus inter dictos maritum vel vxorem ſuſcipientis, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem, & quaſcunque alias perſonas tam ex parte ſuſcipientis, quàm baptizantis & baptizati, in dicto Concilio nominatim non expreſſas, matrimonium liberè & licitè contrahi poſſit, & ita ab omnibus iudicari debere mãdamus atque ſtatuimus.

[a] *Vide cap. non plures. de conſecrat. diſt. 4. & c. quamuis. de cognat. ſpirituali. in 6. c. ſuper quibus. c. pyſtacium. & c. fin. 30. q. 3. c. 1. c. ſuper eo. & ferè per totum. de cognat. ſpirit. c. 1.*

Idem.

Tertia declaratio circa impedimenta cognationis aut affinitatis ex fornicatione.

CAP. IIII.

AD Romanum Pontificem ſpectat canonicas ſanctiones, quæ expreſſiorem ſenſum poſtulare videntur, re diligenter perſpecta ita declarare, & alias prouidere, vt omnis dubietas de piis Chriſtifidelium mentibus euellatur. Sanè poſtquam ex eo quod Tridentina Synodus impedimentum affinitatis [a] ex fornicatione proueniẽs, per quod non ſolum matrimonium contrahi prohibetur, ſed etiam poſtea factum dirimitur, ad eos tantum reſtrinxit, qui primo & ſecundo gradu coniunguntur, in vlterioribus verò gradibus ſtatuit matrimonium poſtea factum non dirimi, à pluribus Chriſtifidelibus, vt accepimus, eſt dubitatum, an, licet in vlterioribus gradibus huiuſmodi matrimonium contractum non dirimatur, adhuc tamen iuxta antiquos canones contrahi prohibeatur.

Et propterea nos omnem ambiguitatem tollere, & animarũ tranquillitati, ac matrimonii libertati quantum cum Deo poſſumus conſulere volentes, declaramus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quominus in vlterioribus gradibus huiuſmodi liberè, & licitè matrimonium contrahi poſſit.

[a] *In commixtione fornicaria ſimiliter vir & fœmina efficiuntur vna caro, quia vt ait Paulus 1. Cor. 6. qui adheret meretrici vnum corpus efficitur, ergo per eandem transfertur cognatio. Thomas & Alb. magnũs.*

Animaduerſio ad Lectorem.

Iuris Pontificij librorum is qui tractat de matrimonio & pertinentibus ad coniugia breuior ſemper & compendioſior eſt, quam obrem vt hic ſeptimus decretalium prioribus reſponderet, quarti libri vorondem hic adſcripſimus. Qui vero conſanguinitatis & affinitatis voluerit latius inueſtigare ſingulares regulas, adeat finem Epiſtol. decretal. huius editionis, vbi declaratur arbor conſanguinitatis.

✲

VII. DECRET. LIB. IIII. FINIS.

SEPTI-

SEPTIMI DECRETALIVM LIBER QVINTVS.

TIT. I.

De Iudæis.

Iulius III.

Hebræorum & Iudæorum filii inuitis parentibus Chriſtiani & orthodoxi non inſtituantur aut baptizentur, nemini ſiquidem ad credendum vis inferri debet.

CAP. I.

EPISCOPIS eorumque Vicariis & officialibus ac quibuſuis aliis perſonis tam eccleſiaſticis quã ſecularibus expreſsè inhibemus ne Iudæorũ filios tam mares quam fœminas ipſis * parẽtibus inuitis violenter auferre ſeu ſubducere, nec præter formam ſacrorum canonum quomodolibet baptizare debeãt vel præſumant. Rom. 8. Iunii. 1551.

[a] *Pueri Iudæorum inuitis & reclamantibus parentibus non debent baptizari. Concil. Tolet. 4. c. 56.*

NOT. * *Parentibus inuitis violenter.*) Ob quædã incõmoda piè vetat eccleſia ne Baptiſmus inuitis patrib. pueris detur. Dòminic. de Sot. in 4. ſent. diſt. 5. q. vnic. art. 10. laudat factũ ſi inſciis parẽtib. fiat. Satius eſſe videtur inniti eccleſ. cõſuetudini idq; duplici rõne. Prima ne ius patriũ & officiũ violetur cui intereſt cœleſti mãdato inſtruere & educare prolẽ. Sic antiquitus tãta erat parẽtũ fidei efficacia vt illa pueri ſaluarẽtur. Secũda detrimẽtũ fidei hinc faciſſè exiliret, naturali nãq; vinculo cõiũcti filii cũ parẽtib. patriã infidelitatẽ nõ ſine apoſtaſiæ periculo iterũ ſequerentur.

Nicolaus Tertius, general. ord. Prædicatorum.

Euangelium prædicandum Iudæis, & conuerſi infideles rudimentis fidei debent initiari.

Cap. II.

Vineam Soreth velut electam plantauit dextera Dei patris & omne ſemen verum ſeminauit in ipſa, Angelica cuſtodia ſepiuit illam, lapides nociuos abiecit ex ea. Hanc de Ægypto in luto & latere, ſub iugo [a] Pharaonis oppreſſam in ſignis & prodigiis transferens, dux itineris eius exiſtens, in terram promiſſionis adduxit. Vinea enim Domini exercituum domus Iſrael eſt, viri Iuda delectabile germen eius. Hanc ſic mirè tranſlatum, quaſi adhuc eorum campum vomere legali proſcindens, prophetali doctrina ſulcauit, & vt ipſam ad maturam frugem, id eſt, ad regenerationis gratiam præpararet. Sed, proh dolor, peccatorum ſpinis obſita, nullum imbrem gratiæ ſpiritualis excipiens, quæ ſperabatur vt vuas educeret, lambruſcas eduxit: vnde ſperabatur iudicium, proceſſit iniquitas: vnde iuſtitia, inde clamor. Hæc eſt vinea in qua fici arbor, ſcilicet ſynagoga Iudæorum plantata, Euangelica veritate deſcribitur: cuius plantator Chriſtus, cœtus Apoſtolicus cultor exiſtit. Hæc triplici tempore, quaſi tribus annis, vt fructum produceret expectata, infructuoſa reperta, cultori ſuccidenda prædicitur. Nam nec tempore circumciſionis ad perfectum deducta, quia circumciſionem animæ non quærebat: nec ſanctifi-

cata

cata per legem, quia per eam tantum carnalia ſequebatur: nec tandem iuſtificata per Euangelii gratiam, quia gratiam recipere noluit: quin potius latorem gratiæ iuſtum iniuſtè peremit, & quodammodo indurationem Pharaonis excedens, omne curantis & curæ refutauit antidotum, adeo vt nec verbis, nec ſignis nec ſacramentis, quinimmo nec ipſius Chriſti, & Dei corporali præſentia molliretur. Multifariè enim multiſque modis, olim Deus loquens antiquis ipſius ſynagogæ patribus in Prophetis, nouiſſimè in fine têporum locutus eſt ipſi & nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula: ſed omnẽ eſcam abominata eſt anima eius: & idcirco iuſto Dei iudicio reprobatam exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Ablata eſt ſepes eius, poſternata maceries, & in direptionem poſita vt deſerta, nec inuentus eſt in terris amplius locus eius. Verùm quia miſerationes Dei ſuper omnia ſua opera prædicantur, qui omnes ſaluos fieri, & neminem vult perire, qui ſeipſum pro nobis & ipſis hoſtiam ſalutis exhibuit Deo patri: qui exaltatus à terra, expanſis in cruce manibus, ad ſe cuncta trahere Euangelica voce prædixit. Nos, licet immeriti, vicem eius tenentes in terris, qui etiam Iudaicam perfidiam, à ſua miſericordia non repellit, libenter pro illius populi obcæcatione labores appetimus, vt affectum noſtrum diuina proſequente clementia, cognita veritatis luce, quæ Chriſtus eſt, à ſuis tenebris eruãtur. Porrò quia Iudæorum ipſorum, quaſi per vniuerſum mũdum, diuino * iudicio, præuiſa diſperſio ipſos ad recipiendum ſacramenta fidei, ac doctrinam commodè in vnum conuenire non patitur, neceſſitate nos volũtarios vrgente, compellimur per diuerſas mundi par-

tes, diuerſos ſeminatores eligere, per quos ſemen verbi Dei, vt poſſibile eſt, ſpargamus in ſingulos, quorum ſalutem vniuerſaliter & ſingulariter affectamus. Ad te igitur inter alios ſub ſpe diuinæ gratiæ, mentis noſtræ oculos conuertentes, cum tui ordinis claritate reluceas, & credaris vbilibet per opera vtilia, & exempla laudabilia fructuoſus: & ex data tibi diuinitus gratia ſcire te confidamus & poſſe fructus vberes in domo Domini germinare; diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus confidens in illo, cui proprium eſt ſpirituales gratias elargiri, tales vmbrarum tenebris obcæcatos, in commiſſa tibi prouincia, per te, ac alios fratres tui ordinis: quos ad hoc honeſtate morum experta ſciẽtia, probatis virtutibus, circumſpectione prouida, & experientia comprobata idoneos eſſe cognoueris; & quorum induſtria atque doctrina diuinis donis à Domino fœcundata intrepidè pro catholica fide reluceat, & in ſui claritate non titubet, ſed tenebroſas mentes radiorum repercuſſione clarificet, & obſtinatas ceruices reprimat peruerſorum: Iudæos eoſdem in terris & locis, in quibus habitant, generaliter & ſingulariter conuocando ſemel & pluries, ac totiens repetitis inſtantiis, quotiens proficere poſſe putaueris, prout melius fieri poterit, prædicationibus, ſalutaribus monitis, & diſcretis inductionibus, Euangelicis doctrinis informare ipſos ſtudeas, iuxta datam tibi à Dño gratiã, fugatis tenebrarum nubibus, ad viã reducere claritatis: vt renati fonte baptiſmatis, reluceant in limine vultus Chriſti, & exinde chorus Angelicus delectetur. Tu quoque, ac alii, quos ad proſecutionem tanti negotii, duxeris eligendos, perennis boni præmium, noſtramque benedictionem & gratiam, vobis de bono in me-

in melius vendicetis. Et vt affectum quem ad ſalutem ſtatus ipſorum gerit mater eccleſia, percipiant per affectum, tu illos ex eis, quos ſuſceptionem ſacri baptiſmatis gratia diuina perduxerit, prælatis, ac dominis locorum, in quibus tales habitare contigerit, ex parte noſtra affectuoſiſſimè recommẽdes, vt Deo gratias in recuperata oue deperdita, & filio prodigo redeunti, vitulum exultationis, & gaudii exhibentes, eos charitatiuè foueant, [c] fauoribus muniant, benignè pertractent: nec ipſos in perſonis, aut rebus, per Iudæos, vel alios indebitè moleſtari permittant: q̃n potius in oĩbus fauorabiliter ipſis aſſiſtãt auxiliis oportunis. Sed ſi fortè (ꝙ abſit) aliq̃ ex ipſis, in eorum obſtinata perfidia perdurãtes, & velut aſpis ſurda ſuas aures incredulas obturantes, ne tui & illorũ, quos ad hæc ſalutis opera deputabis, vocẽ audiãt, vt de tenebris ad lucem exeant, incantantium ſapienter tuas, & per te ad hæc deputandorum fratrum ſalutares conuocationes, aſpernanter effugerent, de iſtis (ſi tales inueneris) qui ſint, in quibus locis, & ſub quorum dominio commorentur, nobis reſcribere non omittas: vt circa pertinaces huiuſmodi, de ſalutari eorum remedio, ſicut expedire videbimus, cogitemus. Vt autem de præmiſſis auidis noſtris conceptibus, iuxta noſtra deſideria ſatisfiat, frequenter nobis intimare ſtudeas, qualiter commiſſum tibi negotium ꝓſperetur, & qualem fructum ſeminata repromittant. Datum Viterbii 2. Non. Auguſt. Pontificatus noſtri anno primo.

[a] *Aegyptiaca captiuitas quam ſub Pharaone Iudæi poſt mortem Ioſeph pertulerunt, & peregrinatio. Exod. 12.*

b *Pertinax & indurata obſtinatio Iudæorũ in admirationẽ*

traxit

traxit diuum Auguſtinum vt ſic conqueſtus ſit. Vnde dura ceruix & cor incircumciſum populo huic, qui ex omni mundo ſelectus eſt, qui de ſeruitute decem miraculis meruit liberari, cui lex data eſt, nec factum eſt ſimile omni nationi, cui omnia ora Prophetarum militauerunt, & ex quo factus eſt ſecundum carnem, & ad quos miſſus eſt Chriſtus.

c *Vt benigne ſuſcipiendi ſunt Iudæi fidei Chriſtianæ doctrinam cupientes, ſic eam moniti & docti renuentes compellendi.*

N O T.* *Diuino iudicio præuiſa diſperſio.*) Cum Hieronymo ſuper cap. 16. Iſaiæ, cum Auguſtino lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 46. cum Theodoreto decima oratione, de prouidentia, quo eam maximè cauſam arbitratur Benedictus Peretius libr. 10 com. in Danielem, Iudæos per omnes gentes vſquequaque diſperſos eſſe, vt quæ à Chriſtianis prædicantibus Euangelium, Prophetarum vaticinia proferrẽtur de ea gente, in Iudæorũ libris legentes, non eſſe Chriſtianorum figmenta intelligerent, quin Euangelium tot tamque manifeſtis antiquorum vatum oraculis cõfirmatum, proniori aſſenſu ſtudioque amplecterentur.

Paulus III.

Iudæorum ad fidem Chriſtianam conuerſorum indulta, quæ amittunt ſi ad vomitum redierint, imo vt hæretici relapſi puniuntur.

Cap. III.

CVPIENTES Iudæos, & alios infideles quoſlibet ad fidem catholicam conuerti, & prætextu bonorum per eos antea poſſeſſorum ab eadem fide non diſtrahi, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, hac in poſterum valitura conſtitutione

tione ſancimus, quod cuicunque eorundem Iudæorum, & infidelium ad dictam fidem conuerti volenti, etiam ſi in patria poteſtate cõſtitutus fuerit, bona ſua quæcunque, tam mobilia, quàm immobilia intacta, & illæſa permaneant. Ita vt etiam filiifamilias, & in patria poteſtate, vt præfertur, cõſtituti, legitima, & quacunque alia portione bonorum patrimonialium, aut maternorum eis de iure, ſeu ſucceſſione bonorum eis alias debitorum, per eorum parẽtes fraudari, [a] aut priuari non poſſint, neque debeant, ſed eis integre, etiam ſi contra voluntatem parentum ſuorum ad fidem ipſam conuerſi fuerint, etiam eorum parentibus viuentibus, debeantur. Et ſi bona ipſa ex vſura, aut illicito quæſtu fuerint acquiſita, & notæ ſint perſonæ, quibus eorum fuerit de iure facienda reſtitutio (quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur malè ablatum) illa eiſdem perſonis omnino reſtituantur: perſonis verò non extantibus prædictis, quia bona ipſa eſſent per manus eccleſiæ in pios vſus conuertenda, bona huiuſmodi eiſdem Iudæis, & aliis infidelibus, in fauorem ſuſcepti baptiſmatis tanquam in pium vſum liberè concedimus: eaque apud ipſos ſic conuerſos Iudæos, & alios infideles remanere decernimus. Interdicentes ſub diuini anathematis pœna, quibuſuis tam eccleſiaſticis, quàm ſecularibus perſonis, ne vllam ſuper bonis huiuſmodi, quouis quæſito colore moleſtiam inferant, aut inferri patiantur. Sed magnum ſe feciſſe lucrum exiſtiment dum tales Chriſto lucrati fuerint. Et quoniam (vt ſcriptum [b] eſt) qui habuerit ſubſtãtiam mundi huius, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in ipſo? ſi ipſi conuerſionis tempore inopes, aut indigentes fuerint, omnes tam

eccle-

eccleſiaſticos quam ſeculares per viſcera miſericordię Dei noſtri exhortamur, vt ipſis conuerſis manus porrigant adiutrices, ipſi quoq; diœceſani, non ſolũ Chriſtianos ad ſubueniendũ ipſis exhortentur, ſed ẽt tam de redditibus eccleſiarum, prout poterunt, quam de his, quæ ad pauperum vſus ꝑ ipſos conuertendos deuoluuntur huiuſmodi neophitos ᶜ ſuſtentare nõ negligant: ipſoſq; à detractionibus, & cõtumeliis paterna affectione defendant. Et quoniam ꝑ gratiã baptiſmi ciues ſanctorum, & domeſtici Dei efficiuntur, lõgeq; dignius exiſtit regnare ſpiritu, quam naſci carne, eadẽ conſtitutione ſtatuimus, vt ciuitatũ & locorũ in quibus ſancto baptiſmate pro tempore regenerabũtur, verè ciues ſint, & priuilegiis, ac libertatibus, & immunitatibus, quę alii rõne natiuitatis, & originis duntaxat conſequuntur, gaudeant. Curent inſuper ſacerdotes baptizantes, & alii de ſacro fonte eos ſuſcipientes, tam ante baptiſmum, quam poſt, illos in articulos fidei, ac legis nouæ præceptis, catholicæq; eccleſiæ ritibus diligenter inſtruere, & tam ipſi, quam diœceſani operam dent, ne cum aliis Iudæis, ſeu infidelibus ſaltẽ ꝑ longum * tempus conuerſentur, ne ſicut quandoq; contigit, ab infirmitate curatis modica occaſio ad priſtinam damnationem recidiuam efficiat. Et quoniam experientia teſte, compertum eſt mutuam ipſorum neophitorum inter ſe conuerſationem, ipſos in fide noſtra fragiliores reddere, ac ſaluti ipſorum plurimũ efficere, hortamur locorum ordinarios, vt quantum pro incremẽto fidei viderint expedire, curent, & ſtudeãt, neophitos ipſos cum originariis Chriſtianis matrimonio copulare. Et prohibeant eiſdem ſub grauibus pœnis ne mortuos more Iudæorum ſepeliant, aut ſabbata, aliaſque ſolemnitates, & antiquæ ſectæ ritus quo-

quoquomodo obſeruent; ſed & eccleſias, & prædicationes, prout alii catholici frequentent, & in omnib⁹ Chriſtianorum moribus ſe conformes reddant. Contemptores aũt prædictorum, per ſacerdotes in quorũ parochiis degẽt, aut alios ad quos de iure, vel antiqua conſuetudine de talibus inquirere ſpectat, aut etiam ꝑ alios quoſcunq; diœceſanis, ſeu inquiſitoribus hæreticæ prauitatis deferant, & inuocato ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, per eos taliter puniantur, ꝙ aliis tranſeat in exemplum. Et inſuper de his omnibus in prouincialibus & ſynodalibus Conciliis diligẽs fiat inquiſitio, & tam circa Epiſcopos & ſacerdotes in præmiſſis negligentes, quam ipſos neophitos & infideles prædictos contemptores, oportunum adhibeatur remedium. Si quis autem cuiuſcunq; gradus vel præeminentiæ fuerit, huiuſmodi neophitos ne obſeruationem ritus Chriſtiani, & aliorum præmiſſorum complectantur, fouerit aut defenderit, pœnas contra fautores hæreticorum promulgatas ipſo facto incurrat: neophiti verò ſi ſe corrigere poſt monitionem canonicam neglexerint, & ad vomitum Iudaizantes redire comperti ſint, contra eos tanquam perfidos hæreticos, per ordinarios locorum, ſecundum ſacrorum canonum inſtituta procedatur. Romæ 21. Martii. 1542.

[a] *Ex cauſis quibus exhæredari poſſunt filij, religionis apoſtaſia vna eſt, vt ſi orthodoxus infidelitatem ac paganiſmum, aut demum aliquã à fide catholica opinionem ſectetur.. in auth. Iuſt.*

[b] *1. Ioan. 3. cap.*

[c] *Neophitos vocat nouos & rudes adhuc in fide Chriſtiana, tranſlata loquendi formula à Græcis, qui νεόφυτον nouellam plãtam, quaſi nuper inſitam appellant.*

[d] *Supe-*

d *Superiora omnia anteà decreuit Concil.Baſilien.ſeß. 19.c. de his qui volunt ad fidem conuerti.*

NOT. * *Per longum tempus conuerſentur.*) Interdicitur ei qui ex iudaica vel Mahumetica lege aut Ethnica cõuerſus Chriſtianiſmũ ſacro baptiſmate profeſſus eſt, õis cum iis quos antea vel parẽtes vel familiares habuit cõſuetudo, ne prioris vitæ memoria ſeducatur & redeat ad vomitum. De hac re plura habes in ſacris Conciliis, Laodicenſi cap.3. Neocæſarienſi cap.12. Toletano IIII. cap.63.

Paulus Quartus.

Iudæi vt fide diſtincti a Chriſtianis, ſic & locorum ſeparatione, ſiue cohabitatione, & veſtitus ratione cæteriſque priuilegiis diſcriminari debent.

Cap. IIII.

CVM nimis abſurdum, & inconueniens exiſtat, vt Iudæi, quos propria culpa perpetuæ ſeruituti ſubmiſit, ſub prætextu quod pietas Chriſtiana illos receptet, & eorum cohabitationem ſuſtineat, Chriſtianis adeo ſint ingrati, vt eis pro gratia contumeliam reddant, & in eos pro ſeruitute, quam illis debent, dominatum vendicare procurent. Nos ad quorum notitiam nuper deuenit eoſdem Iudæos in alma vrbe noſtra, & nonnullis ſanctæ Romanæ eccleſiæ ciuitatibus, terris, & locis, in id inſolentiæ prorupiſſe, vt non ſolum mixtim cum [a] Chriſtianis, & prope eorum eccleſias nulla intercedente habitus diſtinctione, cohabitare, verum etiam domos in nobilioribus ciuitatum, terrarum, & locorum, in quibus degunt, vicis, & plateis

plateis conducere,& bona ſtabilia comparare, & poſſidere, ac nutrices & ancillas alioſq; ſeruientes Chriſtianos mercenarios habere,& diuerſa alia in ignominiam,& contemptum Chriſtiani nominis perpetrare præſumant, conſiderantes eccleſiam Romanam eoſdem Iudæos tolerare in teſtimonium veræ fidei Chriſtianæ,& ad hoc vt ipſi ſedis Apoſtolicæ pietate,& benignitate allecti, errores ſuos tandem recognoſcant, & ad verum catholicæ fidei lumen peruenire ſatagāt, & propterea conuenire, vt quandiu in eorum erroribus perſiſtunt, effectu operis recognoſcant ſe ſeruos, Chriſtianos verò liberos per Ieſum Chriſtum Deum & Dominum noſtrum effectos fuiſſe, iniquumq; exiſtere, vt filii liberæ filiis famulentur ancillæ. Volentes in præmiſſis, quantum cum Deo poſſumus, ſalubriter prouidere, Hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione ſancimus, q̄ de cætero perpetuis futuris temporib⁹ tam in dicta vrbe, quā in quibuſuis aliis ipſius Romanæ eccleſiæ ciuitatibus, terris, & locis, Iudæi omnes in vno & eodem, ac ſi ille capax nō fuerit, in duobus aut tribus, vel tot, quot ſatis ſint, contiguis, & ab habitationibus Chriſtianorum penitus ſeiunctis, per nos in vrbe, & per magiſtratus noſtros in aliis ciuitatibus, terris, & locis prædictis deſignandis vicis, ad quos vnicus tantum ingreſſus pateat, & quibus ſolum vnicus exitus detur, omnino habitent. Et in ſingulis ciuitatibus, terris, & locis in quibus habitauerint, vnicam tātum [b] Synagogam in loco ſolito habeant, nec aliam de nouo conſtruere, aut bona immobilia poſſidere poſſint. Quinimo omnes eorum Synagogas, præter vnam tantum demoliri, & deuaſtare. Ac bona immobilia, quæ ad præſens poſſident, infra tempus eis per ipſos magiſtratus præfigendum, Chriſtianis vendere.

Et ad hoc vt pro Iudæis, vbiq; dignoſcantur, [c] maſculi biretum, fœminæ verò aliud ſignum patẽs, ita vt nullo modo celari, aut abſcondi poſſit, glauci coloris palam deferre teneantur, & aſtricti ſint, nec ſuper non delatione bireti, aut alterius ſigni huiuſmodi p̃textu cuiuſuis eorum gradus, vel præeminentiæ, ſeu tolerãtiæ excuſari, aut per eiuſdem eccleſiæ Camerarium, vel Cameræ Apoſtolicæ clericos, ſeu alias illi præſidẽtes perſonas, aut ſedis Apoſtolicæ Legatos, vel eorum vicelegatos quouiſmodo diſpenſari, aut abſolui poſſint. Nutrices [d] quoq;, ſeu ancillas, aut alios vtriuſque ſexus ſeruientes Chriſtianos habere, vel eorum infantes per mulieres Chriſtianas lactari, aut nutriri facere, ſeu dominicis, vel aliis de præcepto eccleſiæ feſtis diebus in publico laborare, aut laborari facere, ſeu Chriſtianos quoquo modo grauare, aut contractus fictos, vel ſimulatos celebrare, ſeu cum ipſis Chriſtianis ludere, aut comedere, vel familiaritatem, ſeu conuerſationem habere nullatenus præſumant. Nec in libris rationum, & computorum, quę cum Chriſtianis pro tẽpore habebunt, aliis, quam latinis literis, & alio, quam vulgari Italico ſermone vti poſſint, & ſi vtantur, libri huiuſmodi contra Chriſtianos nullam fidem faciant, Iudæi quoq; præfati ſola arte ſtrazzariæ, ſeu cenciariæ (vt vulgo dicitur) contenti aliquam mercaturam frumenti, vel ordei, aut aliarum rerum vſui humano neceſſariarum facere, Et qui ex eis * medici fuerint, etiã vocati, & rogati, ad curam Chriſtianorum accedere, aut illi intereſſe nequeant. Nec ſe à pauperibus Chriſtianis dominos vocari patiãtur. Et menſes in eorum rationibus, & computis ex triginta diebus completis omnino conficiant, & dies, qui ad numerum triginta non aſcenderint, non pro mẽſibus integris, ſed ſolum

pro

pro tot diebus, quot in effectu fuerint, cõputentur, & iuxta ipſorum dierũ numerum, & non ad rõnem integri menſis eorum credita exigant. Ac pignora eis pro cautione pecuniarũ ſuarum pro tempore conſignata, niſi tranſactis prius à die, quo illa eis data fuerint, decẽ & octo integris menſibus vendere nequeãt, & poſtquam menſes prædicti effluxerint, ſi ipſi Iudæi pignora huiuſmodi vendiderint, oẽm pecuniam, quæ eorũ credito ſupfuerit, domino pignorum conſignare, Et ſtatuta ciuitatũ, terrarum, & locorũ, in quibus pro tẽpore habitauerint, fauorẽ Chriſtianorum concernẽtia inuiolabiliter obſeruare ẽt teneantur. Et ſi circa p̃miſſa in aliquo quomodolibet defecerint, iuxta qualitatem delicti in vrbe per nos, ſeu vicarium noſtrum, aut alios à nobis deputandos, ac in ciuitatibus, terris, & locis prædictis per eoſdem magiſtratus, etiam tanquam rebelles, & criminis læſæ maieſtatis rei, à toto populo Chriſtiano diffidati, noſtri, & ipſorum vicarii, ac deputandorum, & magiſtratuum arbitrio puniri poſſint. Ro. prid. Id. Iul. 1555.

[a] *Iudæi non debent ſe immiſcere Chriſtianorum cœtibus, nec Chriſtiani cum eis conuerſari. 28. q. 1. omnes. 2. q. 7. alieni.*

[b] *Vide Card. Zaba. in c. Iudæi. Cle. 1. in prima colum. de Iudæis.*

[c] *c. in nonnullis. de Iudæis. Eymeric. in direct. inquiſ. par. 2. quæſt. 46. numer. 10. ſumm. Hoſtien. de Iudæis & Saracenis. in addit.*

[d] *Idem fuit decretum in Concilio Baſilien. ſeſſ. 19. ne ſcilicet Iudæi aut alij infideles, aut Chriſtianos aut Chriſtianas in familiares ſeu ſeruientes, aut filiorum ſuorum nutrices habeant, ac ne Chriſtiani cum ipſis conuiuentur, aut dies feſtos agant.*

[e] *Ad. Doct. in c. nullus. eod. tit. de Iudæis.*

N O T. * *Et qui ex eis medici fuerint.*) Dictum eſt ſupra in conſt Pii V. tit. de medicis. c. 2. Iudæorum medicos ad Chriſtianorum curandas ægritudines non conuocandos. Ita tamen intelligendum, vt ſi peſtis aut vrgens quæpiam neceſſitas imperauerit non ſit locus conſtitutioni. Maria de Senis in cap. 1. de Iudæis. arg. c. qualitas temporis 16. quæſt. 1. pariter vbi deficit Chriſtianus excellentioris & peritioris etiam Iudæi conſulenda eſt induſtria, relaxaturque legis diſpoſitio, ſecund. Bald. l. ſed & reprobari. in §. valde. ff. de excuſ. bon.

Gregorius XIII.

Inquiſitorum fidei animaduerſio in Iudæorum blaſpemias, & flagitioſam viuendi conſuetudinem.

CAP. V.

ANTIQVA Iudæorũ imꝓbitas, qua diuinæ bonitati ſemp̃ reſtiterunt, tãto execratior cõſiſtit in filiis, quanto ipſi ad cumulãdam patrũ ſuorũ menſurã, in Dei filio repudiãdo, eiuſq; in mortẽ nefariè conſpirando, grauius deliquerunt: q̃ propterea ſuis effecti maioribus nequiores, propriis ſedibus expulſi, atq; in oẽs diſperſi orbis terrarum regiones, ſeruitutiq; ꝑpetuæ mancipati, nõ maiorem in cuiuſquam ditione clementiam, quàm in Chriſtianorum prouinciis, maxime verò in Apoſtolicæ pietatis gremio inuenerunt,[a] quę pro eorum conuerſione laborans, eos miſericorditer excepit, atq; in cohabitatione vnà cum filiis ſuis ſuſtinuit, ad veritatiſq; lumen allicere pio ſemper ſtudio conata eſt, rebuſq; ad vitam neceſſariis iuuit, iniuriis, & cõtumeliis prohibuit, multis deniq; beneficentiæ ſuæ priuilegiis circummuniuit: illi verò nullis beneficiis mãſuefacti, nihilq;

nihilq; de ſuo priſtino ſcelere remittētes, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in cœlo triumphantem adhuc in Synagogis ſuis, & vbiq; perſequuntur: Chriſti quoq; membris infenſiſſimi non deſinunt in religionem Chriſtianam horrenda facinora quotidie magis audere; quibus nos, ne pietatis noſtræ puritas polluatur, aut à fœdis mancipiis Chriſto, Chriſtianorumue nomini impune illudatur obuiare volētes, Statuimus, ac etiam declaramus, Inquiſitores hæreticæ prauitatis liberè procedere poſſe in omnibus cauſis, & caſibus, qui ſequuntur.

Si quis Iudæus, aut infidelis in iis, quæ circa fidem cum illis nobis ſunt communia, veluti Deum vnum, & æternum omnipotentem, creatorem omnium viſibilium, & inuiſibiliũ, & ſimilia nõ eſſe aſſeruerit, prædicauerit, vel priuatim alicui [b] inſinuauerit.

Si dęmones inuocauerit, conſuluerituе, aut eorum reſponſa acceperit, ad illoſue ſacrificia, aut preces ob diuinationem, aliamue cauſam direxerit, aut quid eis immolauerit, vel thuris alteriuſue rei fumigationes obtulerit, aut alia quæuis impietatis obſequia præſtiterit.

Si Chriſtianos verbo, facto, vel exemplo, aut alio quouis modo nefaria huiuſmodi docuerit, vel ad ea perpetranda perduxerit, aut perducere [c] attentauerit.

Si ſaluatorem, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum purum hominem, vel etiam peccatorem fuiſſe, matremue Dei non eſſe virginem, & alias huiuſmodi blaſphemias, quæ per ſe hæreticæ dici ſolent, in Chriſtianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impiè protulerit.

Si cuiuſuis eorum opera, auxilio, conſilio, vel fa-

uore aliquis Chriſtianus à fide deſciuerit, quam que ſemel ſuſceperat, abnegauerit, vel ad Iudæorum ſeu aliorum infidelium ritus, ceremonias, ſuperſtitiones, vel impias ſectas tranſierit, vel redierit, ſeu in hæreſim aliquam inciderit, aut qui, vt Chriſti fidem abneget, ſeu in hæreſim incidat, opem, conſilium, auxiliũ, vel fauorem quomodocunq; præſtiterit.

Si quis Catechumenum, vel quemcunq; ex Iudæis, aut infidelibus Deo inſpirante ad fidem Chriſtianam venire volentem, poſt declaratam nutu, verbo, facto, aut quocunque alio modo eius voluntatem à fide, vel fidei inſtructione, aut à ſacri baptiſmi ſuſceptione retrahere, auertere, vel dehortari, aut ne ad fidem veniat, neue regenerationis lauacro abluatur, quouis modo impediuerit.

Si quis apoſtatas, hæreticoſue ſcienter domi ſuę acceptauerit, aluerit, commeatu iuuerit, ſeu quouis modo eis cibaria vbicunque præbuerit, aut dona, vel munera dederit, vel miſerit, aut de loco ad locum deduxerit, ſeu aſſociauerit, vel deducendos ſeu aſſociandos curauerit, aut ſumptus miniſtrauerit, duces, comiteſue illis adiunxerit vel ne ab eis perpetrata deprehendi, aut inueſtigari queant, fecerit. Quique dictos apoſtatas, aut hæreticos ſcienter aliquo modo receptauerit, occultauerit, defenderit, aut eis opem, conſilium, auxilium, vel fauorem quomodolibet pręſtiterit.

Si libros hæreticos, vel thalmudicos, aut alios Iudaicos quomodolibet damnatos, aut alias prohibitos tenuerit, cuſtodierit, vel diuulgauerit, vel in quæcũq; loca detulerit, aut ad eam rem operam ſuam accommodauerit.

Si Chriſtianos deriſerit, redemptioniſque noſtræ hoſtiam

hoſtiam ſalutarem in ara crucis immolatã, Chriſtum Dominum ludibrio,& deſpectui habens,quandocunque, maximè verò in ſacro paraſceues die agnum, ſiue ouem, aut quid aliud crũci affixerit, aut appenderit, in camuc conſpuerit, ſeu quodcunque contra ipſam fecerit.

Si nutrices Chriſtianas contra ſacrorum canonum ſtatuta, diuerſorumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ſanctiones adhuc retinuerit, aut eas retinens die, qua ſanctiſſimum euchariſtiæ ſacramentum ſumpſerint, * lac vno, vel pluribus diebus in latrinas, cloacas, vel alia loca effundere coegerit.

In qbus caſibus vniuerſis,& ſingulis oẽs pdictæ prauitatis Inqſitores oĩum regnorum,prouinciarũ,ciuitatum,dñiorum,& locorum vniuerſi orbis Chriſtiani iudices in ſuis quenq; locis ppetuo delegamus, vt ſup his contra Iudæos, atq; infideles quoſcunq; ſimul vel ſeparatim, prout in cauſis fidei iuxta ſacrorũ canonũ formam,necnon officii inquiſitionis huiuſmodi conſtitutiones,diligenter inquirant,& procedãt, & quos in aliquo vel aliquibus horum flagitiorum exceſſibus culpabiles repererint,in eos pro culpę modo,ac etiam pro criminum numero vel multiplicatione, aut conſuetudine delinquẽdi,flagra,remigia, ẽt perpetua,rerũ quoq; publicationes,exilia, aliaq; atrociora decernant,& alias de eis exempla edant,quæ ſceleratos illos deterreant ab huiuſmodi flagitiis in poſterum admittẽdis. Nos enim venerabilibus fratrib⁹ noſtris S.R.E. Cardinalibus Inquiſitoribus generalibus, necnõ Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Prælatis, ac ẽt aliis prædictis Inquiſitoribus in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, diſtrictè præcipimus

& mandamus, vt præſentes noſtras literas in ciuitatibus,& locis cuiq; ſubiectis publicare, & iuxta illarum tenorem procedere,ipſaſque debitæ executioni mandare procurent.Ro.Cal.Iun.1581.

[a] *Licet propria culpa Iudæos ſeruituti ſubiecerit,ipſos tamē tolerat pietas Chriſtiana, ſed ipſi ingrati pro gratia reddunt cōtumeliam,pro familiaritate contemptum.13.q.2.his ita.*

[b] *Vide Hoſt.tit.1.§.pœna.& §.1.verſic. & qui nouam præcedent.*

[c] *Et ideo Iudæis vetitum eſt communione Chriſtianorum gaudere,ne ſimplices ab eis corrumpantur.28.q.1.ſæpe.*

[d] *Iudæi apoſtatarum & hæreticorum in cōtumeliam Chriſtianæ religionis fautores.*

[e] *Pœnæ capitales in Iudæos ſancitæ.*

NOT. * *Lac Vno, Vel pluribus diebus.)* Hoſtienſis lib.5.de Iudæis & Saracenis. Sunt quidam (inquit) qui quod nephandū eſt dicere nutrices Chriſtianas habentes non permittunt lactare filios, cùm corpus Chriſti ſumpſerunt, niſi primo per triduū lac effuderint in latrinam,quaſi intelligunt quod corpus Chriſti incorporetur vt alimentum & ad ſeceſſum deſcendat. Sed falſum.de conſecrat.diſt.2.tribus gradibus.

Idem.

Catecheſis & fidei inſtructionis ſedula cura adhibeatur ab Epiſcopis in Iudæorum conuerſionem, vbi huius diſperſæ gentis Synagogæ colliguntur.

CAP. VI.

SANCTA mater eccleſia,cuius Chriſtus caput eſt, ingenitam ſuam charitatem ad omnes latè diffundens, antiquæ Iſraeliticæ gentis, popu-

populique Dei peculiares reliquias, pio nunquam desinit affectu miſerari, grauiterq; contriſtatur Iudæorum quondam nationem præcipuis auctam muneribus, & gratiis, cuius erat adoptio filiorum, gloria, teſtamentum, legiſlatio, obſequium, & promiſſa, vnde etiam Chriſtus Saluator noſter ſecundum carnem naſci dignatus eſt, per diuerſas orbis partes tot iam ſecula diſperſam, [a] ac contagioſi gregis more per inuia, & inaquoſa miſere vagantem, verbi Dei fame, & aquæ refectionis ſiti perire, longeque non à terrena tãtum, ſuper quam Dominus fleuit, ſed, quod grauius eſt, à cœleſti quoque Hieruſalem, niſi Chriſtus quem negauit, confiteatur, exturbari, qua miſeratione, & mœrore nos quoque non leuiter commoti indies ſemper aliquid excogitamus, vnde eorum conuerſioni, & ſaluti opportunius prouideatur, ipſiſque ad intelligentiæ viam, quam ſibi præcluſerunt, valeant Deo propitio peruenire. Quare ſollicito hæc animo meditãtes, ac fœlicis recordationis Nicolai Papæ V. nonnullorumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, præſenti conſtitutione generali præcipimus, omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis eccleſiarum Prælatis, etiam Cardinalatus honore præditis, vt in ſuis quiſque ciuitatibus, terris, & locis, in quibus competens aliquis numerus Iudæorũ, qui Synagogã conſtituat, cõmoratur, curent Sabbati, vel alio cuiuſcunq; hebdomadis ſtatuto die, ad Iudæos ipſos in locum præſtitutum, non tamen ſacrum, nec vbi ſacra confici ſolent, conuocatos, per aliquem * magiſtrum in Theologia, aliumue idoneum virum ab eis eligendum cum mercede congrua illi ex ipſorum Hebræorum collatione, aut alias, prout commodius eis videbitur, Hebraicæ

• braicæ (ſi fieri poterit) linguæ peritum ſermones, vel lectiones haberi, in quibus illis exponantur ſcripturæ veteris teſtamenti, Moyſis ſcilicet, & Prophetarum, præſertim verò, quæ eo Sabbato leguntur, ſeu lectæ in eorum ſunt Synagogis, iuxta ſanctorum tamen Patrum interpretationes, & verum catholicæ eccleſiæ ſenſum, ac in eis diſſeratur de veritate Chriſtianæ fidei, de certo aduentu, & incarnatione filii Dei, illiuſque natiuitate, vita, miraculis, paſſione, morte, ſepultura, deſcenſu ad inferos, reſurrectione, in cœlum aſcenſione, de eius Euangelio in toto terrarum orbe per Apoſtolos eius, & alios ſanctos prædicato, innumeris atque clariſſimis virtutibus, & illuſtrium miraculorum gloria confirmato, ac de eius ſpirituali, & vero regno, & de impio idolorum cultu ſublato, & gentium vocatione, de perpetua tum Hieruſalem, & terræ eorundem Iudæorum deſolatione, tum ipſorum vbique terrarum diſperſione, & captiuitate, & de aliis ſimilis argumenti dogmatibus, & articulis ex lege, & Prophetis, de diutina præterea, & irrita Iudæorum aduentus Meſſiæ, & carnalis ipſius regni [b] expectatione, de vana eorum, quæ ſæpe, quinimo quotidie eos fruſtrata eſt ſpe reditus in terram promiſſionis, & reſtaurationis tertii templi, & demum de multiplicibus, & variis erroribus, & hæreſibus eorum, in quas miſerrimè ſe demerſerunt, poſtquam Chriſtum Dominum in carne venientem agnoſcere noluerunt, & de falſa per eorum Rabbinos tradita ſacrarum ſcripturarum interpretatione, quarum literam, & ſenſum fabulis, mendaciis, & variis dolis, & modis detorquentes corruperunt, & deprauarunt, & hactenus corrumpere, & deprauare [c] non deſinunt, deq; omnibus aliis,

quæ

quæ eos poſſint ad agnitionem fidei, ad errorum ſuorum correctionem, ad orthodoxamq; fidem conuertere, pro loci, temporis, ſumptiq; argumenti ratione prudenter agant, veris, & ex ſacra ſcriptura deprõptis demõſtrationibus, nulla cum obtrectatione, aut iracundia, ſed magna cum charitate & modeſtia, veritatis lumen illis aperire conentur; Ad quos ſermones, & lectiones volumus, vniuerſos, & ſingulos vtriuſq; ſexus Iudęos à duodecim annis ſupra, infirmitate, aut alia legitima cauſa, de qua ordinarios docere debeant non impeditos, in ciuitate & locis, vt præfertur, habitantes, vel aliunde aduenientes, etiamſi inibi domicilium non habeant, ita per circuitum cõuenire, vt tertia ſaltē eorum pars, nec vnquam minor ſemper adſit. Quod ſi facere neglexerint, interdicti cum fidelibus commercii, & aliis pœnis arbitrio ordinarii pro cõtumaciæ modo imponendis, donec ſatisfecerint cõpetenter, ad ipſos ſermones audiendos compellantur. Si quis verò de numero fideliū ita fuerit ſalutis, aut ſui, aut proximi ſui, de quo vnicuiq; mandatum eſt immemor, qui eos à ſalutaribus huiuſmodi ſermonibus, ſeu lectionibus directè, vel indirectè abduxerit, aut impediuerit, ſeu contenderit quoquomodo, excõmunicationis ſentētia ſit eo ipſo ligatus, & cõtra eum ad alias pœnas ordinarii arbitrio omnino procedatur. Cæterum Imperatorem, Regeſq;, & Principes omnes, necnon reſpublicas, magiſtratus, & dominos temporales ſeculares rogamus, & obteſtamur in Domino, vt Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis ordinariis prædictis, eorumque vicariis & miniſtris ſuum in pręmiſſis auxilium præſtent, ampliſſimum ab omnipotenti Deo præmium in ſupremis gloriæ æternę tabernaculis habituri.

[a] Vltio

a *Vltio mortis Chriſti ita eos perſequitur, vrget, premitque omni orbe, miſerrimum vbique terrarum perpeſſos exilium, duriſsimamque ſeruitutem, vt nullo tempore, nulloque loco eos conſiſtere, & à tantis malis vel ad punctum temporis reſpirare ſinat.*

b *Deliramentum Iudæorum de expectatione Meſsiæ refert Lyranus in cap. 12. Danielis.*

c *Propenſiores ſunt ad adulterandas & deprauandas ſcripturas Iudæi quam ad veritatem ex his intelligendam. Ideo Paulus ad Theſſalonicenſes teſtatur Iudæos expoſitos eſſe omni ſeductioni & errori, eo quod claritatem veritatis non receperunt, vt ſalui fierent. 2. Theſſ. 2.*

N O T. * *Per aliquem magiſtrum in Theologia.*) Concilii Baſilienſis decreto de Iudæis & neophytis adſtipulatur ſeſſio 19. in qua ſic ſancitum eſt: Vt Iudæi aliique infideles ad orthodoxam conuertantur fidem, quique ad ipſam conuerſi fuerint in illa conſtanter permaneant, his ſalubribus inſtitutis prouidere decernens, in primis ſtatuit, vt omnes diœceſani quoſdam in literis diuinis benè eruditos, aliquot vicibus annuatim deputent in locis vbi Iudæi aut alii infideles degunt ad prædicandum & explanandum taliter catholicæ fidei veritatem, vt ipſi infideles qui audiunt ſuos valeant errores recognoſcere. Ad quam prædicationem ſub pœnis tam commercii per fideles illis interdicendi, quam aliis ad hoc opportunis lapſos infideles cuiuſcunque ſexus in annis diſcretionis conſtitutos, accedere compellant.

T I T. II.

De his qui infidelibus aduerſus Chriſtianos auxiliantur.

Nicolaus V.

Excommunicantur arma & præſidia quæcunque ferentes Saracenis & infidelibus in Chriſtiana

iæ reipublicæ perniciem & detrimentum, eorumque fiſco adſcribuntur bona.

CAP. VNICVM.

OLIM tam in generali [a] quam in Lugdunenſi [b] poſtmodum ſubſtituto conciliis, per ſedem Apoſtolicam celebratis, in illos falſos, & impios Chriſtianos, qui contra Deum & Chriſtianum populum, Saracenis ferrum, arma, quibus Chriſtianos impugnent, & lignamina galearum, & aliorum vaſorum nauigabilium, deferunt ad eos; & qui eis galeas vendunt, ac naues; quique in * pyraticis Saracenorum nauibus curam gubernationis exercent, vel in machinis & quibuſlibet aliis, eis impendant auxilium, vel conſilium, vel fauorem, in Chriſtianorum diſpendium, & ſpecialiter terræ ſanctæ; fuit excommunicationis ſententia promulgata; ipſoſque rerum ſuarum priuatione mulctari & ſeruos capientium fore cenſuerunt Concilia ſupradicta; expreſſe quoque in ipſis præcipitur, vt talibus gremium non aperiatur eccleſiæ, niſi totum quod de commercio tam damnato perceperint, & tãtundem de ſuo, in ſubſidium terræ memoratæ præſtiterint, vt æquo iudicio in quo deliquerit, puniatur. Nos itaque gerentes corde negotia dictæ terrę, duximus hactenus ſtatuendum, vt nullus equos, ferrum, ** lignamina, victualia, & alia quoque mercimonia, in Alexandriam, vel alia loca Saracenorum terræ Ægypti deferre, vel mittere, ſeu partibus eorum, vt eiſdem deferantur, extrahere, vel extrahi permittere, aut conſilium, vel fauorem præſtare quoquomodo præſumat; ac illos, qui cõtra huiuſmodi conſtitutionem noſtram auſu temerario venire

tenta-

tentauerint, eo ipſo excõmmunicationis ſentẽtia decernimus ſubiacere, à qua non poſſit abſolui, niſi tantum de bonis propriis, in dictæ terræ ſanctæ ſubſidiũ conuertendum exſoluerit, quantũ ad partes ꝑdictas extulerit, vel miſerit, & deferre, vel de ipſorũ partibus extrahi permiſerit, ad eoſdem deferendum. Et nihilominus ſi perſonas eorum capi cõtigerit, in ſeruitutem & capientium illorum eſſe volumus, in quorum ceciderint captionem. Volentes autem in hac parte ſolertius prouidere, quanto amplius exigere hoc noſcitur vrgens neceſſitas dictæ terræ, Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, vt nullus omnino aliqua ꝯ victualia, vſq; ad decennium, à data præſentium cõputandum: alia verò prædicta, ad aliquod, ſeu aliqua de eiſdẽ, aut aliud, quodlibet (victualibus ſicut præmittitur vſq; ad prædictum tempus dũtaxat exceptis) quacunq; occaſione, vel cauſa, ſeu quouis ingenio, vel quæſito colore, vllo vnquam tempore in Alexandriam,*** vel partes Ægypti, ſeu terras Soldano ſubiectas, mittere vel deferre prꝗſumat, vel quantum in eo fuerit, mitti vel deferri ꝑmittat; auctoritate decernimus eadẽ, vt hi, qui contra huiuſmodi ſtatutum noſtrum quolibet modo venire præſumpſerint, præter pœnas prædictas, quas ipſo facto incurrere volumus perpetuo ſint infames, & inteſtabiles habeantur, ita ꝙ nec teſtari, nec legata eis, ſeu relicta ꝑcipere valeãt. Et inſuper ad ſucceſſiones tam ex teſtamẽto, quàm ab inteſtato ſint prorſus, & reddãtur inhabiles, nec ad publica quælibet admittantur officia, ſintq; illis actus legitimi perpetuo interdicti; & poſtquam de huiuſmodi temeritate cõſtiterit, diebus feſtiuis & dominicis publice nuntientur, & ad fiſcum bona omnia deuoluantur. Apud vrbem veterem. 10. Cal. Septemb. 1449.

[a] In

In Concilio Lateranenſi prohibitum eſt ne quis arma aut ſuppetias ferat Saracenis.

[b] *Concil. Lugdunenſe primum celebratum an. 1245. celebratum contra Fredericum.*

[c] *c. quorundam. & c. ad liberandam. de Iudais. Bonifac. 8. in extrauagan. incip. Contra illos & te. & ibi Bald. in l. C. quæ res expor.*

NOT. * *In pyratreis Saracenorum nauibus.)* Falluntur qui Saracenos à Sara vxore Abrahæ ortus duxiſſe putant, quiue nominis etymologiam ad Sarram, quod Hebraica lingua ſonat onagrum referunt, cum Ioſepho libr. Antiquit. cap. 20. Euſebio in Chronico, Hieronymo ad Dardanum, Socrate lib. 4. Hiſtor. Eccleſ. cap. 36. Sozomeno lib. 6. cap. 38. Saracenos dictos fuiſſe Agarenos, & genus traxiſſe ab Agar, quod tamen vt natalium ignobilitatem diſſimularent à Sara ingenua & domina gloriantur habere. Hieronym. ſuper Ezechielem, capit. vigeſimoquinto.

NOT. ** *Equos, ferrum, lignamina.)* Qui res & arma cuiuſcunque generis in ſubſidium Saracenorum aut infidelium porrigunt, & ad exteros in detrimentum Chriſtianæ reipublicæ deferunt, Concilii Lateranenſis decreto excommunicati ſunt ipſo iure, & fiunt ſerui capientium & bonorum omnium amiſſione mulctantur. Hoſtienſis verò tit. de Saracenis. verſ. qualiter erga. num. 4. dicit, deferre licere cauſa captiuorum redimendorum victualia quædam, non tamen arma, & quod non deferant, antequam ſe itineri accingant inſontem & bonam mentem iuramento etiam coram iudice teſtari debent.

NOT. *** *In Alexandriam.)* Alexandria Ægypti ciuitas ab Alexandro poſtquam viciſſet Ægyptum, condita prope oſtiu Nili, quod Canopicon vocatur. Huius Pontificis temporibus parebat Soldano AEgyptio, nunc Turcæ imperio ſubmiſſa eſt.

*

TIT.

excommunicationem in perſonis & interdictum in terram appellatione remota compellant, tenores autem legum hi ſunt.

Fredericus * Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, Hieruſalem & Siciliæ Rex, dilectis Principibus ſuis, venerabilibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſq; Prælatis eccleſiarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Poteſtatibus, Scultetis, Burgrauiis, Aduocatis, Iudicibus, Miniſterialib⁹, Officialibus, & omnibus per totũ Imperium conſtitutis, præſentes literas inſpecturis fidelibus ſuis, gratiam ſuam & omne bonum.

Commiſſi nobis cœlitus cura regiminis & Imperialis, cui dante Domino præſidentes faſtigium dignitatis materialẽ quo diuiſim à ſacerdotio fungimur, gladium aduerſus hoſtes fidei & in exterminium hæreticæ prauitatis exigunt exercendum, vt pfidiæ vipereos filios contra Deum & eccleſiam inſultantes, tanquam materni vteri corroſores in iudicio & iuſtitia perſequamur, maleficos viuere non paſſuri, per quorum ſcientiam ſeducentem mundus inficitur & in gregem fideliũ per oues has morbidas grauior infligitur corruptela.

Statuimus itaq; ſancientes, vt hæretici quocunque nomine cenſeantur, vbicunq; per Imperium damnati fuerint ab eccleſia, & ſeculari iudicio aſſignati, animaduerſione debita puniantur.

Si qui verò de prædictis poſtquam fuerint deprehenſi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem, iuxta canonicas ſanctiones ad agendũ pœnitentiã in perpetuũ carcerem b detrudantur. Præterea quicunq; hæretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, ſeu aliis locis Imperii p inquiſitores ab Apoſtolica

ſede datos, & alios orthodoxæ fidei zelatores; hi qu. iuriſdictionem ibidem habuerint, ad inquiſitorum & aliorum catholicorum virorum inſinuationẽ eos capere teneantur: & eos captos arctius cuſtodire donec ꝑ cenſuram eccleſiaſticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei ſacramenta & vitæ damnabant. Simili quoque pœna plecti cenſemus oẽs, quos ad fouendum hæreticorũ errorem callidus hoſtis ſuſcitat aduocatos, vel parat illicitos defenſores; maximè cum facinus quod inquinat: niſi monitione præmiſſa deſtiterint, & eorum vitæ duxerint conſulendum. Eos preterea qui conuicti in vno loco de hereſi, ad alia loca ſe transferunt, vt cautius poſſint effundere virus hæreticæ prauitatis, debitam cenſemus ſubire vindictam: vt ſuper hoc viros ab eodem errore conuerſos ad fidem, necnon & per alios, qui eos de hæreſi cõuicerunt (quod & in hoc caſu concedimus licitè faciendum) euidens teſtimonium habeatur. Item mortis ſententiæ ducimus addicendos, ſi quos hæreticorum ad iudiciũ tractos, in extremæ vitæ periculo hæreſim abiurantes, poſtmodum de falſo iuramento conſtiterit, & fide mentita conuinci ac eos contigerit eiuſdem morbi ſpontaneam incurrere recidiuam: vt ſibi dãnabilius iniquitas ſit mentita, & pœnam debitam mendacium non euadat. Omne inſuper proclamationis & appellationis beneficium, ab hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem penitus amouemus: volentes vt de finibus Imperii, in quibus ſemper debet exiſtere fida fides, hæreticæ labis germina modis omnibus deleantur.

Cæterum quia quanto maiora diuinæ nutu miſerationis accepimus, & altiorem locum præ filiis hominum obtinemus, tanto deuotiora debemus obſequia grati-

gratitudinis conferenti, ſi quando in noſtri nominis contemptores noſtri culminis excādeſcit auctoritas: ſi reos læſæ maieſtatis, in perſonis eorum & liberorum ſuorum exhæredatione damnamus, multo fortius iuſtiuſq; contra Dei blaſphematores nominis, & catholicæ fidei detractores prouocamur: eorundem hæreticorum, receptatorū, fautorum, & aduocatorū ſuorum hæredes * * & poſteros vſq; ad ſecundam progeniē, beneficiis cunctis tēporalibus, publicis officiis & honoribus, imperiali auctoritate priuātes: vt in paterni memoria criminis cōtinuo mœrore tabeſcant: vere ſcientes ꝙ Deus zelotes eſt, peccata patrum in filios potenter vlciſcens. Nec quidē à miſericordiæ finibus duximus excludendum, vt ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces, latētem patrum ꝑfidiam reuelauerint: quacunq; reatus illorū animaduerſione plectantur, prædictæ punitioni non ſubiaceant innocentiæ filiorum. Ad hæc notum fieri volumus fratres Prædicatores de ordine Prędicatorū, pro fidei negotio in partibus imperii noſtri contra hæreticos deputatos, cæteros quoque qui ad hæreticos iudicandos acceſſerint, niſi aliq corum ab imperio fuerint proſcripti, eundo, morando, & redeundo, ſub noſtri imperii ſpeciali defenſione receptos, & quos apud omnes ſub ope, ac recommendatione fidelium imperii eſſe volumus inoffenſos: vniuerſitati veſtrę mandantes, quatenus quocunque, & apud quemcunq; veſtrum ꝑuenerint, benignè recipiatis eoſdem: & perſonas ab incurſu hæreticorū eis inſidiantium conſeruantes indemnes, omne cōſilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotiis exequendis. Hæreticos verò, quos & oſtenderint ipſi vobis, in iuriſdictione veſtra ſinguli capientes, diligenti cuſtodia detinēdos,

 donec

donec poſt eccleſiaſticæ damnationis iudicium, pœnam ſubeant, quam merentur: Sciturí quod in executione ipſius negotii, gratum Deo & laudabile nobis obſequium conferetis, ſi ad expellendam de partibus noſtri imperii nouam & inſolitam hæreticæ prauitatis infamiam, opem, & operam, vna cum eiſdem fratribus præſtiteritis efficacem. Et ſi quis foret exinde negligens & remiſſus, ac etiam inutilis coram Domino, & in conſpectu noſtro poterit merito culpabilis apparere. Datum Paduæ 22. Feb. 12. Indict.

[a] *Fredericus II. dum in obedientia Romanæ ſedis remaneret, leges aduerſus hæreticam prauitatem emiſit, erat enim tunc temporis catholicæ fidei acerrimus defenſor, & hæreticorum inimiciſſimus, quos lupos rapaces, angelos peſſimos, filios prauitatum, fraudis auctores, ad animas ſimplices deſtinatos, ſerpentes ſub mellis dulcedine virus euomentes, appellabat.*

[b] *Hæretici conuicti & metu mortis hæreſim abiurantes, pœna perpetui carceris damnentur.*

[c] *Hæreticorum bona fiſco adſcribuntur, & exhæredantur eorum filij. vide Matth. in conſt. Patarenorum.*

[d] *Patribus Dominicani ordinis prima munera inquirendi in hæreſes conceſſa ſunt. de priuileg. ord. Præd.*

NOT. * *Fredericus Dei gratia.)* Hæc conſtitutio edita eſt priuſquam Fredericus defeciſſet à fide ſedis Apoſtolicæ, quam truculentiſſimo furore vexauit, hinc dictus eſt Petri ſucceſſorũ maſtix. Illius ſcelera recenſentur apud D. Anthoninum, Tom. 3. cap. 5. tit. 19. §. 2. Cum ergo illius impetum & inſolentem crudelitatem ferre non poſſet Pontifex Innocent. IIII. coacto Lugduni Concilio ei diris deuoto metuenda excommunicatione imperium abrogauit. Tandem pertinax & obſtinatus ſine vllo pœnitentiæ ſigno miſerè in Apulia periit.

NOT. ** *Hæredes & poſteros.)* Quæſtio celeberrima hic inſtrui poteſt, quomodo hæredibus hæreticorum ad ſecundam vſque

vſque progeniem exhæredatis, bona debeant deuenire ad agnatos vel ad fiſcum, nam ambo aliquid iuris ad id conſequendum prætendunt, quibus & iura ipſa ſuffragari videntur. In fauorem agnatorum hæc ex iure conteximus. Ex permiſſis & prohibitis probabile eſt argumentum ff. de iudic. l. cum prætor. in princip. & extr. de præſumpt. c. nonne. cum ergo Frederici in hæreticos conſtitutio prohibeat ſuccedere poſteros vſque ad ſecundam progeniem, videtur ius permiſiſſe ſuccedendi agnatis & cognatis qui ſunt vltra progeniem ſecundam, arg. ext. de reg. iur. l. in quibuſdam. ad fin. Secundò, regularis eſt & probati inſtituti quod quoties repelluntur à ſuccedendo filii propter delictum patris, vocantur agnati & cognati & non fiſcus, vt C. de hæretic. l. penult. & de inceſt. nupt. l. ſi quis inceſti. & de naturalib. l. 1. quo caſu agnatis remanet poſtulandæ ſucceſſionis æquitas, cum poſteri excludantur. Tertiò, cum non damnantur expreſsè bona, dimittuntur generi, vt in auth. de mandat. Princip. §. oportet. Reiicitur itaque fiſcus & hac conſtitutione vocantur hæredes. Quartò, quia bona damnatorum ad mortem vel quaſi perueniunt hodie ad liberos & parentes vſque ad tertium gradum excepto crimine læſæ maieſtatis. vt in authent. vt nulli iud. §. fina. Ergo bona hæreticorum debent peruenire ad parentes, tum ad liberos qui ſunt vltra ſecundam progeniem, & maximè cum exceptio confirmet regulam, vt in authent. de non alienand. aut permut. §. vt autem. ff. de reg. iur. l. 1. Quartò ſuffragatur eadem l. hæreditas. qua decernitur quod quando hæres capere non poteſt propter delictum defuncti quod cognati præferantur fiſco, cum in dubiis ſit interpretatio contra fiſcum, vt ff. de iure fiſci. l. non puto.

Euidentiorem tamen rationum lucem proponunt leges vt omnibus eniteſcat, hæreticorum bona debere peruenire ad fiſcum excluſis omnibus & agnatis & cognatis. Quia quoties in atrociſſimis delictis repellit lex à ſuccedendo ob vitium parentum vel propter delictum liberorum & parentum eo caſu excluduntur agnati & cognati, vt C. de hæretic. l. Manichæus. & ad l. maieſtatis. l. quiſquis. & in authent. de inceſt. nupt. §. 1. ergo debent in hoc caſu excludi. Deinde indiſtinctè bona hæreticorum à die commiſſi criminis publicantur & publicata eſſe dicuntur ipſo iure & dominium eorum tranſit in fiſcum, ext. de hæret. c. cum ſecundum leges. lib. 6. nam infideles non habent hæredes, nec de bonis poſſunt diſponere vel teſtari, vt ff. de donat. l. do-

nationes.§.fin & d.l.quiſquis. & ff. de iure Cod. l. conficiuntur. §.ſi poſt. Sunt qui his rationibus addant, quod quoties de crimine cognoſci poteſt poſt mortem eo caſu debent bona peruenire ad fiſcum omnibus aliis excluſis. vt ff.de accuſat. l. ex indiciorum.cum ergo de hæreſi cognoſcatur poſt mortem. vt.C.de apoſtat.l.2 fiſcus ſuccedere debet.vt 24.q.2.Sane in princip. Itẽ quoties propter delictum quis impeditur teſtari eo caſu ſibi ſuccedit fiſcus.vt ff.de teſtam.l.eius qui.§ 1. & de iniuſt. rupt. & irrit.teſt.l.quiſquis filio.§.1.cum ſimilibus. Sed cum hæretici non poſſint teſtari, vt C.de hæret.l.Manichæi.& authent. credentes. Ergo omnibus aliis excluſis eorum bona debent fiſco adiudicari.

His omnibus verè & ritè perpenſis, ea ratione credimus in crimine hæreſis filios puniri & priuari bonorum ſucceſſione, non quia delicti rei ſunt, vel quia præſumũtur peccaſſe, ſed quia ſuſpitio eſt ne ſint imitatores vitiorum parentum.

Idem vniuerſis Chriſtifidelibus.

Excommunicantur nonnulli hæretici vt ſunt, Cathari, Patareni, pauperes de Lugduno, Paſſagini, Ioſepini, Arnaldiſtæ, Speroniſtæ, omneſque ſingulari opinione in eccleſiam catholicam pertinaces.

Cap. II.

NOVERIT vniuerſitas veſtra quod nos ad inſtar fœlicis record. Gregorii Papæ prædeceſſoris noſtri, excommunicamus & anathematizamus vniuerſos hæreticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Paſſaginos, Ioſepinos, Arnaldiſtas, Speroniſtas, & alios quibuſcun-

buſcunque nominibus cenſeantur, facies quidem habentes diuerſas, ſed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt [a] in idipſum. Damnati verò per eccleſiam ſeculari iudicio relinquantur, animaduerſione debita puniendi: clericis prius à ſuis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis, poſtquam fuerint deprehenſi, redire noluerint, ad agendum condignam pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos ſimiliter iudicamus. Item receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum, excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere, firmiter ſtatuentes, vt ſi poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, à ſua ſuper hoc non curauerit præſumptione ceſſare, ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia ſeu conſilia nec ad eligendos aliquos ad huiuſmodi nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, vt nec teſtamenti habeat factionem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ipſi ſuper quocunque negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Qui ſi fortè iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, inſtrumenta confecta per ipſum nullius penitus ſint momenti, & in ſimilibus idem præcipimus obſeruari. Si verò clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autem tales, poſtquam ab eccleſia fuerint denotati, euitare contempſerint, excommunicationis ſentētia pcellantur, alias animaduerſione debita puniendi. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione [b] notabiles, niſi iuxta cōſiderationem

ſuſpitionis, qualitatemq; e perſonæ propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, anathematis gladio feriantur, & vſq; ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quod ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes, & appellationes huiuſmodi perſonarum minimè audiantur. Item iudices, aduocati, & notarii nulli eorum officiũ ſuum impendant, alioquin eodem officio perpetuo ſint priuati. Item, clerici non exhibeant huiuſmodi peſtilentibus eccleſiaſtica ſacramenta: nec eleemoſynas aut oblationes eorum accipiant. Similiter Hoſpitalarii & Templarii, ac quilibet regulares, alioquin ſuo priuentur officio, ad quod nunquam reſtituantur abſque indulto ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Item quicunque tales præſumpſerint eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ, vſque ad ſatisfactionem idoneam, excommunicationis ſententiæ ſe nouerint ſubiacere, nec abſolutionis beneficium mereantur, niſi propriis manib⁹ publicè extumulent, & proiiciant huiuſmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuò, careat ſepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ perſonæ liceat publicè vel priuatim de fide catholica diſputare: qui verò contrafecerit excommunicationis laqueo innodetur. Item, ſi quis hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à communi conuerſatione fidelium vita & moribus diſſidẽtes, eos ſtudeat indicare confeſſori ſuo, vel alii per quẽ credat ad prælati ſui notitiam peruenire alioquin excommunicationis ſententia percellantur. Hæretici autem & receptatores, defenſores & fautores eorum, ipſorumque filii vſque ad ſecundam generationem ad nullum eccleſiaſticum beneficium ſeu officium admit-

admittantur. Quod ſi ſecus actum fuerit, decernimus irritum & inane. Nos enim prædictos & quoſcunque viros eccleſiaſticos, qui ad preces huiuſmodi peſtilentium perſonarum dignitates, perſonatus, & alia quæcunq; eccleſiaſtica beneficia ſunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquiſitis, volentes vt tales & habitis ꝑpetuò careant, & ad alia vel ſimilia nequaquam in poſterum admittantur. Illorum autem filiorum emancipationem [c] nullius eſſe momenti volumus, quorum parentes poſt emancipationem huiuſmodi ad inuicem ſuperſtitionis hæreticæ à via declinaſſe conſtiterit veritatis. Datum Anagmæ 17. Cal. Iul. anno 11. Pontificatus noſtri.

[a] *Etſi nulla ſit concordia inter ſchiſmaticos & hæreticos, conueniunt tamen, vt inquit Athan. orat. 2. contra Arrianos, inſtar Herodis & Pilati in blaſphemias aduerſus Chriſtum.*

[b] *Etſi in criminalibus leuis ſuſpicio leuiſsimi ſit ponderis, illi tamen in crimine hæreſis ſtatur. Auth. Gazaros. ib. leui ſuſpicione. gloſſ. in capit. literas. verſic. vehementem. de præſumptionibus.*

[c] *Vtrum filius emancipatus teneatur de delicto patris, vide per Ang. & Matth. in gl. ipſorum filij. conſt. Patarenorum.*

IMPERATOR FEDERICVS
ſemper Auguſtus, &c.

PATARENORVM receptatores, & complices, & quocunque modo fautores, qui vt à pœna alios poſſint eximere, de ſe velut improuidi non formidant, publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum eſſe cenſemus. Et ipſorum filii ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si

tamen aliquis fautorum huiuſmodi detexerit aliquẽ Patarenum, de cuius perfidia manifeſtè probatur, in fidei præmium quam agnouit, famæ priſtinæ de imperiali clementia reſtitutionis beneficium integrum conſequatur.

INCIPIVNT CAPITVLA CONSTItutionis contra Patarenos edita per eundem Fredericum illuſtrem virum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Hieruſalem & Siciliæ Regem.

CATHAROS, Patarenos, Speroniſtas, Leoniſtas, Arnaldiſtas, Circunciſos, Paſſaginos, Ioſepinos, Garatenſes, Albanenſes, Frãciſcos, Bagnarolos, Commixtos, Vualdenſes, Roncarolos, Cõmunellos, Vuarinos, & Ortholenos, cum illis de Aquanig. & omnes hæreticos vtriuſque ſexus quocunq; nomine cenſeantur ꝑpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, cenſentes vt bona talium confiſcentur, nec ad eos vlterius reuertantur: ita quod filii eorum ad ſucceſſionem ꝑuenire non poſſint, cum longè ſit grauius æternã, quàm temporalem offendere maieſtatem. Qui autem inuẽti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatum eccleſiæ, iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemq; perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur; ita quod ſi per annum ꝑmanſerint, ex tunc eos ſicut hereticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuũ valituro, vt poteſtates, & conſules, ſeu rectores, quibuſcunq; fungãtur officiis, pro defenſione fidei præſtent publicum iura-

iuramentum, quod de terris ſuæ ditioni ſubiectis vniuerſos hæreticos ab eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt: ita q̄ amodo quādocunq; quis fuerit in perpetuam poteſtatem, vel tēporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioquin neque pro poteſtatibus, neque pro conſulibus, ſeu cōſimilibus habeantur: eorumq; ſententias ex tunc decernimus inutiles & inanes. Si verò dominus temporalis requiſitus & monitus ab eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit ab hæretica prauitate, poſt annum à tēpore monitionis elapſum, terram ipſius exponimus catholicis occupandam: qui eā exterminatis hæreticis, abſq; vlla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſeruent: ſaluo iure dominii temporalis: dummodo ſuper hoc nullum præſtet obſtaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilominus lege ſeruata) contra eos qui non habēt dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defenſores, & fautores hæreticorū bannimus: Statuentes, vt ſi poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit infra annum, extunc ipſo iure ſit factus infamis, & ad publica officia ſeu conſilia, vel ad aliquos eligendos huiuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, vt nec teſtamēti liberam habeat factionem; nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus ei pręterea ſuper quocunq; negotio, ſed ipſe aliis reſpondere cogatur. Quod ſi iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius inſtrumenta confecta per manum ipſius nullius penitus ſint momēti. Adiicimus inſuper, quod

quod hæreticus per hæreticũ conuinci poſſit: & quod domus Patarenorum, receptatorum, & defenſorum, & fautorum, ſiue vbi docuerint, ſiue vbi aliis manus impoſuerint, deſtruantur, nullo tempore reſtituendæ. Dat. Paduæ 22. Feb. 12. indictione.

Rex Regum. Apoſtatantes à fide catholica penitus execramus, inſequimur vltionibus, bonis ſuis omnibus ſpoliamus. Et vt à profeſſione vel vita naufragantes legibus coarctamus. Succeſſiones tollimus, ab eis omne ius legitimum abdicamus. Dat. Peruſii 2. Cal. Nouemb. Pontificatus noſtri anno 1.

ALIVD RESCRIPTVM FREderici in hæreticos.

INCONSVTILEM tunicam Dei noſtri diſſuere conantur hæretici, & vocabuli vitio ſeruientes quod ſignificationem diuiſionis enunciat, in ipſius indiuiſibilis fidei vnitate nituntur inducere ſectionem: & oues à Petri cuſtodia cui paſcendæ à paſtore bono ſunt creditæ, ſegregare. Hi ſunt lupi rapaces intrinſecus eò vſque manſuetudinem prætendentes ouium, quouſque ouile poſſint ſubintrare dominicum. Hi ſunt angeli peſſimi. Hi ſunt filii prauitatum à patre nequitiæ & fraudis auctoris ad animas ſimplices deſtinati. Hi colubri qui columbas decipiunt. Hi ſerpentes qui latenter videntur inſerpere, & ſub mellis dulcedine virus euomere: vt vitæ cibum miniſtrare ſe ſimulent, à cauda feriunt, & mortis poculum veluti quoddam diriſſimum venenum immiſcent. Horum ſectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant non ſunt notatæ nominibus: vel quod eſt fortè nephandius non contentæ, vt vel ab

Arrio

Arrio Arriani, vel à Neſtore Neſtoriani, aut à ſimilibus ſimiles nuncupētur: ſed in exemplum Martyrum qui pro fide catholica martyria ſubierunt, Patarenos ſe nominant, velut expoſitos paſſioni. Huiuſmodi miſeri Patareni à quibus abeſt ſancta credulitas diuinitatis æternę ſub vno contextu nequitiæ inſimul tres offendunt: Deum videlicet, proximos, & ſeipſos. Deum, dum Dei fidem & filium non agnoſcunt: Decipiunt proximos, dum ipſis ſub ſpe ſpiritualis alimoniæ, hæreticæ prauitatis oblectamenta miniſtrant. Crudelius etiam ſæuiunt in ſeipſos, dum poſt animarum diſpendium, corpora denique ſeueræ mortis illecebris quam per agnitionem veram & veræ fidei poſſēnt euadere vitę prodigi & necis improuidi ſectatores inuoluunt, (& quod eſt ipſo dictu diriſſimum) ſuperſtites etiam non terrentur exemplo.

Contra tales ſibi, Deo, & hominibus ſic infeſtos, continere non poſſumus motus noſtros, quin debitæ vltionis in eos gladium exeramus: tanto ipſos inſtantius perſequentes, quanto in euidentiorem deluſionem fidei Chriſtianæ, prope Romanam eccleſiam, quæ caput eccleſiarum omnium iudicatur, ſuperſtitionis ſuæ ſcelera latius exercere noſcuntur. Adeo quod ab Italię finibus, pręſertim à partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipſorũ nequitiam latius abũdare; iamq; vſq; ad regnum noſtrũ Siciliæ, ſuæ perfidiæ riuulos deriuarunt.

Quod acerbiſſimum reputantes, ſtatuimus in primis, vt crimen hæreſeos, & damnatæ ſectæ cuiuſlibet, quocunq; nomine cenſeantur ſectatores, (prout veteribus legibus eſt indictum) inter publica crimina numerentur: immo crimine læſæ maieſtatis noſtræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ

næ maieſtatis iniuriam neſcitur attentatum, quamuis iudicii poteſtate alterum alteri non excellat. Nam ſicuti perduellionis crimen perſonas adimit damnatorum, & bona; & damnat poſt obitum memoriam defunctorum: ſic & in prædicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obſeruari.

Et vt ipſorum nequitia, qui (quia Dominum nō ſequuntur) in tenebris ambulant, detegatur: nemine ēt deferente inueſtigari volumus diligenter huiuſmodi ſcelerum patratores; & per officiales noſtros, ſicut & alios malefactores inquiri; ac inquiſitione notatos, etſi leuis ſuperſtitionis argumento tangantur, à viris eccleſiaſticis, & prælatis examinari iubemus. Per quos ſi inuēti fuerint à fide catholica ſaltem in articulo deuiare, ac per ipſos paſtorali more cōmoniti, tenebroſi diaboli relictis inſidiis, noluerint agnoſcere Deum lucis; ſed in erroris concepta inſtantia perſeuerent, p̄ſentis noſtræ legis edicto damnatos mortem pati Patarenos, alioſq; hęreticos quocunq; nomine cenſeantur, decernimus, quam affectant: vt viui in conſpectu hominum comburantur, flammarum commiſſi iudicio. Nec dolemus quod in hoc ipſorum ſatisfacimus voluntati, ex quo pœnam ſolummodo, nec fructum alium cōſequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo interuenire præſumat: quod qui fecerit, in ipſum noſtræ indignationis aculeos non immerito conuertemus. Dat. Paduæ 22. Feb. 12. Indict.

Vrbanus IIII. Inquiſitoribus ordinis Prædic. in Prouin. Lombardiæ, Marchiæ, Ianuenſ.

Abiurantes hæreſim, & reſipiſcētes excipiūtur.

CAP.

CAP. III.

QVi hæretica labe penitus abiurata redire voluerint ad eccleſiaſticam [a] vnitatem, eis iuxta formam eccleſiæ abſolutionis beneficium impendatis & iniungatis eiſdem quod iniungi talibus conſueuit, prouiſo ſolerter, ne ſimulata conuerſione redeant fraudulenter, & vos imo potius ſeipſos fallentes ſub agni ſpecie gerant lupum.

Quod ſi aliqui fuerint iudicandi hęretici vel incarcerationis pœna ꝑpetuæ alicui pro huiuſmodi crimine fuerit iufligenda, ad id per vos de diœceſanorum, vel vicariorum ſuorum, ſi ipſis diœceſanis abſentibus præſentes fuerint, conſilio procedatur: vt in tantæ animaduerſionis iudicio nō poſtponenda Pontificum auctoritas intercedat. Verùm quia in tam graui crimine, cum multa oportet cautela procedi, vt in reos, ſine vllo proferatur errore duræ ac dignę ſeueritas vltionis, volumus & mandamus, vt vos vel illi, quos ad hoc duxeritis deputandos in examinatione teſtium, b quos recipi ſuper crimine prædicto, ipſumq; cōtingentibus oportuerit, adhibeatis duas religioſas & diſcretas * ꝑſonas, in quarū præſentia per publicā, ſi cōmode poteſt haberi, perſonam: aut ꝑ duos viros idoneos, fideliter eorundem depoſitiones teſtium conſcribantur. Ad cōſcribendas quoq; huiuſmodi depoſitiones teſtium, & ad faciendum omnia, quę in commiſſo vobis officio, ad ſcriniarii ſeu tabellionis officiū pertinent, teneri diſtrictè præcipimus, cum per vos, ſeu deputatos ad hoc à vobis requiſiti fuerint, oēs & ſingulos veſtri ordinis fratres, qui dum eſſent in ſeculo huiuſmodi tabellionatus officium habuiſſe, & exercuiſſe noſcuntur: & illos etiam, quibus idem tabelliona-

lionatus officium, ration̄ præfati negotii fidei, fuit à dicta ſede commiſſum, & in poſterum committetur. Dat. Viterbii 13. Cal. April. Pontificatus noſtri anno primo.

a *Eccleſia non claudit gremium redeuntibus ad ipſam. C. de ſumma trinit. l. inter claras. Panormit. in c. 1. excommunicat. §. damnat. de hæret.*

b *Vide per Socin. Iun. conſ. 39. lib. 2. Curt. Senior in tractat. de teſtibus. conclu. 34. & 35. Arnold. in tract. de hæret. quæſt. 34 num. 3.*

NOT. * *Duas & religioſas perſonas.*) Summum eſt adhibendum ſtudium in cōdemnatione hæretici ſi quicquam aliud. requiruntur enim vt conuincatur quis de hæreſi dilucidę depoſitiones, demum in eius condemnationem quatuor perſonæ adſciſcuntur. Poſtulant enim iura iudicem ex officio procedentem: teſtes, ſeu alias probationes, videlicet contumaciam excōmunicationis, & obſtinationem annalem, quę vicem probationis obtinent, & per conſequens locum teſtium tenent. Famam loco actoris, vt c. qualiter. 2. de accuſat. poſt princip. de ſimon. Deciſ. Bellameræ. concluſ. 677. rub. de hæreticis.

Ioannes XIII. Inquiſitori hæreticæ prauitatis F. Lamberto de ord. Prædic.

Fœdera cum hæreticis inita damnantur & prohibentur.

Cap. IIII.

CVm nonnulli de prouincia noſtra Romandiolæ, tam clerici quam laici, Deum & Romanam matrem eccleſiam offendere, ſeque in præcipitium damnationis, & mortis immergere

mergere non verentes, adeo fauere & fauiſſe dicantur dãnatis hæreticis,* cõfœderationes,[a] ligas, & ſocietates ineundo cũ ipſis, eoſq; receptando, & ſibi p̃ſtando multipliciter auxilia, conſilia & fauores, q̃ de labe hęreſis ſe reddiderunt & reddunt vehemẽter ſuſpectos: Nos tam ipſorũ quàm multorum aliorũ periculis, & p̃miſſis imminẽtibus obuiare ſalubriter cupiẽtes: diſcretioni tuæ p Apoſt. ſcripta mandamus, quatenus cõtra fautores huiuſmodi, & alios quoſlibet, de crimine prauitatis hæreticæ culpabiles, vel ſuſpectos, ſic ſolerter ſecundum formam canonũ, ac priuilegiorum cõceſſorum inquiſitionis officio, procedere non poſtponas, q̃ inde debeat tua dilgentia merito commendari. Dat. Auinion. 12. Cal. Sept. Pontificatus noſtri an. 10.

[a] *Fœdera male inita cum impÿs peßimè ceßiſſe exẽplũ habes ex Machabæis Principib. 1. Macha. 8. Petrus Bleſenſis Epiſt. 142.*

NOT. * *Confœderationes, ligas, & ſocietates.)* Vt nulla eſt cõmunicatio lucis cũ tenebris, nec Chriſto cum Belial, ſic nulla profecto ſocietas inita iure permanet cũ veritati lippis, cum inimicis exitioſiſſimis Chriſto, hæreticis. Ipſius enim veritatis eſt ſi eccleſiã nõ audierit ſit tibi tanquã ethnicus & publicanus Matt. 18. Pacta itaq; & amicitias oẽs interdixit Deus in veteri teſtam. idq; vnico illius reſcripto vt reliqua omittamus probatur, Exod. 34. Ego eiiciã ante faciẽ tuã Amorrhæum & Chananæũ & Hethæũ, Pherezæũ quoq; & Heuæũ, & Iebuſæum, Caue ne vnquã cũ habitatorib. terrę illius iungas amicitias, quę ſint tibi in ruinã, ſed aras eorũ deſtrue, confringe ſtatuas, lucoſq; ſuccide. Noli adorare Deũ alienũ: Dñs zelotes nomẽ eius. Deus eſt æmulator. Non ineas pactum cum hominibus illarum regionum, ne cum fornicati fuerint cum Diis ſuis, & adorauerint ſimulacra eorum, vocet te quiſpiam, vt comedas cum immolatis: Nec vxorem è filiabus eorum accipies filiis tuis, ne poſtquam ipſæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant in deos ſuos filios tuos. Similia Deuteronom. 7. cap. vbi prædictis gentibus Gergæſæi connumerantur.

Honorius IIII. Calgano de Eugubio ord. minorum, Inquiſitori hæret. prauitatis.

Filÿ hæreticorum inhabiles ſunt ad officia, ob paterni flagitÿ luem quam contraxiſſe videntur.

Cap. V.

EXHIBITA nobis dilecti filii Archioni militis nati quondam Philippi dicti Palmerii militis Spoletan. primo continebat, quod olim ſignificantibus fœlicis recordationis Alexandro Papæ prædeceſſori noſtro inquiſitoribus prauitatis hæreticæ per Italiam deputatis, quod frequenter à ſede Apoſtolica committebatur eiſdem, vt tam hæreticos credentes, fautores, & receptatores hereticorum quàm ipſorum filios & nepotes priuandi dignitatibus,[a] perſonatibus, officiis publicis, & beneficiis eccleſiaſticis de diœceſanorum vel eis abſentibus vicariorum ſuorum conſilio haberent liberã poteſtatem, & qualiter hoc deberet intelligi: poſtulantibus declarari, præfatus prædeceſſor eiſdem Inquiſitoribus per ſuas dixit literas reſpondendum, quod * de filiis & nepotibus illorum hæreticorum credentium & aliorum huiuſmodi qui modo tales eſſe probantur intelligendum eſſe videbatur, non autem illorum quos emendatos eſſe conſtaret, ac pro culpa huiuſmodi ad mandatum eccleſiæ pœnitentiam receпiſſe quam ipſi vel iam perfecerant, vel humiliter proſecutioni eius inſtarent, vel parati fuerant dum viuerent ad recipiendum eandem. Verùm licet inquiſitor praui-

prauitatis huiuſmodi, tunc in partibus illis per ſedem Apoſtolicam deputatus memoratum Philippum qui ſibi confeſſus extitit, quod cuidam hæretico reuerentiam fecerat quædam contra fidem proferẽdo catholicam, priuauerit bonis ſuis, ac idem Philippus iniunctam ſibi propter hoc ab eodem Inquiſitore pœnitẽtiam perfecerit reuerenter, ac tandem ſicut verè catholicus receptis eccleſiaſticis ſacramẽtis viam fuerit vniuerſæ carnis ingreſſus, & ab Inquiſitore pręfato etiam abſolutus, tamen poteſtas, conſilium, & commune Spoletan. dictum Archionum eiuſq; filios occaſione præmiſſorum ad officia ciuitatis Spoletan. pro ſua recuſant admittere voluntate. Quare prælibatus Archionus nobis humiliter ſupplicauit, vt nos misericorditer attendentes, quod idem Philippus ſicut pręmittitur, tanquam verè catholicus & fidelis eccleſiæ Roman. deceſſit, eundem Archionum & filios eius decerneremus iuxta præmiſſum eiuſdem prædeceſſoris reſponſum in aliquo puniri occaſione huiuſmodi non deberé: ſed eos ad omnia ſecularia officia & ** beneficia eccleſiaſtica & dignitates, [b] ac ad omnes ordines impedimento huiuſmodi non obſtãte potius admittendos. Quia igitur de facto homini & eius circũſtantiis habere poteris notitiam pleniorem: Nos gerentes de circumſpectione tua fiduciam in Domino ſpecialem, præſentium tibi auctoritate committimus & mandamus, vt ſi diligenti inquiſitione præmiſſa prædicta, inueneris veritate fulciri, & tibi etiam conſtiterit quod præfati Archionus & filii non ſint de hæretica prauitate ſuſpecti, & in fidelitate ac deuotione eccleſiæ ſupradictæ perſiſtant ſuper quibus omnibus tuam intendimus conſcientiam onerare, auctoritate noſtra denunties & declares, quod propter

præmiſſa vel eorum occaſione nihil eis poſſit obiici c vel opponi quin ad omnia ſecularia officia & beneficia eccleſiaſtica, etiam ſi dignitates exiſtant, illis non obſtantibus aſſumi liberè valeant, & hi qui literati eſſe noſcuntur, ad omnes ordines promoueri, prout ſecundum Deum & honorẽ catholicæ fidei videris expedire. Quicquid autem ſuper his inueneris & duxeris faciendum, nobis per tuas patentes literas harum ſeriem continentes fideliter ſtudeas intimare. Datum Ro. apud S. Sabinam 5. Cal. Decemb. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

a *Filij hæreticorum excluduntur penitus à quocunque beneficio eccleſiaſtico, & officio & dignitate. cap. 2. de hæret. in 6. Paul. Grilland. in tract. de hæret. 3. q. & in 4. q.*

b *Panorm. in c. vergentis. verſ. ſed circa prædicta. Angel. in gl. che hai tradita la tua patria.*

c *In quibus filius teneatur ex delicto patris, vide per Matth. in conſt. Patarenorum.*

NOT. * *De filijs & nepotibus.)* Varia eſt de hac re Doctorum ſententia. Hoſtienſis aſſerit filios hæreticorum ſucceſſione non priuari niſi lata ſit ſententia contra patres in vita. ſum. §. qua pœna. verſic. 1. Sed huic ſentent. aduerſatur c. Vergentis. extr. de præſcript. cap. fin. lib. 6. de hæret. cap. ſtatutum. eod. lib. Ioan. Fab. ſup. Cod. lib. 1.

NOT. ** *Ad officia & beneficia eccleſiaſtica.)* Filii hæreticorum inhabiles ſunt ad officia & beneficia eccleſiaſtica, cuiuſcunque ordinis & qualitatis. cap. ſtatutum. 2. de hæret. in 6. Hippolit. in tract. de fidei iuſſor. in 12. quæſt. num. 120. poſt gloſ. in cap. ſatis. 56. diſt. Idem in nepotibus ex filio deſcendentibus. c. vt commiſſi. §. priuandi. Hac tamen conſtitutione ſummus Pontifex vult illos admitti ad dignitates eccleſiæ, & officia ſecularia ſi conſtiterit prius eos fideles & nihil paterni flagitii contraxiſſe.

Alexan.

Alexander IIII.

Soluuntur quædam dubia circa diſcuſſiones & deciſiones cauſarum fidei, & hæreſis pœnas.

Cap. VI.

ALEXANDER Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis Minorum, Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis in adminiſtratione ſancti Franciſci, præſentibus ac futuris, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quod ſuper nonnullis quæſtionum articulis, in quibus cauſa fidei tangitur, nos conſulere voluiſtis, ſollicitudinis veſtræ prudentiam in Domino commendamus.

Primus igitur veſtræ conſultationis articulus continebat, vtrum dici debeat relapſus [a] in hæreſim qui lapſus eſt in eam poſt abiurationem ipſius, in qua non inuenitur antea commiſiſſe, cum ſecundum proprietatem verborum, non videatur relapſus, qui non fuerat ante lapſus. Ad quod taliter reſpondemus, quod talis ſi tanquam accuſatus vel ſuſpectus de hæreſi eam in iudicio abiurauit, & poſtea committat in ipſa, cenſeri debet quadam iuris fictione relapſus, licet ante abiurationem ſuam plene probatum non fuerit crimen hæreſis contra ipſum, dummodo huiuſmodi prius orta ſuſpitio, violenta fuerit, & certis ac veris indiciis comprobata. Si verò leuis & modica, quamquam ex hoc ſit grauius puniendus, relapſorum tamē in hæreſim non debet pœna [b] puniri, ex quo præſumi non poteſt veriſimiliter ante lapſus in eam.

Quæſiuiſtis etiam circ✝idem, ſi is qui hæreſim abiurauit, & per ſolam inexcuſabilem receptionem vel receptationem, aut deductionem ſeu aſſociationem, vel viſitationem hæreticorum, ſiue dationem vel miſſionem munerum, aut etiam aliàs in fauorem eorum, qui excuſari nõ poſſit, ſine adoratione tamen (vt verbis veſtris vtamur) lapſus eſt poſtmodũ, propter hoc debeat iudicari relapſus. Et quidem ſi legitime cõſtitit, vel etiam nunc conſtaret, quod tales ante huiuſmodi abiurationem in hæreſi commiſiſſent, non eſt dubium eos per hoc fuiſſe relapſos: quia tunc dubitari non debet, illos ex approbati à ſe prius erroris conſequentia, id feciſſe.

Præterea nonnulli talium, vt proponitis, iurãt coram Inquiſitoribus tam de ſe quàm de aliis ſuper facto hæreſis veritatem dicere, ſed periurant, non odio tamen vel pretio, ſed timore ſui potius & ſuorum: corrigunt autem ſe poſtmodum ſuper iis cõtra ſe ac alios ſuos complices deponendo. Cum itaq; periurus ſecũdum iura, etiam poſt pœnitentiam in criminalibus à teſtimonio [c] repellatur: hinc quæritur vtrum contra illos ſuos complices ſit per teſtimonia talium procedendum. Super quo taliter reſpondemus, quod cum crimen huiuſmodi ſit exceptum, ſi ex manifeſtis indiciis apparuerit tales nõ animi leuitate, aut odii fomite ductos, ſeu corruptos pecunia, ſed zelo fidei tanquam pœnitẽtes propriæ culpæ, aſſerere, ꝙ talia prius tacuerant, & velint in hoc errorem ſuum corrigere, ac alios nominare, ſtari debet in fauorem fidei, niſi aliud obſiſteret, atteſtationibus eorundem.

Ad illud aũt quod quæritur, vtrum ad Inquiſitores hæreſis pertineat de diuinationibus & ſortilegiis, quæ contra aliquos ſibi denuntiantur cognoſcere, ac punire

nire talia exercentes: breuibus reſpondetur, ꝙ cum negotium fidei, quod ſumme priuilegiatum exiſtit, ꝑ occupationes alias non debeat impediri, Inquiſitores ipſi, de iis, niſi manifeſtè ſaperent [d] hæreſim, ratione huiuſmodi officii ſibi commiſſi, ſe nullatenus intromittant, ſed eos relinquant ſuis iudicibus pœna debita caſtigandos.

Quidam inſuper (vt adiicitis) pro iis quę commiſerunt in hæreſi, aſtringunt ſe Inquiſitoribus ſub obligatione bonorũ ſuorum, ad recipiendũ ab eis pœnitentiam & complendam: ſed ea licet iniuncta, non tñ peracta, quin potius in toto vel in parte neglecta, decedunt. Quæritur ergo, vtrũ Inquiſitores ipſi, vel qui in eorum locum ſuccedunt, poſſint ad ſatisfaciẽdum pro ipſis defunctis, hæredes vel detentores bonorum ſic decedentium coarctare. Ad quod dicimus, ꝙ ſi per huiuſmodi pœnitentiam aliquod onus ad ſalutẽ proficiens impoſitum fuerit, in bonis temporalibus exequendum ad complementum ipſius per Inquiſitores cogi debẽt hæredes, vel alii ad quos bona talium cum ſuo onere deuenerunt.

Iniungitur etiam aliquibus ad pœnam, in pœnitẽtia pro hæreſi, ab ipſius peſtis Inquiſitoribus, vt vſuras reſtituant, ad quod obligauerant in iudicio eccleſię ſe & ſua. In quo quæritur, vtrũ Inquiſitores ipſi, vel qui ſuccedunt in locum eorum, ad reſpondẽdum coram ſe conquerentibus de vſuris huiuſmodi, & ad reſtitutionem earum, ſi de ipſis conſtiterit, poſſint compellere taliter pœnitentes, prout ab eis in aliis iniunctis ſibi pœnitẽtiis fieri conſueuit. Ad quod reſpõdemus, quæſtionem ſuper vſuris motam, contra tales iudicialiter non debere audiri ab Inquiſitoribus hæreſis, nec decidi. Nolẽtes quod per cauſas huiuſmodi, offendi-

culum negotio fidei præparetur: eos tamen ad reſtitutionem vſurarum, de quibus conſtiterit, compellere poterunt; quibus in ſatisfactionem pro prædicto crimine huiuſmodi reſtitutionem in pœnitentia iniunxerunt.

Sunt & alii, qui confeſſi ſunt in iudicio de hæreſi coram Inquiſitoribus huiuſmodi prauitatis, ſed antequam eis iniungeretur pœnitētia, deceſſerunt. Super quo quæritur, ſi hæredes talium compelli poſſint ab Inquiſitoribus, vt ad ipſorum arbitrium ſatisfaciant pro defunctis, præcipuè cum iidem dum viuerent, ad faciendam pœnitentiam quam Inquiſitores eis vellēt iniūgere, bona ſua inquiſitoribus obligarint: cui quęſtioni ſic duximus reſpondendum, quod poſtquam tales non deceſſerunt hæretici, ſed reincorporati potius eccleſiæ vnitati, non videmus quod eis poſt mortem, vel eorum hæredibus, qui ad ſucceſſionē talium admittuntur, ſit ſatisfactio pro extincto iam crimine iniungenda. In eo verò caſu, in quo hæredes huiuſmodi ad ſucceſſionem non deberent ob culpam ſui actoris admitti: non obſtante quod actoribus ipſis viuentibus, hoc non fuerit intercedente ipſorum morte per ſententiam declaratum, ad confiſcationem bonorum poſt mortem nihilominus procedatur.

Adieciſtis præterea, negotium ſeu officium inquiſitionis contra hæreticos dilecto filio Priori fratrum Prædicatorum Pariſien. à ſede Apoſtolica fuiſſe ſub ea forma commiſſum, vt idem ſuper hoc poſſet inquirere, tam per ſe, quam per alios, quos ad hoc idoneos reputaret: in quo quæritur, vtrum tales delegati [e] exiſtant, & quid poſſint etiam ſic electi. Super quo taliter duximus ordinandum, quod idem Prior poſſit tres, vel quatuor idoneos ad hoc opus aſſumere, qui parē

cum

cum ipſo habeant poteſtatẽ, & amouere illos,ac ipſorum loco alios ſubſtituere, quotieſcunq; viderit expedire:ipſi tamen priori,& aliis ſic aſſumptis committendi duntaxat citationes, & examinationes teſtium, cum de huiuſmodi crimine ac circumſtantiis eius inquiritur, ac denuntiationis ſententiam, quas ſuper iis contra quoſlibet contingerit ferri, & iis ſimilia faciẽdi conceditur ab eadem ſede facultas.

Quæſtioni verò qua quæritur, vtrum cõſtitutus in ſacris,deprehenſus in hæreſi,& propter hoc immurãdus perpetuò, prius ſit ab ordinibus à ſuo Epiſcopo degradandus, [f] antequam tradatur huiuſmodi pœnitentiæ. Reſpondemus,quod talis qui eſt ꝑpetuò immurandus,prius debet à ſuis ordinibus degradari.

Nonnulli quoque clerici, & quod eſt deterius, ſacerdotes prætextu pecuniæ, vel alicuius ſeruitii tẽporalis, inueniuntur aliquando inquiſitionis impedire negotium, inſtruendo citatos hæreticorum credẽtes de celanda veritate,falſitate dicenda, vel eos indebitè liberando, de quibus quæritur vtrum Inquiſitores poſſint tales capere,ac etiam retinere:aut quod ſic accepta reſtituant,coarctare.Dubium itaque non videtur, quod ii quos cõſtat exercere præmiſſa, ea faciunt in fauorem hæreticæ prauitatis, quare poſſunt à talibus per Inquiſitores compeſci, & pœna debita caſtigari, tam per captionem perſonarum, quàm etiã aliàs prout culpa exegerit delinquentis.

Quod autem poſtmodum quærebatur, quomodo eſſent puniendi religioſi, qui inueniuntur in hereſim deliquiſſe, cum ſeculares peccantes in ſimili caſu, immutationis vel alia pœna plectantur: eius ſolutio ſatis patet,cum certũ ſit tales in hoc,& in conſimilibus delinquentes grauius etiam ſecularibus puniendos.

Frequenter etiam vobiſ ab Apoſtolica ſede committitur, vt tam hæreticos, credentes & receptatores, fautores,& defenſores eorum, quam ipſorum filios & nepotes, ac illos etiam qui prædictorum interuentu, vel gratia tale eſſent adepti, vel aſſequerentur in poſterum,priuandi perſonatibus,dignitatibus & honoribus quibuſcunque ac beneficiis eccleſiaſticis,&officiis publicis, de diœceſanorum, vel eis abſentibus vicariorum ſuorum conſilio, habeatis liberam facultatem:quod qualiter intelligi debeat,petiuiſtis eiuſdem ſedis oraculo declarari.Hoc ſanè de filiis & nepotibus illorum credentium & aliorum huiuſmodi,[a] qui modo tales eſſe probantur, intelligendum eſſe videtur, non autem illorum, quos emendatos conſtiterit, & pro culpa huiuſmodi ad mandatum eccleſiæ pœnitētiã recepiſſe,quam ipſi vel iam perfecerunt,vel humiliter proſecutioni eius inſiſtunt, vel parati fuerunt dum viuerent ad recipiendam eandem. Diœceſani quoq; in priuandis talibus ſunt generaliter requirendi,niſi forſan conſtaret legitimè, quod iidem ſcienter eis beneficia contuliſſent: tunc enim eos in iis requirendos eſſe non credimus, ſed potius à ſuo iudice puniendos. Vos igitur hæc & alia contingentia in hac parte commiſſum vobis officium ſic prudenter, & fideliter exequi procuretis, ſic ad ea pure propter Deũ, cuius cauſam geritis, veſtra feratur intentio, quod labor veſter vobis ad vitæ præmium, & aliis ad ſalutem, quæ ſolum in talibus quæritur, proficiat animarum. Dat.Viterbii 5. Calen. Octob. Pontificatus noſtri anno quarto.

[a] *Relapſus dicitur qui in hæreſim abiuratam vel in aliam iterum labitur.c.ſi.de hæret.Panorm.*

[b] *Paulus Grilland.in tract.de hæret.in 60.& vlt.q.*

[c] *l.quo-*

[c] *l.quoties.C.de dignitat. lib. 12. & ibi Bartol. Doct.in c.teſtimonium.de teſtibus.Bald.in prææalleg.l.2.*

[d] *Inquiſitor poteſt inquirere de omnibus ſpeciebus hæreſis. Bald.in l.nemo.in fi.C.de ſum.trinit.*

[e] *Vide Ioan.Andr.cap.per hoc.de hæret.in 6. & cap. ne aliqui.de hæret.ibid.iuncto cap.2.de offic. delegat.in 6. & per gloſſ. in Clement.2.verſic.ipſorum commiſſarijs.de hæret.*

[f] *Formam degradationis ponunt Iacob. Butr. & Bald. in authent.presbyteri. C.de Epiſcopis & cleric. & Specul. in tit.de accuſat.& Doctor.in cap.2.de pœn.in 6.Angel.in gloſſ. & caput à ſpat.verſic.nunc reſtat.*

[g] *Credentes hæreticis ſunt hæretici receptatores & fautores hæreticorum, de quibus promiſcuè traditur text.in cap.pen. de hæret.cap.excommunicamus.§.credentes.de hæret. & in authent.credentes.C.eod.*

Idem, ordinis minorum Inquiſitoribus.

Excommunicati & ſocii criminis iure in teſtimonium admittuntur contra hæreticos.

Cap. VII.

CONSVLVIT nos diſcretio veſtra, vtrũ illos qui rõne criminis hereſeos, vel alia de cauſa excõmunicationis * ſentẽtia ſunt ligati, cõtra hereticos, credẽtes, defenſores, fautores vel receptatores eorũ, ad teſtimonium phibendũ admittere, & ſtare dictis eorũ ſeu illorum, ẽt debeatis, q̃ complices, participes, ſeu ſocios eiuſdem criminis ſe fatentur. Quia igitur ſi iidem excommunicati non admitterentur ad perhibendum teſtimonium contra tales,

tales, & dictis eorum ac ſi fatentium non ſtaretur, frequenter officium inquiſitionis vobis commiſſæ, in diſpendium fidei contingeret impediri, quando præſertim vix aut nullo modo poteſt, niſi per ſic fatentes ſuper hoc veritas apparere, ſtatuimus in fauorem fidei, vt in huiuſmodi inquiſitionis negotio, dicti excommunicati, contra hæreticos, credentes, defenſores, fautores & receptatores eoſdem, ad teſtimonium [a] admittantur, & ſtetur tam illorum dictis, quàm eorum qui, vt prædictum eſt, ſocios eiuſdem criminis ſe fatentur, ex veriſimilibus coniecturis, quæ ex numero deponentium, vel perſonarum tam deponentium quam eorum cōtra quas deponitur qualitate, ac aliis circumſtantiis coniici poterunt, ſic fatentes non falſa dicere præſumantur. Dat. Lateran. 10. Cal. Februarii. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

[a] *Inquiſitores procedere poſſunt cum teſtibus excommunicatis, ſociјs & participibus criminis & alijs defectus habentibus vt traditur in c. in fidei fauorem. de hæret. in 6.*

N O T. * *Excommunicationis ſententia ſunt ligati.)* In fauorem fidei & aduerſus hæreſim, erroreſq; conuincendos excommunicati, participes & ſocii criminis admittuntur in teſtimonium ſi veriſimiliter veritatem deponant. Tantus eſt enim veritatis & fidei fauor vt qualitas teſtis omni exceptione ſit maior quoties agitur de illius inquiſitione aduerſus hæreticam pertinaciam. Certæ autem circumſtantiæ conſiderandæ ſunt ad hoc vt teſti maximè inhabili adhibeatur fides, docent Doctores ex capit. in fidei. de hæreticis. in 6. Philip. Franc. ibid. & Ioan. Andreas Domin.

Leo X.

Leo X. ex Concilio Lateranenſi.

Hæreticum eſt aſſerere animam rationalem eſſe mortalem.

Cap. VIII.

Apostolici [a] regiminis ſolicitudo nos aſſidue pulſat, vt medendis animarum languorib⁹, quarum nos ex alto omnipotens auctor curam habere voluit, iis potiſſimũ qui inſtãtius fideles nunc vrgere cernuntur, ſalutifero olei & vini medicamine ad inſtar Samaritani in Euangelio ſolicitam operam impendamus, ne nobis iſtud Hieremiæ obiiciatur: Nunquid reſina non eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? Cum itaque diebus noſtris (quod dolenter ferimus) zizaniæ ſeminator antiquus humani generis hoſtis, nonnullos pernitioſiſſimos errores à fidelibus ſemper exploſos in agro Domini ſuperſeminare, & augere ſit auſus, de natura præſertim animæ rationalis, quod videlicet * mortalis ſit, aut vnica in cunctis hominibus, & nonnulli temerè philoſophantes, ſecũdum ſaltem philoſophiam, verum id eſſe aſſeuerent, contra huiuſmodi peſtem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc ſacro approbante Concilio damnamus, & reprobamus omnes aſſerentes, animam intellectiuam mortalem eſſe, aut vnicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes, cum illa non ſolum verè per ſe, & eſſentialiter humani corporis forma exiſtat, ſicut in canone fœl. rec. Clementis [b] Papæ V. prædeceſſoris noſtri in generali Viennen. Concilio edito continetur, verum & immortalis, & pro corporum

rum quibus infunditur multitudine ſingulariter multiplicabilis,& multiplicata,& multiplicãda ſit. Quod manifeſtè conſtat exEuangelio,cũ Dominus ait, Animam aũt occidere non poſſunt.& alibi: Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam ætarnam cuſtodit eam.Et cum æterna p̃mia,& æterna ſupplicia pro merito vitæ iudicandis repromittit,aliàs incarnatio,& alia Chriſti myſteria nobis minimè profuiſſent.nec reſurrectio expectanda foret, ac ſancti & iuſti miſerabiliores eſſent (iuxta Apoſtolum) cunctis hominibus. Cumq; verum vero minimè contradicat, omnẽ aſſertionem veritati illuminatæ fidei contrariam,omnino falſam eſſe diffinimus,& vt aliter dogmatizare non liceat,diſtrictius inhibemus:omneſq; huiuſmodi erroris aſſertionibus inhærentes,veluti damnatiſſimas hęreſes ſeminantes, per omnia vt deteſtabiles & abominabiles hæreticos,& infideles,catholicam fidem labefactantes, vitandos, & puniendos fore decernimus. Inſuper omnibus & ſingulis Philoſophis in vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, & alibi publice legentibus, diſtricte præcipiendo mandamus, vt cum Philoſophorum principia, aut concluſiones, in quibus à recta fide deuiare noſcuntur, auditoribus ſuis legerint, ſeu explanauerint, quale hoc eſt de animæ mortalitate,aut vnitate,& mundi ęternitate,ac alia huiuſmodi, teneantur eiſdem veritatẽ religionis Chriſtianę omni conatu manifeſtã facere,& perſuadendo pro poſſe docere,ac omni ſtudio huiuſmodi Philoſophorum argumenta, cum omnia ſolubilia exiſtant, pro viribus excludere atq; reſoluere. Et cum non ſufficiat aliquando tribulorum radices præſcindere, niſi & ne iterum pullulent, funditus euellere, ac eorum ſemina,originaleſq; cauſas, vnde facilè oriuntur, remouere:

re:cum præcipue humanæ Philoſophię ſtudia diuturniora, quam Deus ſecundum verbum Apoſtoli euacuauit,& ſtultam fecit, abſq; diuinæ ſapientiæ condimento, & quæ ſine reuelatæ veritatis lumine in errorem quandoq; magis inducunt,quam in veritatis elucidationem: ad tollendam omnem in præmiſſis errãdi occaſionem, hac ſalutari conſtitutione ordinamus & ſtatuimus, ne quiſquam de cætero in ſacris ordinibus conſtitutus, ſecularis vel regularis, aut aliàs ad illos à iure arctatus in ſtudiis generalibus,vel alibi publice audiendo, philoſophiæ aut poëſis ſtudiis vltra quinquennium poſt Grammaticam & Dialecticam, ſine aliquo ſtudio Theologiæ aut iuris Pontificii incumbat. Verum dicto exacto quinquẽnio,ſi illis ſtudiis inſudare voluerit, liberum ſit ei, dum tamẽ ſimul aut ſeorſum,aut theologiæ,aut ſacris canonibus operam nauauerit,vt in his ſanctis & vtilibus profeſſionibus ſacerdotes Domini inueniant,vnde infectas philoſophiæ & poëſis radices purgare & ſanare valeant. Cal.Ianuarii.1513.

[a] *Alphonſus de Caſtro hanc conſtitutionem commentarijs illuſtrauit.*

[b] *Clemens V. in Concilio Viennenſi vt habetur in Clement. tit.1.de ſumma trinit. & fide cathol. reprobat & hæreticam iudicat doctrinam quæ habet quod ſubſtantia animæ rationalis ſeu intellectiuæ verè & purè & per ſe humani corporis non ſit forma.De hac re conſule B.Thom. in fin. gloſſ.part.1.1.q.76.art.1.& ibidem Caietanum.*

NOT. * *Mortalis ſit.)* Prophanũm, ethnicum, & hominum quorum deus venter eſt ſemper fuit aſſeuerare animam rationalem eſſe mortalem, licet ex his non defuerint qui altius animo rem perpendentes dixerint, extincto corpore illam remanere ſuperſtitem, incorruptã & minimè mortis obnoxiã, vt ex Hermia Eunucho colligimus qui Ariſtotelica diſciplina eruditus

eruditus ἔγραψε περὶ ψυχῆς ὅτι ἀθάνατος ſcripſit de anima quod immortalis. Sed præter horum fidem ficulneam in his quæ veram religionem ſapiunt nos habemus plures ex noſtris Doctoribus qui præclaris ſcriptis animæ immortalitatem docuerunt. D. Ignatius ad Trallian. Epiſt. 5. & Epiſt. 6. ad Magneſianos & Epiſt. 7. ad Tharſenſes. Confeſſio beati Policarpi in Epiſt. ad Philipp. Martialis in Epiſt. Clemens in libris confeſſionum. Dyoniſius Areopagita lib. de eccleſiaſt. Hierarchia cap 2. Ireneus lib. 2. contra hæreſes, cap. 64. circa medium. Tertullianus lib. de Reſurrectione. Gregorius Nicenus lib. 2. Philoſophiæ de anima. c. 9. & c. 7. vbi agit de prouidentia. Clemens Alexandrin. lib. 1. pædagog. c. 13. & lib. 2. c. 1. Athanaſius Alexandrin. Patriarcha in oratione contra Idola. Tatianus oratione contra Græcos. Gregorius Taumaturgus lib. de anima. Arnobius lib. 2. contra gentes. Vide ſummam conſtitut. in commentariis huius diplomatis.

Paulus Quartus.

Hæreticorum, ſchiſmaticorum, eorumque fautorum pœnæ.

CAP. IX.

CVM ex Apoſtolatus officio, nobis, meritis licet imparibus, diuinitus credito, cura Dominici gregis nobis immineat generalis, & exinde teneamur pro fideli illius cuſtodia, & ſalubri directione, more vigilis paſtoris, aſſidue vigilare, & attentius prouidere, vt qui hac ætate, peccatis exigentibus, propriæ prudentiæ innitentes [a] licentius & pernitioſius ſolito contra orthodoxæ fidei diſciplinam inſurgunt, & ſuperſtitioſis, ac fictitiis adinuentionibus ſacrarum ſcripturarum intelligentiam peruertentes, catholicæ eccleſiæ vnitatem & inconſutilem Domini tunicam ſcindere moliuntur, ab ouili

Chriſti

Chriſti repellantur, nec magiſterium erroris continuent, qui diſcipuli veritatis eſſe contemnunt: Nos conſiderantes rem huiuſmodi adeo grauem, & periculoſam eſſe, vt Romanus Pontifex, qui Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti vices gerit in terris, & ſuper gentes, & regna, plenitudinem obtinet poteſtatis, omneſque iudicat, à nemine in hoc ſeculo iudicandus, poſſit ſi deprehendatur à fide deuius redargui, & quod vbi maius intenditur periculum, ibi eſt plenius & diligentius conſulendum, ne pſeudoprophetæ, aut alii etiam ſecularem iuriſdictionem habentes ſimplicium animas miſerabiliter illaqueent, innumerabileſque populos eorum in ſpiritualibus, aut temporalibus curæ & regimini commiſſos, ſecum in perditionem, & damnationis interitum trahant, nec aliquando contingat nos abominationem deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta in loco ſancte videre, cupientes quantum cum Deo poſſumus pro noſtro munere paſtorali vulpes b vineam Domini demoliri ſatagentes capere, & lupos ab ouilibus arcere, ne canes muti videamur nequeuntes latrare, & perdamur cum malis agricolis, ac mercenario comparemur, Habita ſup his cum venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, deliberatione matura, de eorum cõſilio, & vnanimi aſſenſu omnes & ſingulas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac priuationis, & quaſuis alias ſententias, cenſuras & pœnas * à quibuſuis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris aut pro talibus habitis etiam per eorum literas extrauagantes, ſeu ſacris Conciliis ab eccleſia Dei receptis, vel ſanctorum Patrum decretis & ſtatutis, aut ſacris canonibus, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contra hæreticos aut ſchiſmaticos quomodolibet latas, &

promulgatas, Apoſtolica auctoritate approbamus, & innouamus, ac ꝑpetuo obſeruari, & in viridi obſeruãtia, ſi forſan in ea non ſint, reponi, & eſſe debere, necnon quoſcunq; qui hactenus à fide catholica deuiaſſe, aut in aliquam hęreſim incidiſſe, ſeu ſchiſma incurriſſe, aut excitaſſe, ſeu commiſiſſe deprehenſi, aut cõfeſſi, vel conuicti fuerint, ſeu (quod Deus pro ſua clementia, & in omnes bonitate auertere dignetur) in poſterũ deuiabunt, ſeu in hæreſim incident, aut ſchiſma incurrent, vel excitabunt, ſeu committent, & deuiaſſe, ſeu incidiſſe, aut incurriſſe, vel excitaſſe ſeu cõmiſiſſe deprehendentur, aut confitebuntur, ſeu conuincẽtur, cuiuſcũq; ſtatus, gradus, ordinis, cõditionis & præeminentiæ exiſtant, ẽt ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, Primatiali, aut alia maiori dignitate eccleſiaſtica, ſeu Cardinalatus honore, & Apoſtolicæ ſedis vbiuis locorum, tam perpetuæ, quàm temporalis legationis munere, vel mundana, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali auctoritate, ſeu excellentia præfulgeant, & eorum quemlibet ſententias, cenſuras, & pœnas predictas incurrere volumus atque decernimus. Et nihilominus cõſiderantes dignum eſſe, vt qui virtutis amore à malis non abſtinent, metu pœnarum ab illis deterreantur, & quod Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui alios docere, & illis bono exẽplo, vt in fide catholica contineantur, eſſe debent, præuaricando grauius cæteris peccãt, cum nõ ſolum ſeipſos perdant, verumetiam alios innumerabiles populos eorum curæ & regimini creditos, ſeu alias eis ſubditos, ſecum in perditionem & puteum interitus trahant, de ſimilibus cõſilio & aſſenſu,

hac

hac noſtra in perpetuum valitura conſtitutione,in odium tanti criminis, quo nullum in eccleſia Dei maius,aut pernitioſius eſſe poteſt, [c] de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſancimus, ſtatuimus, decernimus, & diffinimus,quod ſententiis,cenſuris, & pœnis prædictis in ſuis robore & efficacia remanentibus, ac effectum ſuum ſortientibus omnes & ſinguli Epiſcopi, Archiepiſcopi,Patriarchæ,Primates, Cardinales, Legati,Comites,Barones,Marchiones,Duces, Reges, & Imperatores,qui hactenus,vt præfertur, deuiaſſe, aut in hæreſim incidiſſe, ſeu ſchiſma incurriſſe, excitaſſe, vel commiſiſſe deprehenſi, aut confeſſi, vel conuicti fuerint, & in poſterum deuiabunt, aut in hæreſim incident,ſeu ſchiſma incurrent, vel excitabunt, aut cōmittent, & deuiaſſe ſeu in hæreſim incidiſſe, vel ſchiſma incurriſſe,aut excitaſſe, ſeu commiſiſſe deprehendentur,aut confitebuntur, ſeu conuincentur,cum in hoc inexcuſabiliores cæteris reddantur,vltra ſententias,cenſuras & pœnas prædictas, ſint etiā eo ipſo abſque aliquo iuris,aut facti miniſterio ſuis ordinibus,& cathedralibus etiam metropolitan. Patriarchalibus, & Primatialibus eccleſiis, ac Cardinalatus honore, & cuiuſuis legationis munere, necnō voce actiua & paſſiua,omniq; auctoritate,ac monaſteriis,beneficiis, & officiis eccleſiaſticis cum cura,&ſine cura, ſecularibus & quorumuis ordinum regularibus, quę ex quibuſuis conceſſionibus,& diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum, commendam, & adminiſtrationem, aut aliàs quomodolibet obtinuerint, & in quibus vel ad quæ ius aliquod habuerint, necnon quibuſuis fructibus, redditibus, & prouentibus annuis ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & prouentibus eis reſeruatis, & aſſignatis: Comitatibus quoque, Baroniis, Mar-

chionatibus, Ducatibus, Regnis, & Imperio penitus, & in totum perpetuo priuati, & ad illa de cętero inhabiles, & incapaces habeanturq; pro relapſis, & ſubuerſis in omnibus & per omnia perinde, ac ſi prius hæreſim huiuſmodi in iudicio publicè abiuraſſent, nec vllo vnquam tempore ad eorum priſtinum ſtatum, aut cathedrales metropolitanas, Patriarchales, & Primatiales eccleſias, ſeu Cardinalatus, vel alium honorem, aut quamuis aliam maiorem, vel minorem dignitatē, ſeu vocem actiuam vel paſſiuam, aut auctoritatem, ſeu monaſteria, & beneficia, vel comitatus, Baronias, Marchionatus, Ducatus, Regna, & Imperium reſtitui, reponi, reintegrari, aut rehabilitari poſſint, quinimo ſecularis relinquātur arbitrio poteſtatis animaduerſione debita puniendi, niſi apparentibus in eis veræ pœnitentiæ indiciis, & condignæ pœnitentiæ fructibus, ex ipſius ſedis benignitate & clementia in aliquo monaſterio, aut alio regulari loco ad peragēdum perpetuam in pane doloris & aqua mœſtitiæ pœnitentiam retrudēdi fuerint. Quodq; pro talibus ab omnibus cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentię exiſtentibus, ac quacunq; ēt Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali & primatiali, aut alia maiori eccleſiaſtica dignitate, & etiam Cardinalatus honore, ſeu mundana, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali auctoritate & excellentia pollentibus haberi, tractari, & reputari, & vt tales euitari, omnique humanitatis ſolatio deſtitui debeant.

Et qui ius patronatus, aut nominādi perſonas idoneas ad cathedrales etiam metropolitanas, & Patriarchales ac primatiales eccleſias ſeu monaſteria, vel alia beneficia eccleſiaſtica per priuationem huiuſmodi

vacan-

vacantia habere prætenderint, ne illa diutinæ vacationis exponantur incommodis, ſed de ſeruitute hæreticorum erepta, perſonis concedantur idoneis, quæ illarum populos in ſemitas iuſtitiæ fideliter dirigant, teneantur, ad eccleſias, monaſteria, & beneficia huiuſmodi alias perſonas idoneas infra tempus à iure, vel ex eorum concordatis, ſeu compactatis cum dicta ſede initis ſtatutum, nobis ſeu pro tempore exiſtenti Romano Pontifici præſentare, alioquin tempore huiuſmodi elapſo plena & libera eccleſiarum, monaſteriorum, & beneficiorum prædictorum diſpoſitio ad nos, & Romanum Pontificem prædictum eo ipſo pleno iure deuoluatur. Et inſuper qui ipſos ſic deprehenſos aut confeſſos, vel conuictos ſcienter quomodolibet receptare, vel defendere, aut eis fauere, vel credere, ſeu eorum dogmata dogmatizare præſumpſerint, ſententiam excommunicationis eo ipſo incurrant, efficianturque infames, nec voce, perſona, ſcriptis, vel nuncio, aut procuratore aliquo ad publica, ſeu priuata officia, aut conſilia, ſeu Synodum, vel Concilium generale, vel prouinciale, nec conclaue Cardinalium, aut aliquam fidelium cõgregationem, ſeu electionem alicuius, aut teſtimonium perhibendum admittantur, nec admitti poſſint.

Sint etiam inteſtabiles, [e] nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedant: nullus præterea cogatur eis ſuper aliquo negotio reſpondere. Quod ſi forſan iudices extiterint, eorum ſententiæ nullam obtineant firmitatem, nec aliquæ cauſæ ad eorum audientiam deducantur; & ſi fuerint aduocati, eorũ patrocinium nullatenus recipiatur: ſi verò tabelliones extiterint inſtrumẽta confecta ꝑ eos nullius ſint penitus roboris, vel momenti. Et inſuper clerici omnibus & ſingulis

eccleſiis, ẽt cathedralibus, metropolitan. Patriarchal. & Primatialibus, ac dignitatibus, monaſteriis, beneficiis, & officiis eccleſiaſticis, etiã, vt præfertur, qualificatis, ꝑ eos quomodolibet obtentis, & tam ipſi quàm laici, ẽt, vt præmittitur, qualificati, & dignitatibus p̃dictis p̃diti quibuſcũq; Regnis, Ducatibus, dñiis, feudis & bonis tẽporalibus ꝑ eos poſſeſſis priuati exiſtant eo ipſo, Regnaque, Ducatus, dominia, feuda, & bona huiuſmodi publicentur, & publicata ſint, efficianturque iuris & proprietatis eorum qui illa primo occupauerint, ſi in ſinceritate fidei, & vnitate ſanctæ Rom. eccleſiæ, ac ſub noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrãtium obedientia fuerint.

Adiicientes quod ſi vllo vnquam tempore apparuerit aliquem Epiſcopum, etiam pro Archiepiſcopo ſeu Patriarcha, vel Primate ſe gerentem, aut prædictæ Romanæ eccleſiæ Cardinalem, etiam vt præfertur, legatum, ſeu etiam Romanum Pontificem ante eius ꝓmotionem, vel in Cardinalem, ſeu Romanum Pontificem aſſumptionem à fide catholica deuiaſſe, aut in aliquam hæreſim incidiſſe, ſeu ſchiſma incurriſſe, vel excitaſſe, aut commiſiſſe, promotio ſeu aſſumptio de eo etiam in concordia, & de vnanimi omnium Cardinalium aſſenſu facta, nulla, irrita, & inanis exiſtat, nec per ſuſceptionem muneris, conſecrationis, aut ſubſecutam regiminis, & adminiſtrationis poſſeſſionẽ, ſeu quaſi, vel ipſius Romani Põtificis inthronizationem, aut adorationem, ſeu ei præſtitam ab omnibus obedientiam, & cuiuſuis temporis in præmiſſis curſum conualuiſſe dici, aut conualeſcere poſſit, nec pro legitima in aliqua ſui parte habeatur, nullamq; talibus in Epiſcopos, ſeu Archiepiſcopos, vel Patriarchas, aut Prima-

Primates promotis, ſeu in Cardinales, vel Romanum Pontificem aſſumptis in ſpiritualibus, vel temporalibus adminiſtrãdi facultate tribuiſſe, aut tribuere cenſeatur: ſed omnia & ſingula per eos quomodolibet dicta, facta, geſta, & adminiſtrata, ac inde ſecuta quæcũque viribus careant, & nullam ꝓrſus firmitatẽ, nec ius alicui tribuant, ſintq; ipſi ſic promoti, & aſſumpti, eo ipſo abſq; aliqua deſuper facienda declaratione omni dignitate, loco, honore, titulo, auctoritate, officio & poteſtate [f] priuati, liceatq; omnibus & ſingulis ſic ꝓmotis, & aſſumptis, ſi à fide ante non deuiaſſent, nec hæretici fuiſſent, neq; ſchiſma incurriſſent, aut excitaſſent, vel commiſiſſent, ſubditis perſonis, tam clericis ſecularibus & regularibus, quam etiam laicis, necnon Cardinalibus, & iam qui electioni ipſius Pontificis antea à fide deuii, aut hæretici, ſeu ſchiſmatici interfuerint, ſeu alias conſenſerint, & ei obedientiam præſtiterint, eumq; adorauerint, ac caſtellanis, præfectis, capitaneis, & officialibus etiã almæ vrbis noſtræ, & totius ſtatus eccleſiaſtici, etiam eiſdem ſic promotis, vel aſſumptis homagio, ſeu iuramento, vel cautione obligatis, & obnoxiis ab ipſorum ſic promotorum, vel aſſumptorũ obedientia & deuotione impune quãdocunque recedere, eoſq; vt magos, ethnicos, publicanos, & hæreſiarchas euitare, eiſdem ſubditis perſonis fidelitati, & obedientię futurorum Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, Primatum, Cardinalium, & Romani Pontificis canonicè intrantis nihilominus aſtricti remanentibus, & ad maiorem ipſorum ſic promotorum, & aſſumptorum, ſi eorum regimen, & adminiſtrationem continuare voluerint cõfuſionẽ contra eoſdem ſic promotos, & aſſumptos auxiliũ brachii ſecularis implorare nec ꝓpterea tales

ab ipſorum ſic promotorum & aſſumptorum fidelitate & obedientia præmiſſorum occaſione recedentes, tanquam tunicæ Domini ſciſſores aliquarum cēſurarum ſeu pœnarum vltioni ſubiaceant. Romæ 10. Cal. Martii. 1558.

[a] *Hæreſis fouetur ab ijs qui nimis curioſi non ſapiunt ad ſobrietatem, ſed propriæ innituntur opinioni.*

b *Poſt Bernardum ſer. 64. ſup. Cant. vulpes vocat hæreticos. Capite, inquit, nobis vulpes paruulas, hoc eſt, hæreticos, quos nullum genus impoſturæ, nulla ars latet in ſeducenda plebecula, adeo vt vulpem verſipellem multiiugis dolis exuperent.*

[c] *Nullum aliud crimen Deo & eccleſiæ magis diſplicet quā idolatria, hæreſim autem idolatriam dici conuincit Tertull. & ab idololatria non diſtare, cum & authoris & operis eiuſdē ſint, cuius & idolatria. Deum enim aut fingunt alium aduerſus creatorem, aut ſi vnicum creatorem confitentur, aliter eum differūt quam in vero eſt. Itaque omne mendacium quod de Deo dicitur, genus eſt idololatriæ. lib. aduerſ. Prax.*

d *Hic paragraphus intextus eſt titul. de iurepatronatus.*

[e] *Conſueuit quæri, an excommunicatus vt eſt hæreticus, poſſit contrahere & teſtari. Innocent. tenet quod poteſt contrahere & teſtari. extr. de dolo & contumac. cap. venit. de ſentent. excommun. cap. cum voluntate. Sed id negat Archidiac. ex cap. pia. de except. ext.*

[f] *Eccleſiaſticæ perſonæ cuiuſcunque gradus in hæreſim prolapſæ, & à fide deuiæ omni dignitate & officio priuantur.*

NOT. * *Cenſuras & pœnas.*) Vt ius Pontificium ſuis ſacris & metuendis cenſuris animaduertit in hæreticos, ſic non mitiori pœna eorum cohibet petulantes & effrenatos ſpiritus ius ciuile, illo enim, vt loquitur Iuſtinus de Manichæis, πανταχόθεν ἐλαύνονται καὶ κεφαλικῶς τιμωρῶν, vndique expelluntur & capite puniuntur, tum prohibentur magiſtratum gerere, digni-

tatem

tatem habere aut ius dicere. Hodie hæreticorum pertinacium potiſſimè, & relapſorum ignis pro ſupplicio eſt. Paulus Grillandus in tract. de hæretic. quæſt. vlt. Quæ huic argumento conueniunt habes apud Alphonſum de Caſtro integro libro de iuſta hæreticorum punitione.

Pius Quintus.

Sententiæ declaratoriæ in reorum hæreſis fauorem latæ contra iuriſdictionem & ſtylum officii inquiſitionis nunquam tranſeunt in rem iudicatam.

Cap. X.

INTER multiplices curas quæ animum noſtrum aſſidue pulſant, illa in primis eſt, prout eſſe debet, vt eccleſia Dei nobis ex alto commiſſa purgatis immo quãtum fieri poteſt procul exterminatis omnibus hæreſibus, & prauis erronearũ opinionum dogmatibus tutò militare, & tanquam nauis in tranquillo mari, ſedatis omnibus tempeſtatum fluctibus & procellis, ſecurè nauigare, & ad optatum ſalutis portum peruenire poſſit. Cum itaque nos dum in minoribus [a] conſtituti ſanctiſſimi officii Romanæ, & vniuerſalis contra hæreticam prauitatem inquiſitionis negocia pertractaremus, tandem ex longo vſu atque experientia rerum magiſtra cognouerimus, quod multi rei delati, & in prędicto ſanctiſſimo officio, ſeu alibi coram * locorum ordinariis, & hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus proceſſati ac de hæretica prauitate inquiſiti falſos teſtes ad eorum defenſam examinari faciendo, ac compurgatorum de

eorum vita,& doctrina minimè informatorum opera &teſtimonio ſe iuuātibus,ac diuerſis aliis illicitis modis,excogitatiſq; doloſis excuſationibus,& malitiis p̄dictum ſacrum officium ſanctiſſimæ Inquiſitionis,cęteroſq; iudices, & etiam Romanos Pontifices deludēdo,& decipiendo,plures etiam veluti innocentes diffinitiuas à prædictis proceſſibus, & Inquiſitionibus abſolutorias & præcedente canonica purgatione eorum aſſertæ bonæ, & catholicæ fidei vitæ, & doctrinæ declaratorias ſententias, ſeu decreta ab eodem ſanctiſſimo officio, aliiſq; locorum ordinariis ſiue delegatis, & Inquiſitoribus, ac etiam Rom. Pont. prædeceſſoribus noſtris obtinuerunt, ſeu extorſerunt, quas ſententias,& decreta præfati Romani Pon.etiam cum p̄petui ſilentii impoſitione, ac inhibitione, ne dictum ſanctiſſimum officium, aut alii Inquiſitores ad vlteriora procedere poſſent ſeu deberent,necnon ēt cum cauſarum euocatione ad ſolum Romanum Pontificem ſub cuius protectione ſubmittebantur, aliiſque derogatoriarum derogatoriis,& efficaciſſimis clauſulis,ac etiam irritantibus, & aliis decretis etiam in forma gratioſa ampliando, per varios & varias eorum motus proprios,ac etiam ſub plumbo,vel annulo piſcatoris expeditas literas etiam in conſiſtorio,ſeu conſiſtorialiter emanatas confirmarunt. Vnde eueniebat quod prædicti rei inquiſiti ſub velamine, & tutamine prædictarum ſententiarum declaratoriarum, & literarum Apoſtolicarum, & præſertim vigore clauſulæ inhibitoriæ contra Inquiſitores factæ confidentes, clam,& etiam aliquando palam in antiquis eorum erroribus,contra fidē catholicā perſeuerando, nunquā ad gremiū eccleſiæ verè redibāt,immo cum aliis ſecurè,& tāquam catholici conuerſando,eorundem alio-

rum

rum animos corrumpere, & inficere, ac in ſuas hæreticas opiniones trahere de facili potuerunt, in totius reipublicę Chriſtianæ non modicum ſcandalum & p̄iudicium, prędictorumq; delatorum animarum perniciem & iacturã. Nos huic ſcandalo adeo perniculoſo & contagioſo obuiare, dictarumque animarum ſaluti conſulere & prouidere, omnemque iuriſperitorum dubietatem & altercationem, ac quæcunque impedimenta & obſtacula, propter quæ ſancta Inquiſitio hæreticæ prauitatis quomodocunque, & qualitercunque impediretur, vel retardaretur, tollere volentes, motu ſimili, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in primis omnes & ſingulas, ac quaſcunque literas Apoſtolicas, ſub quacunque verborum forma etiam in prædictis, ac quibuſuis aliis cauſis hæreſis etiam motu proprio, &c. ac etiam conſiſtorialiter, &c. & alias quomodolibet emanatas, necnon etiam deſuper ſignatas motuum propriorum, & alias cedulas quaſlibet, ad ius & iuſtitiam, ac iuris terminos reducentes, necnon fiſco prædicti ſancti officii [c] Inquiſitionis, & aliorũ ordinariorum, & delegatorum iudicũ aduerſus prædictas literas inhibitiones, ac etiam derogatoriarum derogatorias, aliaſque clauſulas quaſlibet os aperientes, & quatenus iuriſdictionis diſpoſitioni, vel ſtylo dicti officii ſint contraria, illas penitus, & perpetuo reuocantes, hac noſtra perpetua perpetuoq; valitura vniuerſali conſtitutione omnes & ſingulas, & quaſcunque etiam ex capite aſſertæ innocentiæ abſolutorias, vel etiam præcedente canonica purgatione ſub quacunque verborum forma declaratorias ſententias etiam diffinitiuas, & decreta in eorundem reorum inquiſitorum & delatorũ fauorem per prædictum ſanctiſſimũ offi-

officium, alioſque iudices ordinarios, & delegatos, ac etiam Roman. Pontifices latas, & lata, aut in futurum per nos etiam & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes ferendas, & ferẽda, nunquam feciſſe, nec in futurum poſſe facere tranſitum in rem iudicatam, Apoſtolic. auctoritate declaramus, decernimus, ſtatuimus & ordinamus, prǽfatiſque ſententiis, & decretis, & quantumcunq; per literas Apoſtolicas etiam in forma gratioſa, etiam iteratis vicibus ac etiam à pluribus Romanis Pontificibus emanatis, confirmatis, vel confirmandis, cum prædictis, vel aliis quibuſcunque etiam derogatoriarum derogatoriis, ac etiam irritantibus, aliiſq; clauſulis, & decretis, necnon inhibitionibus, ac etiam canonicis ſanctionibus, quorum omnium, & ſingulorum aliorumq; præmiſſorum, & inde ſequutorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, haberi volumus pro expreſſis, ac totaliter inſertis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque non obſtantibus, per prædictum ſanctum officium ſanctę Inquiſitionis ac dilectos filios modernos, & pro tempore exiſtentes ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales hæreticæ prauitatis Inquiſitores, & ſuper dicto officio nunc & pro tempore deputatos, contra eoſdem & reos delatos, & inquiſitos etiam ſi fuerint, & ſint Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, Primates, eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſię Cardinales, Legati, etiam de latere, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, tam de antiquis, quàm nouiter etiam ſuper eiſdem articulis receptis, vel recipiendis teſtibus, aliiſq; argumentis, probationibus, & indiciis iuxta facultates eiſdem Cardinalibus Inquiſitoribus ꝑ nos & quoſcunque prædeceſſores, & ſucceſſores noſtros Romanos

nos Pontifices pro tempore exiſtentes, ac ſedem Apoſtolicam quomodolibet conceſſas, & datas, ac in futurum reſpectiue dandas & concedendas denuo inquiri,& procedi poſſe, & debere etiam in omnibus, & per omnia perinde ac ſi prædictæ ſententiæ, decreta, & literæ Apoſtolicæ, ac etiam canonicæ purgationes in prædictorum reorum delatorum,& Inquiſitorum, etiam Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, Primatum, Cardinalium, Legatorum, Comitum, Baronum, Marchionũ, Ducum, Regum, &Imperatorum fauorem non emanaſſent,nouis pręſertim ſuperuenientibus indiciis eiuſdem,vel alterius ſpeciei hæreſis tempus præteritum etiam reſpicien. vel vbi appareret per aliqua indicia quod illicitis modis prius ipſe delatus, vel inquiſitus fuiſſet abſolutus, eadẽ Apoſtolica auctoritate volumus pariter,& mandamus:Concedentes eiſdem Cardinalibus Inquiſitoribus, & ſuper dicto ſacro ſanctiſſimæ Inquiſitionis officio nunc & pro tempore deputatis plenam, liberam, amplam, & omnimodam facultatem, poteſtatem & auctoritatem cauſas huiuſmodi etiam auctoritate œcumenici vniuerſalis Concilii Tridentini deciſas reuidendi, ac in ſtatu & terminis in quibus ante prædictas ſententias, & decreta, ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiebantur, reaſſumendi, fineque debito terminandi, prout in aliis cauſis pendentibus indeciſis per eoſdem Cardinales Inquiſitores iuxta eorum facultates fit, fierique poteſt, & conſueuit: Et inſuper veſtigiis fœlicis record. Pauli Papæ IIII. prædeceſſoris noſtri inhærendo, Cõſtitutionem alias contra hæreticos & ſchiſmaticos per eũdem Paulum prædeceſſorum, ſub data videlicet Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ

minicæ milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octauo, quintodecimo Cal. Martii, Pontificatus ſui anno quarto editam, tenore præſentium reuocamus, & etiam confirmamus, illamque inuiolabiliter, & ad vnguem obſeruari volumus, & mãdamus iuxta illius ſeriem atq; tenorẽ, Et ſic in omnibus & ſingulis ſupradictis cenſeri, ac ita per prædictos, & quoſcunq; iudices, &c. ſublata, &c. iudicari, &c. debere. Irritum, &c. perpetuo decernimus, & declaramus.

a *Pius V. hæreticæ prauitatis inquiſitor ſtrenuiſſimus.*

b *Simulata pietate veræ religionis cultus non vult tegi.*

c *cap. ad abolendam. & cap. vt officium. §. 1. de hæreticis in 6.*

d *Literæ Inquiſitorum abſolutoriæ & declaratoriæ in crimine hæreſis non tranſeunt in rem iudicatam.*

e *Abſolutio illicita via adepta irrita eſt & nullius ponderis.*

NOT.* *Coram locorum ordinariis & hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus.)* Ordinarius & Inquiſitor in ferenda ſententia & condemnatione contra hæreticum interuenire debet, ne irrita & infirma videatur ſententia gl. in Clem. 1. in verſic. contra eos. & no. in can. præceptis. 12. diſtinct. & l. 3. ff. de re iudicat. & l. nemo. ff. de regul. iuris. & cap. cum inferior. de maioritate & obedientia.

Tit. IIII.

De libris prohibitis.

Iulius III.

Hebræorum vtrumque Thalmud multis portentis, commentis, & blaſphemiis in Chriſtum & fidem Chriſtianam refertum damnatur.

CAP.

CAP. I.

IVLIVS Papa III. vniuerſis & ſingulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis aliis locorum ordinariis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm ſicut nuper non ſine animi noſtri moleſtia accepimus, licet alias venerabiles fratres noſtri ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales hæreticæ prauitatis in vniuerſa republica Chriſtiana Inquiſitores generales certum Hebraicorum librorum volumen * Gemaroth [a] Thalmud nuncupatum, nonnulla indigna & legem diuinam, orthodoxamque fidem offendentia continens, de mandato noſtro damnauerint, & igne comburi fecerint, nihilominus inter ipſos Hebræos adhuc eſſe dicantur diuerſi libri, diuerſas contra Chriſtum redemptorem noſtrum, eiuſque ſanctiſſimum nomen & honorem blaſphemias & ignominias continentes, Nos in præmiſſis opportunè prouidere volentes, vobis, & veſtrum cuilibet per præſentes committimus & mandamus, quatenus ſingulis vniuerſitatibus Hebræorum infra limites iuriſdictionis veſtræ conſiſtentibus ex parte noſtra intimetis & notificetis, quod elapſis quatuor menſibus à die intimationis, & notificationis huiuſmodi, omnes & ſinguli libri, in quibus nomen Ieſu Saluatoris noſtri, quod Ieſeui hanozri dicitur, cum blaſphemia, aut aliàs ignominioſè nominatur: tam in eorum Synagogis, & locis publicis, quàm priuatis domibus, & alias vbiq; locorũ diligentiſſimè exquirantur, & qui libros huiuſmodi penes ſe quoquo modo habere repti fuerint debitis pęnis, tam pecuniariis, & confiſcationis bonorum, quàm ſi eorum contumacia

aut

aut qualitas delicti id exegerit, corporis etiam vltimi ſupplicii, ac alias prout à fide Chriſti apoſtatantes puniuntur, irremiſſibiliter puniantur, & nihilominus eiſdem quatuor menſibus elapſis per vos, vel alium ſeu alios, quos ad hoc duxeritis deputandos, libros huiuſmodi cum omni quos diligentia inquiratis, & ſtudioſe inueſtigetis, inquirique & inueſtigari faciatis, & eos quos libros huiuſmodi penes ſe habere repereritis, pœnis quibus apoſtatantes præfati puniuntur, omninò & irremiſſibiliter puniatis: Non permittentes de cætero eoſdem Hebræos (qui in memoriam paſſionis Dominicæ à ſancta matre eccleſia tolerantur, vt aliquando manſuetudine noſtra allecti ad verum Chriſti lumen diuino afflante ſpiritu, conuertantur) à quibuſuis etiam Apoſtolica auctoritate fungentibus occaſione cuiuſuis ſortis librorum apud eos exiſtētium (dummodo blaſphemiam, vt præfertur, non contineant) niſi de noſtro expreſſo mandato, quomodolibet vexari aut moleſtari: Contradictores quoſlibet & rebelles, ac vobis in præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias arbitrio veſtro moderandas & applicandas, ac alia oportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Rom. 29. Maii. 1554.

[a] *Libros Thalmud vt omni contumeliæ & blaſphemiæ genere refertos in veritatem Chriſtianam damnauit Gregorius IX. & Innocētius IIII. & exuri mandarunt, propterea quod multis & horrendis hæreſibus ſcateret. Veruntamen hodie recogniti & expurgati Tridentini Concilij decreto tolerantur.*

NOT.

NOT. * *Ghemaroth Thalmud.)* Inter celebriora ſacræ ſcripturæ monimenta, Iudæi gloriantur ſuum habere Thalmud, id eſt, doctrinam per Antonomaſiam, quod Rabana & Rabſes legis Moſaicæ peritiſſimi cœtu in Babylone congregato compoſuerunt, combuſtis nouæ legis voluminibus. Sed ex ſcriptis Rabi Moſis in præfatione Maiemonim duplex conſtat fuiſſe Thalmud certis temporibus & argumentis diſtinctum, primum Babylonicum, alterum Hierololymitanum, quod ad prioris imitationem Iudæi quos Zorobabel, Ezras, & Nehemias reduxerant pluribus Gymnaſiis inſtitutis, altero quatuor partibus minus tandem euulgarunt per Iohanan centum annis antequam R. Aſe vulgaret Babylonicum, cuius contextus beneficio R. Akibæ extabat ſub Antoninis, multarum rerum cognitione plenus.

Idem.

Inquiſitoribus exceptis, omnibus prohibetur hæreticorum librorum lectio.

Cap. II.

CVm meditatio cordis noſtri ad id potiſſimum tendat, vt fides catholica vbique augeatur, & floreat: ad ea libenter intendimus, per quæ omnis ab ea declinandi occaſio tollantur. Sanè cum ſicut nobis nuper innotuit ex facultatibus, quæ aliquibus vt libros hæreticos, [a] aut de fide ſuſpectos, etiam ad effectum eorundem librorum errores repellendi tenere, & legere poſſent aliquando conceſſę fuerunt, non ii qui ſperabantur fructus hactenus prouenerint, quinimmo diuerſa incōuenientia ſubſecuta ſunt: Nos præmiſſis occurrere, & Chriſtifidelium animarum ſaluti cōſulere cupientes, motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiā, ſed de noſtris certa ſcien-

tia,& matura deliberatione,oēs & ſingulas facultates, * & licentias legendi, & tenēdi libros Lutheranos,aut alios hęreticos,ſeu de fide ſuſpectos,quibuſuis perſonis cuiuſcunq; ſtatus, gradus,ordinis,vel conditionis exiſtentib.ēt ſi Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, aut alia maiori dignitate eccleſiaſtica, ſeu præeminentia ꝓfulgeant (Inquiſitoribus , ſeu commiſſariis ſuper hæretica prauitate ab Apoſtolica ſede pro tempore deputatis, durante ipſa deputatione duntaxat exceptis) à quibuſuis prædeceſſoribus noſtris , ac nobis,& dicta ſede Apoſtolica , ſeu eius legatis , etiam de latere , aut maiori pœnitentiario noſtro , vel quibuſuis aliis , ſub quibuſcunque verborum formis & expreſſionibus,ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis irritantibuſque,& aliis decretis quomodolibet etiam , motu , & ſcientia ſimilibus hactenus conceſſas , Apoſtolica auctoritate tenore præſentium reuocamus, irritamus, & annullamus, & pro reuocatis, irritis, & penitus infectis,quo ad oīa habemus,& ab aliis haberi volumus : Diſtrictius inhibentes perſonis ꝑfatis ſub ſententiis, cenſuris,& pœnis contra ſimiles libros tenentes aut legentes , tam à ſacris canonibus, quàm à nobis,& ſede Apoſtolica hactenus inflictis , & promulgatis , ne de cætero facultatibus , & licentiis prædictis vti,aut earum prætextu,ſeu aliàs quomodolibet libros prædictos, aut quoſcunque alios hactenus reprobatos , aut in futurum reprobandos tenere, aut legere præſumant : Et inſuper omnes,& ſingulos librorum impreſſores , & bibliothecarios , [b] ac libros quomodolibet vendentes,& quaſcunque alias perſonas,libros Lutheranos,aut alios hęreticos,ſeu Lutheranā, aut aliam falſam doctrinam in ſe continentes, vel à nobis , & dicta ſede quomodolibet, reprobatos,

ex

ex quauis cauſa etiam ex noſtra, & dictæ ſedis ſpeciali licentia ſeu permiſſione penes ſe habentes, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis, aut præeminentiæ exiſtant, etiam ſi, vt præfertur, Pontificali, aut alia quacunq; etiam maiori eccleſiaſtica, vel mundana dignitate præfulgeant (dictis inquiſitionibus, & commiſſariis, vt præfertur, exceptis) dicta Apoſtolica auctoritate, & earundem tenore præſentium requirimus, & monemus, ac eis, & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub incurſu hæreſis, ac omnibus contra hæreticos de iure inflictis, & promulgatis tam eccleſiaſticis quam temporalibus ſententiis, cenſuris, & pœnis diſtrictæ præcipiendo mandamus, quatenus infra ſpatium ſexaginta dierum à die publicationis p̄ſentium, modo & forma infraſcriptis faciendæ computandorum, quorum viginti pro primo, & alios viginti pro ſecundo, ac reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica eis, & eorum cuilibet in iis ſcriptis aſſignamus; omnes & ſingulos libros Lutheranos, aut alios hæreticos, ſeu Lutheranam aut aliam falſam doctrinam in ſe continentes, vel à nobis, & dicta ſede quomodolibet reprobatos penes ſe eos ex quauis cauſa, etiam mercaturæ, & ex noſtra ac eiuſdem ſedis permiſſione ac licentia ẽt ſpeciali, vt præfertur, exiſtentes, Inquiſitoribus hæreticę prauitatis in ciuitatibus, in quibus libri huiuſmodi exiſtunt, conſignaſſe debeant realiter, & cum effectu. Rom. 3. Cal. Maii. 1550.

[a] *Damnatis authoribus damnantur & eorum libri quibus in vulgus ſua ſomnia & commenta ſpargunt, ideo interdicitur librorum hæreticorum lectio omnibus, ijs duntaxat exceptis, qui eorum ſcripta legunt, vt facilius impoſturas detegant.*

Alphonſus de Caſtro lib. 2. cap. 6. de iuſta hæreticorum punitione.

c *Bibliopolarum officinæ à virulentiſſimis illis libris hæreticorum expurgandæ.*

N O T. * *Licentias legendi & tenendi libros hæreticorum.)* Qui bona mente non curioſo rerum nouarum ſtudio librorum hæreticorum lectioni ſe vouet vt eius opera & argumentis conuellantur inſana eorum deliria, ſimilis eſſe videtur Phineæ, qui non meretricia libidine ſuccenſus intrauit lupanar vt ſcortatorem Iſraelitam interficeret. Etſi contagies quædam irrepat in ſcriptis hæreticorum, fructuoſa tamen eſt lectio eorum his qui poſſunt diſcernere inter lepram & lepram. Quamobrem Concilium Carthaginenſe quartum Epiſcopis eccleſiæ facultatem conceſſit legendi libros hæreticorum. Nam cap. 16. ſuorum decretorum ſic ſtatuit: Epiſcopus gentilium libros non legat, hæreticorum autem pro neceſſitate & tempore. Hæc ibi. Euſebius Cæſarienſis de Dionyſio Alexandrino diſſerens lib. tertio de Baptiſmate eiuſdem verba retulit qua fatetur ſe librorum hæreticorum recognitionem inuigilaſſe. Ego (inquit Dionyſius) & tractatus hæreticorum lego, & traditiones eorum perſcrutor, etiamſi videar ad horam verbis illorum polllui. Sed multum mihi confert hoc ipſum, quod ex ipſorum verbis arguere eos poſſum. Denique cum aliquis ex fratribus & compresbyteris prohiberet ne hæretica lectione tanquam cœni alicuius fœtore pollueret, viſio mihi quædam à Deo oſtenditur, quæ me confirmaret, & ſermo ad me factus eſt, hæc mihi euidenter proloquens: Lege omnia quæcunque in manus tuas venerint, quia probare ſingula quæque, & diſcernere potes: quandoquidem ex initio hæc tibi cauſa fuit credendi. Amplexus ſum viſionem, quia & Apoſtolicæ ſententiæ concordabat, dicenti: Omnia probate quod bonum eſt tenete. Hæc Dionyſius.

✣

Leo X. in Concilio Lateranenſi.

Libri typis non cudantur niſi eorum editioni ſuffragetur ordinarij auctoritas & approbatio.

Cap. III.

INTER ſollicitudines noſtris humeris incumbentes, perpeti cura reuoluimus, vt errantes, in viam veritatis reducere, ipſoſque lucrifacere Deo (ſua nobis cooperante gratia) valeamus: hoc eſt quod profectò deſideranter exquirimus, ad id noſtræ mentis ſedulo deſtinamus affectum, ac circa illud ſtudioſa diligentia vigilamus. Sanè licet literarum peritia per librorum lectionem poſſit faciliter obtineri, ac ars imprimendi libros, temporibus [a] potiſſimum noſtris, diuino fauente numine, inuenta ſeu aucta & perpolita, plurima mortalibus attulerit commoda, cum parua impenſa, copia librorum maxima habeatur, quibus ingenia ad literarum ſtudia percommodè exerceri, & viri eruditi in omni linguarum genere, præſertim autem catholici, quibus ſanctam Romanam eccleſiam abundare affectamus, facilè euadere poſſunt, qui etiam infideles ſciant, & valeant ſacris inſtitutis inſtruere, fideliumque collegio, per doctrinam Chriſtianæ fidei ſalubriter aggregare: Quia tamen multorum querela noſtrum, & ſedis Apoſtolicæ pulſauit auditum, quod nonnulli huins artis imprimendi magiſtri, in diuerſis mundi partibus, libros, tam Græcæ, Hebraicæ, Arabicæ & Caldeæ linguarum in Latinum tranſlatos, quàm

alios, Latino, ac vulgari ſermone editos, errores etiam in fide, ac pernitioſa dogmata etiam religioni Chriſtianæ contraria, aut contra formam perſonarum, etiam dignitate fulgentium continentes, imprimere, ac publice vendere præſumunt, ex quorum lectura non ſolum legentes non ædificantur, ſed in maximos potius tam in fide, quàm in vita, & moribus prolabuntur errores, vnde varia ſæpe ſcandala (prout experientia rerum magiſtra docuit) exorta fuerunt, & maiora indies exoriri formidantur. Nos itaque ne id quod ad Dei gloriam, & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem, ſalubriter eſt inuentum, in contrarium conuertatur, ac Chriſtifidelium ſaluti detrimentum pariat, ſuper librorum impreſſione curam noſtram habendam fore duximus, ne de cætero cum bonis ſeminibus ſpinæ coaleſcant, vel medicinis venena intermiſceantur: Volentes igitur de opportuno ſuper his remedio prouidere, hoc ſacro approbante Concilio, vt negotium impreſſionis librorum huiuſmodi, eo proſperetur fœlicius, quo deinceps indago ſolertior diligentius & cautius adhibeatur: Statuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris tẽporibus, nullus librum aliquem, ſeu aliam quãcunq; ſcripturam tam in vrbe noſtra, quàm aliis quibuſuis ciuitatibus & diœceſibus, imprimere, ſeu imprimi facere præſumat, niſi prius in vrbe per Vicarium noſtrum, & ſacri Palatii magiſtrum: in aliis verò ciuitatibus, & diœceſibus, per Epiſcopum, [b] vel alium habentem peritiam ſcientiæ, libri ſeu ſcripturæ huiuſmodi imprimendę ab eodem Epiſcopo ad id deputandum, ac Inquiſitorem hæreticæ prauitatis ciuitatis ſiue diœceſis, in quibus librorum impreſſio huiuſmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manus

pro-

propriæ ſubſcriptionem, ſub excommunicationis ſententia, gratis & ſine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem ſecus præſumpſerit, vltra librorum impreſſorum amiſſionem, & illorum publicam combuſtionem, ac 100. ducatorũ fabricæ baſilicæ principis Apoſt. de vrbe, ſine ſpe remiſſionis ſuſpenſionem, excommunicationis ſentẽtia innodatus exiſtat, ac demum ingraueſcente contumacia, taliter per Epiſcopum ſuum, vel Vicarium noſtrum reſpectiuè, per omnia iuris remedia caſtigetur, quod alii eius exemplo ſimilia minimè attentare præſumant. Rom. 4. Martii. 1515.

[a] *Typographiæ ars primum apud Germanos inuenta & exculta eſt, ſummoq; pretio haberi cœpit anno 1440. vel, vt alij volunt 1452. induſtria Ioannis Guttenbergij, & Petri Schefferi.*

[b] *Concilij Tridentini decretum adſtipulatur huic Lateranenſi, iubet enim ne quis imprimat aut imprimi faciat libros quoſcunque abſque licentia & examine ordinarij.*

Pius Quartus.

Reuocantur licẽtiæ omnes hactenus præterquam Inquiſitoribus fidei, libros ſuſpectæ fidei legendi aut venales proponendi conceſſæ.

Cap. IIII.

QVIA in futurorum euentibus adeo humani fallitur incertitudo iudicii, vt quod veriſimili cõiectura vtile videbatur, progreſſu tẽporis damnoſum appareat: nonnunquam Romanus Pontifex, quod conſulte ſtatutum eſſe videbatur, conſultius reuocat, prout temporis, & perſonarum

 quali-

qualitate penſata in Domino conſpicit ſalubriter expedire;Innotuit ſiquidem nobis quod diuerſi tam clerici ſeculares, & diuerſorum ordinum regulares, quã laici, qui ſe Lutheranis, & aliis huius ſeculi hæreticis reſiſtere, & eorum errores, ac falſas opiniones confutare poſſe præſumebant, & ad hoc ipſorum hæreticorum libros legendi facultatẽ ſibi à ſede Apoſt. concedi extorſerant, ſe lectioni librorum huiuſmodi ita dediderunt, vt propriæ innitentes prudẽtiæ, & à recta Dñi via aberrantes, ipſorum hæreticorum fallaciis, & ſuperſtitioſis, ac falſis adinuentionibus irretiti remãſerint, & q̃ alios ab erroribus reuocare temerè arbitrabãtur, * ipſi in puteum interitus [a] prolapſi ſint. Nos conſiderantes, q̃ ſpiritus vbi vult ſpirat, & q̃ ſine eius numine nullum bonũ prouenit, ꝓpterea ſatius eſſe cum ſimplicitate cordis ad eum recurrere, & cum eius adiutorio orthodoxam fidem in catholicis & à ſancta Romana eccleſia approbatis libris exquirere, quam falſitates hæreticorum per lectionem eorum librorum detegere velle; volentes p̃miſſis inconuenientibus, quãtum cum Deo poſſumus, occurrere, & ne ſimilia de cætero contingant, opportune prouidere, omnes & ſingulas licentias, & facultates legendi libros hæreticorum, ſeu de hæreſi ſuſpecto, aut à nobis, ſeu generalibus hæreticæ prauitatis in ſingulis prouinciis, aut Regnis deputatis Inquiſitoribus damnatos & reprobatos quibuſcunque tam clericis ſecularibus, vel, vt præfertur, regularibus, quam laicis cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtãt, etiam ſi Abbatiali, Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, primitiali, aut alia maiori eccleſiaſtica dignitate, ſeu etiam Cardinalatus honore, vel mundana etiam Marchionali, Ducali, Regia, vel Imperiali aucto-

auctoritate,ſeu excellentiæ præfulgeant (generalibus Inquiſitoribus præfatis duntaxat exceptis) per quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos etiam viuæ vocis oraculo,& ſedem prædictam,ſeu eius pœnitentiarium maiorem, vel quoſuis ordinarios,aut diœceſanos,ſeu alios,etiam per literas Apoſt. in forma breuis, ſeu ſub plumbo expeditas, ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus,& inſolitis clauſulis,necnon irritantibus,& aliis decretis, ac ex quibuſcunque cauſis, ſeu prætextibus, etiam motu proprio, & ex certa ſciētia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine,& alias quomodolibet cōceſſas,Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium reuocamus,caſſamus, irritamus & annullamus, ac viribus penitus euacuamus,& pro reuocatis,caſſis,irritis, & nullis haberi, eaſque nemini ſuffragari poſſe, aut debere decernimus,omnibus &ſingulis clericis,& laicis etiam, vt præfertur, qualificatis, non tamen generalibus inquiſitoribus præfatis, aut quibus hoc per nos ſpecialiter iniunctū fuerit, S.R.E. Cardinalibus, in virtute ſanctæ obedientię,& ſub excommunicationis latæ ſententiæ, aliiſque ſententiis, cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, & etiam temporalibus in legentes libros huiuſmodi hactenus latis & promulgatis, à quibus non niſi à nobis, aut pro tempore exiſtēte Romano Pontifice, ſeu ſingulis Inquiſitoribus prædictis, præterquam in mortis articulo abſolui poſſint, diſtrictius inhibentes, ne libros huiuſmodi ex quauis cauſa, vel prætextu, publicè vel occultè, quouis ingenio vel colore [c] legere,aut apud ſe tenere,ſeu imprimere, vel venales habere pſumant:ac mādantes eiſdē ſub cēſuris & pœnis pdictis, vt infra terminum eis à ſingulis

Inquiſitoribus huiuſmodi per eorum publicum edictum locis affigendum publicis ſtatuendum libros ipſos officio inquiſitionis hæreticæ prauitatis huiuſmodi omnino conſignent; Et qui de eiſdem libris notitiam aliquam habuerint, ſeu perſonas ipſos libros legentes, aut apud ſe tenentes, vel impriměts, aůt venales habentes ſciuerint, id quod ſciuerint, ac nomina & cognomina libros ipſos legentium, aut apud ſe tenentium, vel imprimentium, aut venales habentium, & qualitatem eorundem librorum prædicto officio omnino reuelent, & notificent. Romæ 21. Decemb. 1558.

[a] *Librorum hæreticorum pruritu qui auidius titillantur, facilè eorum contagione vitioſi & inſani euadunt, nam qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, Eccleſ. 13.*

[b] *Arceantur omnes demptis Inquiſitoribus generalibus à lectione ſcripturarum hæreticorum, aut malè de fide orthodoxa ſentientium.*

[c] *Reuocantur facultates conceſſæ, quacunque cauſa & colore legendi libros hæreticorum.*

NOT. * *In puteum interitus.*) Periculoſa eſt cum hæreticis conuerſatio, ſed longè periculoſior librorum hæreticorum lectio quibus facillimè dulci verborum lenocinio rapiuntur & incantantur incauti, & nouarum rerum exiſtimatores, iis enim ſine magno negotio facilè perſuadetur erroris noui fallacia qui propriæ prudentiæ innixi modò hac modò illac feruntur, taleſque ſæpe euadunt quales ſunt libri quos legunt. Hac potiſſimum ratione Æneas Syluius lib. de origine Bohemorum, cap. 35. putat Iohannem Huſs à fide catholica defeciſſe, quod euulgatis per Bohemiam libris Iohannis Vviclef Angliæ monſtri, propenſior fuerit ad eorum amplectenda dogmata noua tamen & iamdudum priſcis patribus damnata, quibus & ſibi interitum, & perpetuum hæreſiarchæ nomen pertinax exuſtus in Concilio Conſtantienſi conſequutus eſt. Ruſus eiuſdē ſcriptis effaſcinatus eſt Martinus Lutherus, & Lutheranis ſomniis magna pars Germaniæ iampridem inſaniuit. Exoſum ſemper

non modo noſtris Pontificibus verumetiam & Imperatoribus hoc prophanum & inutile librorum hæreticorum ſtudium, qui damnatis hæreſeos authoribus eorum quoque ſcripta igne perimi cenſuerunt. Hinc Victor Conſtantinis hoc poſteris mandatum reliquit. Si qua cõſcriptio (inquit) ab Arrio facta reperitur, igni tradatur, vt non ſolũ praua eius doctrina depereat, ſed neq; vlla eius poſſint remanere commenta. Hoc etiam pręcipio ſi quis conſcriptiones Arrii celaſſe comperitur & non reperta proferens igne conſumpſerit mortis ſupplicio ſubiacebit. Mox enim vt in hoc fuerit captus, capitalem incipiat vltionem. Pari iure & Valentinianus & Martianus in Eutychetis, & Apollinaris libros & ſectatores ſua edidere reſcripta. Sic & Theodoſius, vt habetur lib. 1. C. de hæreticis. libros Neſtoris aduerſus venerabilem orthodoxorum ſectam decretaq; ſanctiſſimi cœtus Antiſtitum Epheſi habiti ſcriptos publicè comburi, ne legerentur, iuſſit.

Pius Quartus, ex Concilio Tridentino.

Libri hæreticorum peſtilentes & contagioſi ſunt non ſolum ſimplicibus, verumetiam bonis & doctis, nec vlla eſt via qua magis poſſit occurri hæreſibus ne in populo oriantur, & ne exortæ vltra graſſentur, quam ſi tales libri ex quibus hæreſis venenum facile incautus quis bibere poteſt, prohibeantur.

Cap. V.

DOMINICI gregis cuſtodiæ Domino diſponente præpoſiti, vigilis more paſtoris non deſiſtimus ipſi gregi ab imminentibus periculis, quanta maxima poſſumus cura, & diligentia præca-

præcauere, ne propter negligentiam noſtram pereant oues, quæ precioſiſſimo Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanguine ſunt redemptæ. Et ſi autem quæ ad fidei veritatem patefaciendam, & ad horum temporum hæreſes confutandas pertinebant, in œcumenico & generali Concilio Tridentino, ſancti ſpiritus aſſiſtente gratia, nuper adeo enucleata ac definita fuerunt, vt facile iam ſit vnicuique ſanam catholicamq; doctrinã à falſa adulterinaq; internoſcere: tamẽ cum librorum [a] ab hæreticis editorum lectio non modo ſimpliciores * homines corrumpere ſoleat, verum ſæpe etiam doctos eruditoſq; in varios errores, & à veritate fidei catholicæ alienas opiniones inducere: huic quoq; rei eſſe duximus prouidendum. Cum aũt aptiſſimum ei malo remedium eſſe ſciremus, ſi componeretur atq; ederetur index ſiue catalogus librorũ, qui vel hæretici ſint, vel de hæretica prauitate ſuſpecti, vel certe moribus, & pietati noceant, id negotium ad ſacram Tridentinam [b] Synodum reieceramus. Ea verò ex tanta Epiſcoporum & aliorum doctiſſimorum virorum copia delegit ad eum conficiendum indicem multos cum doctrina, tum iudicio inſignes Prælatos ex omnibus ferè nationibus. Qui quidem nõ ſine maximo labore, plurimiſq; vigiliis, eum Indicem tãdem, Deo iuuante, perfecerunt, adhibiti etiam in conſiliũ lectiſſimis quibuſdam Theologis. Peracto autem Cõcilio, cum ex ipſius Synodi decreto is Index nobis oblatus fuiſſet: vt ne ante ederetur, quàm à nobis approbatus fuiſſet: Nos doctiſſimis quibuſdam probatiſſimiſque Prælatis cum accuratiſſimè legendum, examinandumque tradidimus, & ipſi etiam legimus. Cum igitur cum magno ſtudio, acri iudicio, diuturna cura confectum, & præterea commodiſſimè digeſtum

eſſe

eſſe cognouerimus: Nos ſaluti animarum conſulere, eamq; ob cauſam prouidere cupientes, ne libri, & ſcripta cuiuſcunq; generis quæ in eo improbātur, ſiue vt hæretica, ſiue vt de hæretica prauitate ſuſpecta, ſiue vt pietati, ac morum honeſtati inutilia, aut aliqua correctione ſaltem indigētia, poſthac à Chriſtifidelibus legantur, ipſum Indicem, vna cum regulis ei præpoſitis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, approbamus, imprimiq; ac diuulgari, & ab omnibus vniuerſitatibus catholicis, ac quibuſcunq; aliis vbique ſuſcipi, eaſq; regulas obſeruari mandamus atq; decernimus. Inhibentes omnibus & ſingulis tam eccleſiaſticis pſonis ſecularibus & regularibus, cuiuſcunq; gradus, ordinis & dignitatis ſint, quam laicis quocunq; honore, ac dignitate præditis, ne quis cōtra earum regularum præſcriptum, aut ipſius prohibitionem Indicis libros vllos legere, habereue audeat. Si quis autem aduerſus eas regulas, prohibitionemque fecerit: is quidem, qui hæreticorum [c] libros, vel cuiuſuis auctoris ſcripta ꝓpter hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem damnata atque prohibita legerit, habueritue, ipſo iure in excommunicationis pœnam incidat: eamq; ob cauſam in eum tanquam de hæreſi ſuſpectum inquiri, & procedi liceat, præter alias pœnas ſuper hòc ab Apoſtolica ſede, ſacriſque canonibus conſtitutas. Qui autem libros alia de cauſa prohibitos legerit, habueritue, præter peccati mortalis reatum, Epiſcoporum arbitrio ſeuere ſe nouerit puniendum. Romæ 24. Martii. 1564.

[a] *Libri hæreticorū doctis æquè ac ignaris noxij & exitiales.*

[b] *Concil. Trid. ſeſſ. 18. numerū ampliſſimū pernicioſorū librorū impuræ & hæreticæ doctrinæ cēſura Patrū recognoſcendū cēſuit vt zizania à Chriſtianæ veritatis tritico ſepararetur.*

[c] *Excom-*

c *Excommunicatur qui libros hæreſis, aut falſi cuiuſcunque dogmatis legerit.*

NOT. * *Simpliciores homines.)* Credulos homines & fatuas mulierculas ſeduxerunt leuiſſimo negotio noſtræ tẽpeſtatis hæretici, & in capiendis peritioribus nullũ aliud excogitarunt impoſturæ genus quàm ſi verborum inſigni apparatu eos allicerẽt, & demulcerẽt ſub nomine ſacræ ſcripturæ, & diuini eloquii. Beatus Clemens lib. 6. cap. 16. de conſtit. Apoſtol. refert Simonẽ & Cleobium peſtilentes & nephandos libros ſcripſiſſe ſub nomine Chriſti & Apoſtolorum in fraudem Chriſtianorum. Antiquum enim fuit hæreticis παϱοινίας καὶ παϱεξηγήσεις delitas & prauas interpretationes in ſacram ſcripturam euomere, vt loquitur Leontius Monachus. Multos quoque Priſcilianorum corruptiſſimos codices qui canonici titulati erant, ſe inueniſſe ſcribit Leo magnus Epiſt. ad Turibium cap. 15. Non poſſent ſiquidem tantam ſimplicium venari multitudinem hæretici niſi toxicatas dapes dulci melle prælinirent.

Gregorius XIII.

Librorum prohibitorum lectio neque ipſis ſacræ Theologiæ profeſſoribus ad conuincendos errores, neque alijs quibuſcunque demptis Inquiſitoribus conceditur.

Cap. VI.

CVm pro munere, quod ſuſtinemus, id præcipue nobis præpoſitum habeamus, & omni ſtudio, diligentiaque curemus, vt omnes Chriſtifideles tam grauibus calamitoſiſque temporibus in recta & catholica fide contineamus id agere & prouidere neceſſe eſt, vt omnem omnibus aberrandi ab * ea occaſionem a ſubtrahamus. Nemini autem

autem mirum videri debet, ſi Romanus Pontifex nõnunquam facultates aliquas quas ipſe, vel prędeceſſores eius probabili adducti ratione conceſſerint poſtea reuocet, cum ipſo rerum vſu edoctus animaduerterit, eas iuſtiore de cauſa eſſe reuocandas. Ad notitiam noſtram peruenit ex data nonnullis licentia habẽdi, & legendi libros hæreticos aut de hæreſi ſuſpectos, ad hæreſes, & errores qui in eis libris continebantur, refellendos: non raro euenire ſolere, vt illis ipſis eorum librorum lectio noceat, quibus ob eam cauſam conceſſum fuerit, vt aliis prodeſſe poſſent, vt illis ipſis hæreſibus, & erroribus propter humanæ mentis imbecillitatem eos implicans, a quibus ſe alios reuocaturos eſſe confiſi fuerant. Huic rei prouidere, & animarum periculo, quantum fieri poteſt, pro paſtorali ſolicitudine occurrere cupientes, cogitanteſque nobiſcum, nuper in ſacro generali Concilio hæreſes horum temporum ita confutatas, atque damnatas fuiſſe: vt tantæ Synodi [b] auctoritas, cuius decreta huius ſanctæ ſedis auctoritate cum deliberatione matura confirmata, & comprobata ſunt, ad vitandos errores, & catholicæ fidei veritatem agnoſcendam ſufficere omnibus debeat, nec vllius præterea confutatio requirenda ſit prædeceſſorum noſtrorum præſertim fœlicis recordat. Iulii tertii, & Pauli quarti veſtigiis inſiſtentes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac deliberatione matura omnes & ſingulas facultates habendi, & legendi libros Lutheranos, aut aliorum hæreticorum, ſeu de hæreſi ſuſpectos omnibus tam clericis ſecularibus, aut regularibus, quam laicis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis ſint, etiam ſi Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, aut alia maiori eccleſiaſtica, ſeu ſeculari dignitate præful-

præfulgeant, Inquiſitoribus, & commiſſariis hæreticę prauitatis à ſede Apoſtolica deputatis, quoad eo officio fungentur, [c] exceptis) à nobis aut quocunq; prædeceſſorum noſtrorum ſeu Apoſtolicæ ſedis legatis, maioriue pœnitentiario vel quibuſcunque aliis quibuſcunque verborum formis & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis decretis quomodolibet etiam motu, & ſcientia ſimili ad hoc tempus conceſſa, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reuocamus, & pro reuocatis & irritis, perinde ac ſi nunquam conceſſæ fuiſſent, habemus, & haberi volumus. Inhibentes omnibus ſub cenſuris, ſententiis & pœnis, tam à ſacris canonibus, quàm à ſede Apoſtolica ad hoc tempus conſtitutis in eos, qui huiuſmodi libros legant aut habeant, ne quis corũ poſthac eis facultatibus, vti neue vllos omninò libros huiuſmodi improbatos & prohibitos, aut quos in poſterum à ſede Apoſtolica, Inquiſitoribuſue hæreticę prauitatis, aut locorũ ordinariis improbari, prohiberiq; cõtigerit, legere, habereue quacunq; de cauſa audeat. Impreſſores aũt & Bibliopolas, & alios, quicunq; eiuſmodi libros, habent, habuerintue (Inquiſitoribus, & commiſſariis iiſdem duntaxat exceptis) monemus, & cuilibet eorũ in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna incurſus criminis hæreſis, & aliis contra hæreticos à iure inflictis, & irrogatis tam eccleſiaſticis quam tẽporalibus ſentẽtiis, cẽſuris, & pœnis p̃cipimus, ac mãdamus, vt eos libros intra 60. dies à die quo hæ literæ publicatæ fuerint numerãdos, quorũ 20. pro primo, alios 20. pro ſecundo, reliquos 20. pro tertio, ac pemptorio termino, & monitione canonica eis aſſignam⁹, Inquiſitoribus hęreticę prauitatis in ciuitatibus, in q̃bus ii libri ſint tradant, atq; conſignent.

[a] Sub-

[a] *Subtrahenda eſt omnis hæreſeos occaſio quæ potiſſimum fouetur hæreticorum librorum lectione, velut ignis oleo.*

[b] *Quæ ſunt in Concilijs œcumenicis reſoluta & decreta non debent humana opinione impugnari.*

[c] *Inquiſitores poſſunt legere libros hæreticorum, vt facilius de eorum erroribus & prauis doctrinis iudicent. Magna eſt enim pietas prodere latebras impiorum & ipſum in eis cui ſeruiunt diabolum debellare.*

NOT. * *Aberrandi ab ea occaſionem ſubtrahamus.*) Recte hæc addidit Pontifex ad ſuæ mentis declarationem. Animarum ſiquidem excidii coniuratiſſimi ſunt qui libros intoxicatos dæmonis pernicie legere permittunt ſiue ſimplicibus ſiue doctis, vtroſque enim fallax impoſtor deludere poteſt. Nam vt præclarè à Symmaco Papa dictum eſt, Non eſt grandis differentia an lethum inferas vel admittas. Mortem enim languentibus videtur infligere qui hanc cum poſſit non excludit. Eiuſdem fuit ſententiæ Innocentius primus, vt habetur apud Gratianum c. error. 83. diſt. Negligere, inquit, cum poſſit perturbare peruerſos, nihil aliud quàm fouere, nec carere ſcrupulo occultæ ſocietatis qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Faciẽtis quippe culpam habet qui quod poteſt negligit emendare. Occurrit ergo propenſiori curioſorum hominum affectui in librorum hæreticorum lectionem, quam omnibus modis prohibet & vetat hæc conſtitutio iuxta Concilii Tridentini decreta.

TIT. V.

De libellis famoſis.

Pius Quintus.

Librorum famoſorum authores virulentiſſimis iniurÿs alienæ famæ clam detrahentes, & qui eos publicauerint, doloue malo retinuerint, pœnis iure conſtitutis ſubiiciantur.

Mm CAP.

CAP. I.

ROMANI Pontificis prouidentia circumſpecta ad ea ſolicitudinis ſuæ partes potiſſimum conuertit, per quæ inter ſingulos gregis eiuſdem fideles, præſertim verò nobis, & Romanæ eccleſiæ ſubditos pax, & concordia confoueantur, ſeditiones euitantur, ſcandalis obuiatur, & animarum ſalus procuratur. Cum itaque iracundia [a] ſit perturbatio immanis, affectione dura, violenta potentia, cædium cauſa, calamitatis ſocia, iacturam concilians & dedecus, pecuniarum pernicies, atque perditionis origo, eaque potiſſimum ex iniuriis verbo, vel ſcriptis, vel facto illatis naſcatur: Nos qui non ſine maxima mentis noſtræ perturbatione ſæpenumero accepimus, quod licet tam ꝑ ſacras leges, quàm canonicas ſanctiones, ſub certis etiã grauiſſimis pœnis prohibitum fuerit, ne quis famoſum libellum cõponere audeat, & repertum ſiue domi, ſiue in publico, vel in quocunque loco, aut corrumpere, vel igne conſumere teneatur prius, quàm aliter inueniat, & nulli fateatur inuentum, & qui ſecus fecerit quaſi auctor huiuſmodi delicti eiſdem pœnis ſubiaceat: nihilominus conſiderando, quod indies creſcente malitia, quàm plures iniquitatis filii, perditionis alumni, pœnas prædictas paruipendentes eaſque variis fraudibus euitare ſatagentes, auſu temerario non erubeſcunt variis modis nonnullos Principes & Prælatos, nobiles, publicas & priuatas perſonas variis iniuriis, & conuitiis afficere, eorumque famæ, & honori detrahere, ſub quodam ficto colore quarundam literarum [b] * incerto auctore ſcriptarum, nedum ab vrbe noſtra, ſed etiam ex diuerſis prouinciis, in quibus nedum ea quæ in vnaquæque regione ſucceſſe-

ceſſerunt narrantur, ſed ea etiam quæ in futurum quodam eorum temerario iudicio fore opinantur, adeo vt plerunque odia, inimicitiæ, ſeditiones, rixæ, & homicidia permulta oriantur, in diuinæ maieſtatis offenſam, animarum periculum, perniciofum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum. Volentes præmiſſis quantum poſſumus obuiare, conſiderantes attentius quod plures pœnarum grauitas quàm Dei timor arcere ſolet à voluntate delinquendi, & propterea tanto periculo occurrere volentes, ac tam nefarios præſumptores & facinoroſos homines atrocibus pœnis torpeſcere, vt metus pœnæ meta huiuſmodi præſumptionis exiſtat: huius perpetuæ, & irrefragabilis conſtitutionis edicto pœnas omnes tam temporales, quàm eccleſiaſticas in talia præſumentes per ſacras leges, & canonicas ſanctiones latas, & promulgatas auctoritate Apoſtolica approbantes & innouantes, ac ad omnes, & ſingulos prædictos, qui forſan ſub illis comprehenſi non eſſent, extendentes & ampliantes, ſtatuimus & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus nemo cuiuſuis qualitatis, dignitatis ẽt eccleſiaſticæ, ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerit, audeat nec præſumat libellos famoſos, nec literas monitorias, vulgo appellatas, Lettere d' Auiſi, continentes conuitia, iniurias vel famæ & honoris alicuius læſionem, nec aliquam ſcripturam in qua de futuris ſucceſſibus diſſeratur, vel eaque coram nobis, vel aliis ad vniuerſalis eccleſiæ ſtatus regimen deputatis ſecreto tractantur, reuelentur, componere, dictare, ſcribere, exemplaria retinere, nec aliquẽ trãſmittere, etiam ſi aliunde ab aliis prouinciis, ciuitatibus, terris, & locis, ad eorum manus peruenerint, ſed

ſtatim quod aliqui ſimiles libelli, literæ, ſiue ſcripturæ, alicui delatæ fuerint, ſtatim quod illos, ſeu illas habuerit, antequam vim earum manifeſtauerit, corrumpere, [c] ſeu igni tradere, vel dilecto filio noſtro Cardinali Ruſticucio conſignare teneatur, ſub pœnis prędictis quas hic pro expreſſis haberi volumus, ac aliis etiam grauioribus, etiam vltimi ſupplicii, & confiſcationis bonorum, ſecundum qualitatem facti, & perſonarum, arbitrio noſtro irremiſſibiliter infligendis, q̄bus pœnis ēt eos ligare volumus, qui in huiuſmodi libellis, literis, ſeu ſcripturis de aliquo oblocuti fuerint, alicuiuſq; famæ & honori, vera ēt exprimendo, detraxerint, ac ea quæ coram nobis, vel aliis vt ſupra ſecretò tractantur, reuelauerint: ex hoc equidem animus deprehenditur prauus iniuriandi, & nocendi, atque ideo eos eadem pœna teneri conuenit.

a *Vide Gregorium in regiſt. in moral. lib.*

b *Damnat libellos famoſos conſcriptos incerto authore, nam infeſtiores ſunt inſidiæ cum occultis detractoribus quando ignoramus cum quibus nobis res ſit. Nam accuſatio & vituperatio legitima non eſt quæ ſuum auctorem non prodit.*

c *Pœnas eorum qui libellos famoſos inuentos non lacerant habes apud Menochium de arbitr. iud. copioſe lib. 2. centur. 3. caſ. 263.*

NOT. * *Incerto auctore.*) Famoſos libellos appellamus qui ſine auctore in alicuius contumeliam ſcripti ſunt *ἀνονύμον καὶ ἀδέσποτον* vt loquitur Hieronymus ad Euagrium ſiue cum nomine ſiue etiam ſine nomine auctoris qui quidem extra iudiciũ prolati ſunt. Deinde famoſum libellum appellamus in iudicio qui eſt ſine authore & inſcriptione, hoc eſt, cuius auctor nomen ſuum non profitetur nec ſubſcripſit vt accuſator, nec maius eſt crimen vbi quis vel alium mentitur nomen vel ſine nomine alterius famam ſcriptis lacerat.

Grego-

Gregorius XIII.

Infames ſint & ad triremes damnentur qui ſcripta in alterius contumeliam componunt, & de rebus incertis, & peregrinis curioſius rumores ſpargunt.

Cap. II.

Est rerum humanarum infœlicitas, vt non vetera tantum vitia pertinaciter aduerſus omnem legum latorum ſolertiam luctentur, & quamuis acribus compreſſa ſuppliciis renaſcantur, [a] ſed noua etiam indies, & ſuperioribus ſeculis ignota ſuccreſcant. Quo nos, pro iniuncto nobis diuinitus munere, diligentius adniti par eſt, vt & illa coerceamus, & horum, quæ ſe nunc primum efferunt, antequam ſe corroborẽt, radices ipſas ſi qua rationę poſſumus, amputemus. Cũ igitur haud ita pridem in vrbe noſtra ſecta quædam emerſerit hominũ improbè curioſorum, [b] qui quæcunque de publicis, priuatiſque negotiis, vel alicunde rimari poſſunt, vel ipſi etiam pro ſua libidine comminiſcuntur, domi foriſque facta, infecta, vera, falſa, nullo diſcrimine proponunt, recipiunt, & ſcriptitant, ita vt eius rei iam artem quaſi quandam inſtituerint, ac plerique eorum, etiã vlli mercedula conducti, harum rerum commẽtariolos ex falſis plerumque vulgi rumoribus, incerto auctore collectos, huc illuc miſſitent, aut etiam tanquam primum ex vrbe ad diuerſa loca miſſos, deinde iiſdem illis ex locis in vrbem remiſſos circumferant, ac venditent, quibus non tantum de præteritis arbi-

tratu ſuo nugantur, ſed etiãm quid ex hac, aut illa re euenturum ſit, ſtolidè vaticinantur. Nos, qui & facile proſpicimus, & rerũ experimentis edocti ſumus, quę, quantaq; mala ex eo proueniant, cum & ſæpius ſparguntur falſa ꝓ veris, ſeu directe, ſeu obliquè, ac quodam quaſi colore quæſito, multorum exiſtimatio, & fama [c] violatur: his, ac talibus incommodis occurrere cupientes, huius conſtitutionis auctoritate prohibemus, ne quis in poſterum tales commentarios conficere, neue ab aliis cõfectos recipere, deſcribere, ſpargere, aut ad alios mittere audeat. Qui horum quid fecerit, ipſo facto perpetua ignominiæ nota affectus, ſine vlla ſpe veniæ ad triremes perpetuò aut ad tempus pro criminis admiſſi qualitate damnetur. Romæ Cal. Septemb. 1572.

[a] *Vitia priſcis ſeculis ignota, hæc ætas parit.*

[b] *In eos qui voces in vulgus ambiguas euomunt de priuatis publiciſque rebus, etſi ab earum cognitione ſint remotiores.*

[c] *In eos qui ſcriptis publicis alienæ famæ detrahũt, habes legem Valentin. & Valentis. vnic. C. de libellis famoſis.*

Tit. VI.

De ſacrilegis.

Sixtus Quartus.

Sacrilegii rei ſunt qui res ſacras e templis ſurripiunt, vt eas conuertant ad prophanos vſus.

Cap. vnicvm.

CVm prouida ſanctorũ patrum decreta eos ſacrilegos eſſe diffiniãt, qui eccleſias, & loca ſacra altiſſimo dedicata deuaſtant, ipſorũq; diripiunt ornamẽta, ſicut & illos qui de ſacro

cro ſacrum auferre impia* temeritate præſumunt, pariq; vtrumq; flagitium ac duplici pœna coerceāt, decet merito nos, cui eccleſiarum omnium cura diſpoſitione ſuperna commiſſa eſt, pro deteſtatione * tanti criminis, [a] proq; ſtatu proſpero, venuſtate, & decore ipſarum eccleſiarum in ſua decentia debite conſeruādis, omni vigilantia, & attentione curare, ne peruerſorum creſcente malitia, eædem eccleſiæ & ſacra Dei templa, præcipue almæ vrbis, noſtro conſpectui antepoſita, ſuis nudentur ornatibus, & huius ſceleris nequiſſimi patratores debitam recipiant vltionem. Sane fide dignorum relatibus, non ſine admiratione, ad noſtrum peruenit auditum, quod nonnulli iniquitatis filii ſe inaniter Chriſtianos eſſe profitētes, & à quorum oculis Dei timor, & reuerētia Chriſtianę religionis abſceſſit, de Patriarchalibus, & aliis ſacratiſſimis eccleſiis, & baſilicis dictę vrbis porphyreticos, marmoreos, & alios diuerſorum generum & colorum lapides ad ipſarum vſum, decorem, & ornatum deputatos auſu ſacrilego [b] abſtulerunt hactenus, & indies auferre, eoſq; ad diuerſa loca per ſe vel alios aſportare præſumunt, in grauem diuinę maieſtatis offenſam, eccleſiarum earundē deformitatem, detrimentumq; animarum ſuarū, periculum & ſcandalū plurimorum. Nos igitur ſacrilegorum impios & temerarios auſus hmōi, quantū nobis ex alto conceditur, reprimere cupiētes, quamuis præmiſſorum occaſione nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum ſanctiones, & prohibitiones variæ emanauerint temporibus retroactis, quas (in eo duntaxat quod de eccleſiarum, & ſacrorum locorum ornamentis, atq; lapidibus antedictis minime auferēdis prohibent vel diſponunt, ſeu illos qui huiuſmodi flagitioſiſſimos, ac pene in Chriſtiano orbe inauditos

exceſſus perpetrare, & in his ſacrilegas manus iniicere præſumpſerunt, excommunicationis ſententia innodatos fore declarant) in ſuo robore volumus permanere, omnes & ſingulos cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, qui ex prædictis lapidibus, ſiue aliis ornamentis earundem eccleſiarum, ſiue baſilicarum dictæ vrbis habuerint, aut in ſurripiendo, ſeruando, & retinendo auxilium præſtiterint vel fauorem, niſi à die habitæ præſentium literarum notitiæ, ea reſtituant cum effectu; ſcientes verò reuelent, & ad notitiam noſtram ſaltem per minores pœnitentiarios noſtros deduci faciant, maioris excõmunicationis ſententia, à qua (niſi in mortis articulo, & debita ſatisfactione præuia) à nullo præterquam à Romano Pontifice abſolui poſſint, irretitos eſſe; eccleſias verò & loca alia quorum vſibus, & ornatui illa deputata fuerint, aut forſan (quod abſit) deputari cõtigerit in futurũ, tamdiu eccleſiaſtico interdicto ſubiacere, quamdiu ad loca vnde prius ablata fuere, abſq; diminutione aliqua fuerint reportata, harum ſerie declaramus, Et inſuper quiſquis ſuæ [a] [b] ſalutis immemor ſacrilegii crimen huiuſmodi committere præſumpſerit in futurum, vltra cenſuras prædictas, eccleſiæ ſiue baſilicæ à qua lapides, & ornamenta huiuſmodi abſtulerint, mediam libram auri pro recompenſa ſibi irrogatæ iniuriæ abſque diminutione aliqua ſoluere teneatur. Rom. 7. Id. April. 1470.

[a] *14.q.4.c.ſi quis. Gab.lib.4.d.15. Richard.l.4. d. 18. Sylueſt. ver. ſacrilegium.*

[b] *Sacrilegium appellat cum res ſacra è loco ſacro furatur publico. Bar. in l ſacrilegij pœnam. ff. ad l. Iul. peculat. cuius pœna iure ciuili capitalis eſt, ita Bartol. d. l. ſacrilegij pœnam. in princip. ff.*

NOT.

NOT. * *Pro deteſtatione tanti criminis.*) Verè deteſtandum & execrandum ſcelus ſacrilegium dicit, quod ipſis ethnicis & barbaris planè exoſum fuit. Vaſtabant olim Romanum orbem barbarorum gentium innumeræ propemodum phalanges & multiplicia examina, hominibus non ſolum ſed & diuis infeſta. Conqueritur multis planctibus de hoc inaudito facinore Hieronymus, ſed noſtra tempeſtate patentior eſt locus & vberior. Qui repunt in purpura, qui in ſublimi Regum ſunt aula eos ſacri ditarunt calices, quoſque etiam ad ludibrium menſæ per ſummum ſacrilegium inferri iubent. Thucidides lib. 4. Athenienſe male audire clamat, quod aquam quam tangere non deberent præterquam in ſacrificiis perfundendis eam haurirent, & potarent. Vt idem author ſcribit, πᾶσιν γὰρ εἶναι καθεστηκὸς ἰόντας ἐπὶ τὴν ἀλλήλων ἱερῶν τῶν ἐνόντων ἀπέχεσθαι. Apud omnes Græcos hoc erat conſtitutum, vt ſi inuicem terras inuaderent à templis tamen quæ in illis eſſent abſtinerent. Iiſdem Græcis ſacrilegi iure ſepulturæ carebant, putabant enim naturali & diuinæ legum æquitati conſonum eſſe ἀτάφους ῥίπτεσθαι τοὺς ἱεροσύλους, Inſepultos abiici debere ſacrilegos. Non ſine pudore natiuo legem iſtam Chriſtiani rerum ſacrarum expilatores cum viderint miſeros illos paganos tantum ſcelus illud odiſſe vt ſummum nephas dixerint res Idolis dicatas in priuatos & prophanos vſus mutare, quod mera eſt ſacrilegii natura. Sacrilego (inquit Cicero) pœna eſto neque ei ſoli qui ſacrum abſtulerit ſed etiam ei qui ſacro commendatur.

NOT. ** *Salutis immemor.*) Verè ſunt immemores ſalutis, qui ſacras res dilapidant, & Chriſti bonis ſacrilegas manus iniiciunt, tantum enim ſcelus grauibus pœnis diuinitus vltum fuiſſe legimus apud Nicephorum lib. 10. cap. 4. 5. & 29. Tripart. lib. 6. cap. Petrum Choniacenſem lib. 2. de miraculis.

c *Excommunicatur qui libros hæreſis, aut falſi cuiuſcunque dogmatis legerit.*

NOT.* *Simpliciores homines.)* Credulos homines & fatuas mulierculas ſeduxerunt leuiſſimo negotio noſtræ rēpeſtaris hæretici, & in capiendis peritioribus nullū aliud excogitarunt impoſturæ genus quàm ſi verborum inſigni apparatu eos allicerēt, & demulcerēt ſub nomine ſacræ ſcripturæ, & diuini eloquii. Bearus Clemens lib. 6. cap. 16. de conſtit. Apoſtol. refert Simonē & Cleobium peſtilenres & nephandos libros ſcripſiſſe ſub nomine Chriſti & Apoſtolorum in fraudem Chriſtianorum. Antiquum enim fuit hæreticis παροινίας καὶ παρεξηγήσεις delicas & prauas interpretationes in ſacram ſcripturam euomere, vt loquitur Leontius Monachus. Multos quoque Priſcilianorum corruptiſſimos codices qui canonici tirulati erant, ſe inueniſſe ſcribit Leo magnus Epiſt. ad Turibium cap. 15. Non poſſent ſiquidem tantam ſimplicium venari multitudinem hæretici niſi toxicatas dapes dulci melle prælinirent.

Gregorius XIII.

Librorum prohibitorum lectio neque ipſis ſacræ Theologiæ profeſſoribus ad conuincendos errores, neque alijs quibuſcunque demptis Inquiſitoribus conceditur.

CAP. VI.

CVM pro munere, quod ſuſtinemus, id præcipue nobis præpoſitum habeamus, & omni ſtudio, diligentiaque curemus, vt omnes Chriſtifideles tam grauibus calamitoſiſque temporibus in recta & catholica fide contineamus id agere & prouidere neceſſe eſt, vt omnem omnibus aberrandi ab* ea occaſionem a ſubtrahamus. Nemini autem

autem mirum videri debet, ſi Romanus Pontifex nõnunquam facultates aliquas quas ipſe, vel prędeceſſores eius probabili adducti ratione conceſſerint poſtea reuocet, cum ipſo rerum vſu edoctus animaduerterit, eas iuſtiore de cauſa eſſe reuocandas. Ad notitiam noſtram peruenit ex data nonnullis licentia habẽdi, & legendi libros hæreticos aut de hæreſi ſuſpectos, ad hæreſes, & errores qui in eis libris continebantur, refellendos: non raro euenire ſolere, vt illis ipſis eorum librorum lectio noceat, quibus ob eam cauſam conceſſum fuerit, vt aliis prodeſſe poſſent, vt illis ipſis hæreſibus, & erroribus propter humanæ mentis imbecillitatem eos implicans, à quibus ſe alios reuocaturos eſſe confiſi fuerant. Huic rei prouidere, & animarum periculo, quantum fieri poteſt, pro paſtorali ſolicitudine occurrere cupientes, cogitanteſque nobiſcum, nuper in ſacro generali Concilio hæreſes horum temporum ita confutatas, atque damnatas fuiſſe: vt tantæ Synodi [b] auctoritas, cuius decreta huius ſanctæ ſedis auctoritate cum deliberatione matura confirmata, & comprobata ſunt, ad vitandos errores, & catholicæ fidei veritatem agnoſcendam ſufficere omnibus debeat, nec vllius præterea confutatio requirenda ſit prædeceſſorum noſtrorum præſertim fœlicis recordat. Iulii tertii, & Pauli quarti veſtigiis inſiſtentes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac deliberatione matura omnes & ſingulas facultates habendi, & legendi libros Lutheranos, aut aliorum hæreticorum, ſeu de hæreſi ſuſpectos omnibus tam clericis ſecularibus, aut regularibus, quam laicis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis ſint, etiam ſi Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, aut alia maiori eccleſiaſtica, ſeu ſeculari dignitate præful-

præfulgcant,Inquiſitoribus,& commiſſariis hæreticę prauitatis à ſede Apoſtolica deputatis, quoad eo officio fungentur, [c] exceptis) à nobis aut quocunq; prædeceſſorum noſtrorum ſeu Apoſtolicæ ſedis legatis, maioriue pœnitentiario vel quibuſcunque aliis quibuſcunque verborum formis & clauſulis,etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis decretis quomodolibet etiam motu, & ſcientia ſimili ad hoc tempus conceſſa, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reuocamus,&pro reuocatis & irritis, perinde ac ſi nunquam conceſſæ fuiſſent,habemus,& haberi volumus. Inhibentes omnibus ſub cenſuris, ſententiis & pœnis, tam à ſacris canonibus, quàm à ſede Apoſtolica ad hoc tempus conſtitutis in eos, qui huiuſmodi libros legant aut habeant, ne quis eorũ poſthac eis facultatibus, vti neue vllos omninò libros huiuſmodi improbatos & prohibitos,aut quos in poſterum à ſede Apoſtolica,Inquiſitoribuſue hæreticę prauitatis,aut locorũ ordinariis improbari, prohiberiq; cõtigerit,legere,habereue quacunq; de cauſa audeat. Impreſſores aũt & Bibliopolas,& alios,quicunq; eiuſmodi libros, habent, habuerintue (Inquiſitoribus,& commiſſariis iiſdem duntaxat exceptis) monemus, & cuilibet eorũ in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna incurſus criminis hæreſis, & aliis contra hæreticos à iure inflictis, & irrogatis tam eccleſiaſticis quam tẽporalibus ſentẽtiis,cẽſuris, & pœnis ꝑcipimus, ac mãdamus, vt eos libros intra 60. dies à die quo hæ literæ publicatæ fuerint numerãdos, quorũ 20. pro primo, alios 20. pro ſecundo, reliquos 20. pro tertio, ac pemptorio termino, & monitione canonica eis aſſignam[9], Inquiſitoribus hęreticę prauitatis in ciuitatibus,in q̃bus ii libri ſint tradant,atq; conſignent.

[a] Sub-

a *Subtrahenda eſt omnis hæreſeos occaſio quæ potiſſimum fouetur hæreticorum librorum lectione, velut ignis oleo.*

b *Quæ ſunt in Concilijs œcumenicis reſoluta & decreta non debent humana opinione impugnari.*

c *Inquiſitores poſſunt legere libros hæreticorum, vt facilius de eorum erroribus & prauis doctrinis iudicent. Magna eſt enim pietas prodere latebras impiorum & ipſum in eis cui ſeruiunt diabolum debellare.*

NOT. * *Aberrandi ab ea occaſionem ſubtrahamus.*) Recte hæc addidit Pontifex ad ſuæ mentis declarationem. Animarum ſiquidem excidii couiuratiſſimi ſunt qui libros intoxicatos dæmonis pernicie legere permittunt ſiue ſimplicibus ſiue doctis, vtroſque enim fallax impoſtor deludere poteſt. Nam vt præclarè à Symmaco Papa dictum eſt, Non eſt grandis differentia an lethum inferas vel admittas. Mortem enim languentibus videtur infligere qui hanc cum poſſit non excludit. Eiuſdem fuit ſententiæ Innocentius primus, vt habetur apud Gratianum c. error. 83. diſt. Negligere, inquit, cum poſſit perturbare peruerſos, nihil aliud quàm fouere, nec carere ſcrupulo occultæ ſocietatis qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Facinoris quippe culpam habet qui quod poteſt negligit emendare. Occurrit ergo propenſiori curioſorum hominum affectui in librorum hæreticorum lectionem, quam omnibus modis prohibet & vetat hæc conſtitutio iuxta Concilii Tridentini decreta.

TIT. V.

De libellis famoſis.

Pius Quintus.

Librorum famoſorum authores virulentiſſimis iniurijs alienæ famæ clam detrahentes, & qui eos publicauerint, doloue malo retinuerint, pœnis iure conſtitutis ſubiiciantur.

CAP. I.

ROMANI Pontificis prouidentia circumſpecta ad ea ſolicitudinis ſuæ partes potiſſimum conuertit, per quæ inter ſingulos gregis eiuſdem fideles, præſertim verò nobis, & Romanæ eccleſiæ ſubditos pax, & concordia confoueantur, ſeditiones euitantur, ſcandalis obuiatur, & animarum ſalus procuratur. Cum itaque iracundia [a] ſit perturbatio immanis, affectione dura, violenta potentia, cædium cauſa, calamitatis ſocia, iacturam concilians & dedecus, pecuniarum pernicies, atque perditionis origo, eaque potiſſimum ex iniuriis verbo, vel ſcriptis, vel facto illatis naſcatur: Nos qui non ſine maxima mentis noſtræ perturbatione ſæpenumero accepimus, quod licet tam p ſacras leges, quàm canonicas ſanctiones, ſub certis etiã grauiſſimis pœnis prohibitum fuerit, ne quis famoſum libellum cõponere audeat, & repertum ſiue domi, ſiue in publico, vel in quocunque loco, aut corrumpere, vel igne conſumere teneatur prius, quàm aliter inueniat, & nulli fateatur inuentum, & qui ſecus fecerit quaſi auctor huiuſmodi delicti eiſdem pœnis ſubiaceat: nihilominus conſiderando, quod indies creſcente malitia, quàm plures iniquitatis filii, perditionis alumni, pœnas prædictas paruipendentes eaſque variis fraudibus euitare ſatagentes, auſu temerario non erubeſcunt variis modis nonnullos Principes & Prælatos, nobiles, publicas & priuatas perſonas variis iniuriis, & conuitiis afficere, eorumque famæ, & honori detrahere, ſub quodam ficto colore quarundam literarum [b] * incerto auctore ſcriptarum, nedum ab vrbe noſtra, ſed etiam ex diuerſis prouinciis, in quibus nedum ea quæ in vnaquæque regione ſucceſſe-

ceſſerunt narrantur, ſed ea etiam quæ in futurum quodam eorum temerario iudicio fore opinantur, adeo vt plerunque odia, inimicitiæ, ſeditiones, rixæ, & homicidia permulta oriantur, in diuinæ maieſtatis offenſam, animarum periculum, pernicioſum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum. Volentes præmiſſis quantum poſſumus obuiare, conſiderantes attentius quod plures pœnarum grauitas quàm Dei timor arcere ſolet à voluntate delinquendi, & propterea tanto periculo occurrere volentes, ac tam nefarios præſumptores & facinoroſos homines atrocibus pœnis torpeſcere, vt metus pœnæ meta huiuſmodi præſumptionis exiſtat: huius perpetuæ, & irrefragabilis conſtitutionis edicto pœnas omnes tam temporales, quàm eccleſiaſticas in talia præſumentes per ſacras leges, & canonicas ſanctiones latas, & promulgatas auctoritate Apoſtolica approbantes & innouantes, ac ad omnes, & ſingulos prædictos, qui forſan ſub illis comprehenſi non eſſent, extendentes & ampliantes, ſtatuimus & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus nemo cuiuſuis qualitatis, dignitatis ēt eccleſiaſticæ, ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerit, audeat nec præſumat libellos famoſos, nec literas monitorias, vulgo appellatas, Lettere d' Auiſi, continentes conuitia, iniurias vel famæ & honoris alicuius læſionem, nec aliquam ſcripturam in qua de futuris ſucceſſibus diſſeratur, vel eaque coram nobis, vel aliis ad vniuerſalis eccleſiæ ſtatus regimen deputatis ſecreto tractantur, reuelentur, componere, dictare, ſcribere, exemplaria retinere, nec aliquē trāſmittere, etiam ſi aliunde ab aliis prouinciis, ciuitatibus, terris, & locis, ad eorum manus peruenerint, ſed

ſtatim quod aliqui ſimiles libelli, literæ, ſiue ſcripturæ, alicui delatæ fuerint, ſtatim quod illos, ſeu illas habuerit, antequam vim earum manifeſtauerit, corrumpere, [c] ſeu igni tradere, vel dilecto filio noſtro Cardinali Ruſticucio conſignare teneatur, ſub pœnis prędictis quas hic pro expreſſis haberi volumus, ac aliis etiam grauioribus, etiam vltimi ſupplicii, & confiſcationis bonorum, ſecundum qualitatem facti, & perſonarum, arbitrio noſtro irremiſſibiliter infligendis, q̄bus pœnis ēt eos ligare volumus, qui in huiuſmodi libellis, literis, ſeu ſcripturis de aliquo oblocuti fuerint, alicuiuſq; famæ & honori, vera ēt exprimendo, detraxerint, ac ea quæ coram nobis, vel aliis vt ſupra ſecretò tractantur, reuelauerint: ex hoc equidem animus deprehenditur prauus iniuriandi, & nocendi, atque ideo eos eadem pœna teneri conuenit.

a *Vide Gregorium in regiſt. in moral. lib.*

b *Damnat libellos famoſos conſcriptos incerto authore, nam infeſtiores ſunt inſidiæ cum occultis detractoribus quando ignoramus cum quibus nobis res ſit. Nam accuſatio & vituperatio legitima non eſt quæ ſuum auctorem non prodit.*

c *Pœnas eorum qui libellos famoſos inuentos non lacerant habes apud Menochium de arbitr. iud. copioſè lib. 2. centur. 3. caſ. 263.*

NOT. * *Incerto auctore.*) Famoſos libellos appellamus qui ſine auctore in alicuius contumeliam ſcripti ſunt *ἀνονύμον καὶ ἀδέσποτον* vt loquitur Hieronymus ad Euagrium ſiue cum nomine ſiue etiam ſine nomine auctoris qui quidem extra iudiciū prolati ſunt. Deinde famoſum libellum appellamus in iudicio qui eſt ſine authore & inſcriptione, hoc eſt, cuius auctor nomen ſuum non profitetur nec ſubſcripſit vt accuſator, nec maius eſt crimen vbi quis vel alium mentitur nomen vel ſine nomine alterius famam ſcriptis lacerat.

Grego-

Gregorius XIII.

Infames ſint & ad triremes damnentur qui ſcripta in alterius contumeliam componunt, & de rebus incertis, & peregrinis curioſius rumores ſpargunt.

Cap. II.

Est rerum humanarum infœlicitas, vt non vetera tantum vitia pertinaciter aduerſus omnem legum latorum ſolertiam luctentur, & quamuis acribus compreſſa ſuppliciis renaſcantur, [a] ſed noua etiam indies, & ſuperioribus ſeculis ignota ſuccreſcant. Quo nos, pro iniuncto nobis diuinitus munere, diligentius adniti par eſt, vt & illa coerceamus, & horum, quæ ſe nunc primum efferunt, antequam ſe corroborēt, radices ipſas ſi qua rationę poſſumus, amputemus. Cū igitur haud ita pridem in vrbe noſtra ſecta quædam emerſerit hominū improbè curioſorum, [b] qui quæcunque de publicis, priuatiſque negotiis, vel alicunde rimari poſſunt, vel ipſi etiam pro ſua libidine comminiſcuntur, domi foriſque facta, infecta, vera, falſa, nullo diſcrimine proponunt, recipiunt, & ſcriptitant, ita vt eius rei iam artem quaſi quandam inſtituerint, ac plerique eorum, etiā vlli mercedula conducti, harum rerum commētariolos ex falſis plerumque vulgi rumoribus, incerto auctore collectos, huc illuc miſſitent, aut etiam tanquam primum ex vrbe ad diuerſa loca miſſos, deinde iiſdem illis ex locis in vrbem remiſſos circumferant, ac venditent, quibus non tantum de præteritis arbi-

tratu ſuo nugantur, ſed etiãm quid ex hac, aut illa re euenturum ſit, ſtolidè vaticinantur. Nos, qui & facile proſpicimus, & rerũ experimentis edocti ſumus, quę, quantaq; mala ex eo proueniant, cum & ſæpius ſparguntur falſa ꝓ veris, ſeu directe, ſeu obliquè, ac quodam quaſi colore quæſito, multorum exiſtimatio, & fama [c] violatur: his, ac talibus incommodis occurrere cupientes, huius conſtitutionis auctoritate prohibemus, ne quis in poſterum tales commentarios conficere, neue ab aliis cõfectos recipere, deſcribere, ſpargere, aut ad alios mittere audeat. Qui horum quid fecerit, ipſo facto perpetua ignominiæ nota affectus, ſine vlla ſpe veniæ ad triremes perpetuò aut ad tempus, pro criminis admiſſi qualitate damnetur. Romæ Cal. Septemb. 1572.

[a] *Vitia priſcis ſeculis ignota, hæc ætas parit.*

[b] *In eos qui voces in vulgus ambiguas euomunt de priuatis publiciſque rebus, etſi ab earum cognitione ſint remotiores.*

[c] *In eos qui ſcriptis publicis alienæ famæ detrahũt, habes legem Valentin. & Valentis. vnic. C. de libellis famoſis.*

TIT. VI.

De ſacrilegis.

Sixtus Quartus.

Sacrilegii rei ſunt qui res ſacras e templis ſurripiunt, vt eas conuertant ad prophanos vſus.

CAP. VNICVM.

CVM prouida ſanctorũ patrum decreta eos ſacrilegos eſſe diffiniãt, qui eccleſias, & loca ſacra altiſſimo dedicata deuaſtant, ipſorũq; diripiunt ornamẽta, ſicut & illos qui de ſacro

cro ſacrum auferre impia temeritate præſumunt, pariq; vtrumq; flagitium ac duplici pœna coerceāt, decet merito nos, cui eccleſiarum omnium cura diſpoſitione ſuperna commiſſa eſt, pro deteſtatione * tanti criminis, [a] proq; ſtatu proſpero, venuſtate, & decore ipſarum eccleſiarum in ſua decentia debite conſeruādis, omni vigilantia, & attentione curare, ne peruerſorum creſcente malitia, ædem eccleſiæ & ſacra Dei templa, præcipue almæ vrbis, noſtro conſpectui antepoſita, ſuis nudentur ornatibus, & huius ſceleris nequiſſimi patratores debitam recipiant vltionem. Sane fide dignorum relatibus, non ſine admiratione, ad noſtrum peruenit auditum, quod nonnulli iniquitatis filii ſe inaniter Chriſtianos eſſe profitētes, & à quorum oculis Dei timor, & reuerētia Chriſtianę religionis abſceſſit, de Patriarchalibus, & aliis ſacratiſſimis eccleſiis, & baſilicis dictę vrbis porphyreticos, marmoreos, & alios diuerſorum generum & colorum lapides ad ipſarum vſum, decorem, & ornatum deputatos auſu ſacrilego [b] abſtulerunt hactenus, & indies auferre, eoſq; ad diuerſa loca per ſe vel alios aſportare præſumunt, in grauem diuinę maieſtatis offenſam, eccleſiarum earundē deformitatem, detrimentumq; animarum ſuarū, periculum & ſcandalū plurimorum. Nos igitur ſacrilegorum impios & temerarios auſus hmōi, quantū nobis ex alto conceditur, reprimere cupiētes, quamuis præmiſſorum occaſione nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum ſanctiones, & prohibitiones variæ emanauerint temporibus retroactis, quas (in eo duntaxat quod de eccleſiarum, & ſacrorum locorum ornamentis, atq; lapidibus antedictis minime auferēdis prohibent vel diſponunt, ſeu illos qui huiuſmodi flagitioſiſſimos, ac pene in Chriſtiano orbe inauditos

exceſſus perpetrare, & in his ſacrilegas manus iniicere præſumpſerunt, excommunicationis ſententia innodatos fore declarant) in ſuo robore volumus permanere, omnes & ſingulos cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, qui ex prædictis lapidibus, ſiue aliis ornamentis earundem eccleſiarum, ſiue baſilicarum dictæ vrbis habuerint, aut in ſurripiendo, ſeruando, & retinendo auxilium præſtiterint vel fauorem, niſi à die habitæ præſentium literarum notitiæ, ea reſtituant cum effectu; ſcientes verò reuelent, & ad notitiam noſtram ſaltem per minores pœnitentiarios noſtros deduci faciant, maioris excōmunicationis ſententia, à qua (niſi in mortis articulo, & debita ſatisfactione præuia) à nullo præterquam à Romano Pontifice abſolui poſſint, irretitos eſſe; eccleſias verò & loca alia quorum vſibus, & ornatui illa deputata fuerint, aut forſan (quod abſit) deputari cōtigerit in futurū, tamdiu eccleſiaſtico interdicto ſubiacere, quamdiu ad loca vnde prius ablata fuere, abſq; diminutione aliqua fuerint reportata, harum ſerie declaramus, Et inſuper quiſquis ſuæ** ſalutis immemor ſacrilegii crimen huiuſmodi committere præſumpſerit in futurum, vltra cenſuras prædictas, eccleſiæ ſiue baſilicæ à qua lapides, & ornamenta huiuſmodi abſtulerint, mediam libram auri pro recompenſa ſibi irrogatæ iniuriæ abſque diminutione aliqua ſoluere teneatur. Rom. 7. Id. April. 1470.

[a] *14. q. 4. c. ſi quis. Gab. lib. 4. d. 15. Richard. l. 4. d. 18. Sylueſt. ver. ſacrilegium.*

[b] *Sacrilegium appellat cum res ſacra è loco ſacro furatur publico. Bar. in l ſacrilegij pœnam. ff. ad l. Iul. peculat. cuius pœna iure ciuili capitalis eſt, ita Bartol. d. l. ſacrilegij pœnam. in princip. ff.*

NOT.

NOT. * *Pro deteſtatione tanti criminis.*) Verè deteſtandum & execrandum ſcelus ſacrilegium dicit, quod ipſis ethnicis & barbaris planè exoſum fuit. Vaſtabant olim Romanum orbem barbarorum gentium innumeræ propemodum phalanges & multiplicia examina, hominibus non ſolum ſed & diuis infeſta. Conqueritur multis planctibus de hoc inaudito facinore Hieronymus, ſed noſtra tempeſtate patentior eſt locus & vberior. Qui repunt in purpura, qui in ſublimi Regum ſunt aula eos ſacri ditarunt calices, quoſque etiam ad ludibrium menſæ per ſummum ſacrilegium inferri iubent. Thucidides lib. 4. Atheniénſe male audire clamat, quod aquam quam tangere non deberent præterquam in ſacrificiis perfundendis cum haurirent, & potarent. Vt idem author ſcribit, πᾶσιν γὰρ εἶναι καθεστηκὸς ἰόντας ἐπὶ τὴν ἀλλήλων ἱερῶν τῶν ἐνόντων ἀπέχεσθαι. Apud omnes Græcos hoc erat conſtitutum, vt ſi inuicem terras inuaderent à templis tamen quæ in illis eſſent abſtinerent. Iiſdem Græcis ſacrilegi iure ſepulturæ carebant, putabant enim naturali & diuinæ legum æquitati conſonum eſſe ἀτάφους ῥίπτεσθαι τοὺς ἱεροσύλους, Inſepultos abiici debere ſacrilegos. Non ſine pudore natiuo legem iſtam Chriſtiani rerum ſacrarum expilatores cum viderint miſeros illos paganos tantum ſcelus illud odiſſe vt ſummum nephas dixerint res Idolis dicatas in priuatos & prophanos vſus mutare, quod mera eſt ſacrilegii natura. Sacrilego (inquit Cicero) pœna eſto neque ei ſoli qui ſacrum abſtulerit ſed etiam ei qui ſacro commendatur.

NOT. ** *Salutis immemor.*) Verè ſunt immemores ſalutis, qui ſacras res dilapidant, & Chriſti bonis ſacrilegas manus iniiciunt, tantum enim ſcelus grauibus pœnis diuinitus vltum fuiſſe legimus apud Nicephorum lib. 10. cap. 4. 5. & 29. Tripart. lib. 6. cap. Petrum Choniacenſem lib. 2. de miraculis.

TIT. VII.

De blaſphemis & aleatoribus.

Iulius III.

Præſtantiores cauſæ miſeriarum huius ætatis exe-crandæ ſunt blaſphemiæ pœnis eo ſeuerius vindicandæ, quo ſegnius in diuini nominis iniuriam tolerantur.

Cap. I.

IN multis deprauatis moribus, vitioſiſque conſuetudinibus, quæ in noſtram hanc almam vrbem propter eius amplitudinē magnumq; aduenarum vndiq; in eam concurſum, ſimul cum pluribus eximiiſq; virtutibus, atq; egregiis veræ pietatis exemplis irrepſerunt, ad quas nos tollendas & extirpandas, omnem aciem mentis, & cogitationis noſtræ intendimus, nihil eſt quod animum noſtrum magis exulceret, & confodiat, quàm horribilis atq; impia & Chriſtianis auribus intolerabilis, diuini nominis [a] blaſphemia. Cum audimus ſacratiſſimum Dei & Ieſu Chriſti Domini noſtri nomen, quod ſuper omne nomē cœleſtia venerantur, terreſtria adorant, inferna contremiſcunt (quod ne temerè quidē à quopiam propter eius ſublimitatem, ac maieſtatem, vſurpandum ſit) paſſim prauorum efferatorumq; hominum vocibus ſcindi, vnaq; cum eius ſanctiſſimæ, & im-

immaculatiſſimæ genetricis, & venerabilium ſanctorum, & amicorum ipſius ſummi Dei nomine, deteſtãtis blaſphemiis maledictiſque lacerari, vt minimè mirandum ſit, ſi à Chriſtianis populis in tantis calamitatibus conſtitutis, diuinæ iracundiæ flagella non amoueantur, propterea quod iuxta ſapientis dictum, A viri multum iurantis domo, non diſcedet plaga. Quare nos huiuſmodi execrandum abuſum ſimul cum cæteris omnibus, quantum cum eiuſdem Dei adiutorio fieri poterit extirpare volentes, vt hanc ipſam vrbem domicilium ac ſedem ſpiritus ſancti, omnibus inquinamentis mundatam, ac purgatam, Domino Deo per omnia placentẽ habeamus in hunc qui ſequitur modum, quo ad præfatum horrendum blaſphemiæ crimen, motu proprio, ex certa noſtra ſcientia & voluntate, inuocata Dei omnipotentis iuſtitia, decernimus, ſtatuimus & ordinamus, blaſphemãtes ſcilicet Deum patrem omnipotentem, vel eius filium vnigenitum Dominum, & redemptorem noſtrum Ieſum Chriſtum, ſeu Spiritum ſanctum, particulariter, & explicitè, vel generaliter, & implicitè attribuẽdo diuinæ maieſtati quæ illi minimè conueniunt, vel remouendo quæ eam decent, * primo conuicti, ſi diuites fuerint, compellantur ad ſoluendum ſcuta auri quadraginta, ſi verò pauperes, ſoluant decem, quæ ſi nequeant numerare, luant in corpore. Secunda vice conuictis, nobilibus ſiue diuitibus, ſiue pauperibus duplicetur pœna pecuniaria proportionabiliter ad primam huiuſmodi mulctam, Atque inſuper incurrant infamiam, & inhabilitatem ad beneficia quæcunque ad gradus, dignitates, & honores obtinendos. Vilibus conuictis perfodiatur [b] lingua. Tertia vice cõuictis nobilibus, tam diuitibus quã pauperibus, tripli-

triplicetur pœna pecuniaria reſpectiuè vt ſupra. Vlterius ſint ipſo iure priuati beneficiis eccleſiaſticis, & officiis quibuſcunque, dignitatibus, titulis, magiſtratibus, honoribus ſint inteſtabiles tam actiuè, quàm paſſiuè, Sint inhabiles ad ferēdum teſtimonium. Sint banniti publicè per triennium ab vrbe. Vilibus imponatur fuſtigatio aut deportatio ad triremes per triennium, & exulent perpetuo. Idem ſeruetur contra blaſphemantes ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti matrem beatiſſimam ſemper virginem Mariam. Blaſphemi in ſanctos vel ſanctas Dei, corrigantur ſeuerè arbitrio DD. iudicum, habita ratione qualitatis, & grauitatis criminis, cum cæteris circumſtantiis iure attendendis. Volumus autem & ſtatuimus, vt omnes pœnæ pecuniariæ exigendæ, applicentur tantummodo ſuſtentationi orphanorum vtriuſque ſexus catechumenorum & puellarum. Iudices verò tam horrendi, & impii criminis deputamus, & inſtituimus RR. DD. Inquiſitores noſtros generales, quos volumus poſſe addere præſtitutis pœnis, & maximè in corpore, ſi modus blaſphemiæ ob grauitatem, impietatem, vel malitiam, id expoſcat. Partes eorundem DD. Iudicum erunt, declarare ſi dubium occurrat, qui nobiles, qui plebeii, qui diuites, qui pauperes ſint habendi. Rom. Cal. Feb. 1554.

[a] *Blaſphemia eſt cum quadam probroſa irreligioſitate conuitioſorum iaculata in alium maledictio, aut eſt diuini vel humani nominis diminutio iurando vel exprobrando facta. Hugo de ſancto Victore, lib. de fructu carnis & ſpiritus c. 6. Bonauent. diſt. 43. in 4. ſent. Dicta ἀπὸ τοῦ βάλλειν φήμας, à proiecta fama, vel ἀπὸ τοῦ βλάβειν τῆς φήμης, a nocendo fama.*

b *S. Ludouicus Rex Gallorum linguam blaſphemorum ferro candenti adu[illegible] iuſſit, anno 1254. Halian. annal. 11. Deciſionibus*

Bierÿ

Bierij didicimus 301. pro blaſphemia quēdam prius lingua perforata condemnatum ad alium decapitatum.

NOT.* *Primo conuicti.)* Pœnas oſtendit quibus vult expiatum iri blaſphemiæ crimen. Diuina lege lapidatio blaſphemis indicebatur, Leuit. cap. 24. Ciuili capitalis eſt pœna. Auth. vt nō luxurientur cont. nat. in fin. Iul. Clar. pract. lib. 5. §. blaſphemia. verſic. ſed quæro. Luc. de Penna l. omnes. colum. 3. verſ. 2. quæritur. C. de delatoribus. lib. 10. Fabius de Monteleo. de practica arbitrali. parte 4. num. 739. Iaſon l. 3. §. iurari. num. 14. de iureiuran. Ioan. Coraſius in Arreſto Tholoſan. an. 36. Boſſius tract. cauſar. criminal. tit. de inquiſitione. num. 1. Iacobus Symancas in praxi hæreſeos. tit. 9. Abiit huius nephandi & execrandi ſceleris procacitas in conſuetudinem; ita vt vulgo impunitum, ſit & nobilibus tum primariæ notæ, hominibus laudabile necnon in ſermonis ornatum accommodetur. Cui iungitur veluti germana ſoror tentatio, quoties homines temerè de diuini nominis gratia confiſi ſeſe præcipites agunt ad diuerſa pericula, Deumque obteſtantur, vt eorum libidini obtemperet, vel cum Dei voluntatem ita explorant, vt ſi quid aduerſi cōtingat, in ipſum Deum culpam reiiciant, audaciuſque ſciſcitentur quæ inter adyta diuinæ ſuæ prouidentiæ complexus eſt.

Leo X. in Concilio Lateranenſi.

Pœnæ blaſphematorum cuiuſcunque generis; ordinis & qualitatis.

CAP. II.

AD abolendam execrabilem blaſphemiam quæ in maximum diuini nominis, & ſanctorum contemptum ſupra modum inualuit, ſtatuimus & ordinamus, vt quicunque Deo* palam, ſeu publicè maledixerit, contumelioſiſque ac obſcœnis verbis, Dominum noſtrum Ieſum Chri-

Chriſtum, vel glorioſam virginẽ Mariam eius genitricem expreſsè blaſphemauerit, [a] ſi munus publicum iuriſdictionemque geſſerit, perdat emolumentum trium menſium: pro prima & ſecunda vice dicti officii. Si tertiò deliquerit ille, eo ipſo priuatus exiſtat. Si clericus vel Sacerdos fuerit, eo ipſo quod de delicto huiuſmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorum quæcunque habuerit, fructibus applicandis vt infra, vnius anni mulctetur & hoc ſi pro prima vice, qua blaſphematus ita deliquerit. Pro ſecunda verò ſi ita deliquerit, & conuictus fuerit, ſi vnicum habuerit beneficium, eo priuetur, ſi autem plura quod ordinarius maluerit, id amittere cogatur. Quod ſi tertiò eius ſceleris arguatur, & conuincatur, dignitatibus ac beneficiis omnibus quæcunque habuerit, eo ipſo priuatus exiſtat, ad eaque vlterius retinenda inhabilis reddatur, eaque liberè impetrari, & conferri poſſit. Laicus verò baſphemus, ſi nobilis fuerit, pœna vigintiquinque ducatorum mulctetur, & pro ſecunda vice quinquaginta fabricæ baſilicæ Principis Apoſtolorum, de vrbe applicandorum, & aliis, vt infra deducitur, pro tertia verò nobilitatem perdat. Si verò ignobilis ac plebeius fuerit, in carcerem detrudatur. Quod ſi vltra duas [b] vices publicè blaſphemus deprehenſus fuerit, mitra infami per integrum diem ante fores eccleſiæ principalis mitratus ſtare cogatur. Si verò pluries in hoc ipſum peccatum lapſus fuerit: ad perpetuos carceres, vel ad triremes damnetur, ad iudicis deputati arbitrium. In foro autem conſcientiæ, nemo blaſphemiæ reus, abſque grauiſſima pœnitentia, ſeueri confeſſoris arbitrio iniuncta, poſſit abſolui. Qui verò Sanctos reliquos blaſphemauerit, arbitrio iudicis rationem

tionem perſonarum habituri, mitius aliquando puniri volumus. Statuimus etiam vt ſeculares iudices, qui contra tales blaſphemiæ conuictos, non animaduerterint, eoſq; iuſtis pœnis minimè affecerint, quantum in eis fuerit, quaſi eidem ſceleri obnoxii, eiſdem quoque pœnis ſubiiciantur. Qui verò in illis inquirendis puniendiſque diligentes, & ſeueri fuerint, pro qualibet vice decem annorum indulgentiam conſequantur, & tertiam partem mulctæ pecuniariæ habeant. Quicunq; verò blaſphemantem audierint, cum verbis acriter obiurgare teneantur, ſi citra periculum ſuum id fieri poſſe continget, eundemque deferre, vel notificare apud iudicem eccleſiaſticum; ſeu ſecularē intra triduum debeant. Quod ſi plures dictum blaſphemantem ſimul audiuerint, ſinguli eum accuſare teneantur, niſi fortè omnes conuenerint, vt vnus pro cunctis tali fungatur officio. Quos omnes in virtute ſanctæ obedientiæ hortamur & monemus in Domino, vt pro diuini nominis honore ac reuerētia in ſuis domibus, ac cæteris præmiſſa omnia ſeruari, exactiſſimè exequi mandent, ac faciant, vberrimam ab ipſo Domino Deo tam boni operis, ac pii mercedem habituri. Similemque annorum decem [c] indulgentiam ab Apoſtolica ſede conſequuturi, cum tertia parte mulctæ, qua dictus blaſphemus plectitur, quoties tale ſcelus puniendum curauerint. Quam quidem indulgentiam & reliquam tertiam mulctæ partem, accuſatori blaſphemiæ nomen deferenti, ſimiliter concedi & aſſignari volumus, aliis pœnis contra huiuſmodi blaſphemos, per ſacros canones expreſſis, nihilomin' in ſuo robore manentibus.

[a] *Pœna eius qui in publica dignitate conſtitutus blaſphemat, tam clerici, & eccleſiaſtica dignitate inſignis.*

b *Conſti-*

b *Conſtitutionibus Regum Hiſpaniæ blaſphemus pro prima blaſphemia punitur carcere vnius menſis, pro ſecunda exilio ſex menſium à loco habitationis & mille quadrantum pœna in tres diſtribuendum partes, quorum vna accuſatori, alia iudici, tertia pauperibus competit. Pro tertia verò blaſphemia lingua clauo perforatur.*

c *Indulgentia pollicetur delatoribus blaſphemorum.*

NOT.* *Deo palam ſeu publice maledixerit.)* Hæc non ſunt ſimpliciter blaſphemiæ, ſed ſpiritus blaſphemiæ qui quidem eſt affectus & deſiderium vituperationis diuinæ. Spiritus namque blaſphemiæ ſic ſpirat ad odium Dei, ſicut ſpiritus ſanctus ad Dei amorem. Immane & horrendum profecto ſcelus, quod non ſine cauſa Theologis dicitur irremiſſibile, non quod non remittatur, ſed quod ad illius expiationem (vt inquit Beda) nullam agit debitam pœnitentiam qui illud ſemel commiſit, quoniam propter illius nimiam malitiam Deus illi auxilium ſuum ſubtrahat, ſine quo pœnitentiæ fores non patent.

TIT. VIII.

De homicidis & bannitis.

Pius II.

Pœnæ homicidarum, & eorum fautorum.

CAP. I.

AD retinendas inſolẽtias tranſgreſſorum ſi neruus publicæ diſciplinæ lenteſcit, eorum ad peccandum voluntas fit laxior, & exemplum impunitatis periculoſius in alios deriuatur, ꝓpter quod ad præſidentis officium pertinet, talem adhibere iuſtitiæ ſeueritatem & debitam executionẽ quod commiſſa

miſſa crimina puniat, & committendorum in poſterum interdicat audaciam. Cum aũt ad audientiã noſtram peruenerit, ꝙ à certis annis citra, in noſtris, & eccleſiæ Romanę terris, locis, & tenimentis, nobis, & eccleſiæ prædictæ mediate & immediate ſubiectis, quam plura, quandoq; etiam ex leuibus cauſis, commiſſa eſſe reperiantur homicidia, ſitque inter alia crimen homicidii [a] pernicioſum & deteſtabile; debeatque iuxta canonicas ſanctiones, graui animaduerſione puniri, tantoq; ſeuerius puniendum & extirpandum, quanto manifeſtius cognoſcimus, quod ex eo, vt plurimũ, ſcandala & mala plurima ſubſequuntur. Cupiẽtes idcirco ex debito paſtoralis officii, quod noſtri & eccleſiæ Romanæ prædictæ mediate & immediate ſubiecti, iuxta piam diſpoſitionem regis pacifici, qui regnat in cœlis, pacifici ſint & modeſti, nonnullas pro huiuſmodi crimine homicidii debite puniendo, edidimus cõſtitutiones infraſcriptas: quas ad hoc vt aliquis de eiſdem ignorantiam prætendere non poſſit, volumus ꝑ omnes & ſingulas ciuitates, nobis & eccleſiæ Romanæ prædictæ mediate vel immediate ſubiectas, publico præconio publicari; mandantes, ac auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernentes, omnes & ſingulos iuxta cõſtitutionum earundem determinationem, obſtrictos eſſe ad obſeruationem ipſarum, ac ſi perſonaliter ſingulis intimatæ forent, cum non ſit veriſimile, quod ad eorum notitiã non deuenerit, quod extitit tam publico præconio patefactum. Tenor vero conſtitutionum, de quibus ſupra fit mentio, ſequitur, & eſt talis, videlicet.

[a] *Homicidij crimen verè eſſe deteſtabile & execrandum elegantiſſimè probant Alexand. Alen. 3. tract. de 5. precepto. Bonau. l. 3. Thom. 22. quæſt. 100. & 64. & 65. & 122. Et iure canonico*

 compu-

computatur inter grauiora & a. ociora delicta. Panorm. in cap. cum contingat. de foro compet. Anan. in cap. 1. de patre qui filios occid. Hoſtienſ. in ſum. de homicid. §. qua pœna. verſ. & hoc intelligitur.

Homicidis non datur ſaluus conductus repetendi patriam etiamſi iniuriis & damnis partium ſatisfecerint.

Cap. II.

SANCTISSIMVS dominus noſter, intendens quieti patriæ conſulere, & ipſam ſicariis, homicidiis, & malefactoribus expurgare, ſtatuit & decreuit, quod omnes illi qui pro delicto homicidii fuerint condemnati, ſeu alias de ciuitate aliqua & diſtrictu illius banniti, non poſſint ad ciuitatem ſeu diſtrictum huiuſmodi, quocunque tempore redire, ſeu in eis, vel eorum altero morã trahere, etiam habita * pace ab hęredibus, vel conſanguineis, ſeu filiis ipſius occiſi; nec legatus etiam de latere, aut Gubernator qui pro tempore fuerit, vel quiuis alius poſſit auctoritate Apoſtolica, ſeu ex officio ſuæ legationis, aliquem homicidam ſic exbannitum rebannire, reducere, ſeu reuocare ad ciuitatem vel diſtrictum, aut eorum alterum; ſeu ei licentiam, vel ſaluum conductum [a] concedere redeundi, ſeu morandi in eis, vel eorum altero, in perpetuum, vel ad tempus modicum ſiue magnum, nec etiam per diem vnum, ſiue noctem; quod ſi ſecus per quenquam ex ſupradictis factum fuerit, incidat in pœnam excommunicationis ipſo facto, ſine vlteriori ſentẽtia declarationis; à qua per alium quam per ſummum Pontificẽ (& tunc

facta de hoc ſpeciali expreſſione) non poſſit abſolui; ac reductio, licentia, reuocatio, ſaluus conductus, & caſſatio proceſſus & banni huiuſmodi, ſint ipſo iure nulla, nulliuſque roboris, vel momenti: incidat etiam in pœnam ducatorum mille, Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, quam Theſaurarius, cui hoc ſecreto vel publice fuerit denunciatum, retineri faciat & mãdet, nullo ſuper hoc ^a expectato ſeu requiſito ſuperioris mandato: quod ſi non fecerit, Theſaurarius ipſe eandem ſententiam excommunicationis ipſo facto, cum eiſdem qualitatibus, incurrat: ipſeque ſic rebannitus, reductus, reuocatus, ſiue alio quocunq; modo reuerſus, poſſit & debeat capi, detineri, & incarcerari; & de ipſo, ſecundum ſententiam contra eum latam, iuſtitia fieri per Gubernatorem, Poteſtatem, & alios officiales, ad quos ſpectat ſeu pertinet, incontinenti ſine vlteriori licentia, notificatione, & requiſitione ſuperioris, vel alterius, ſub pœna ducẽtorum ducatorum auri, Cameræ Apoſtolicæ applicandorum vel retinendorum; quam Theſaurarius præfatus ſimili modo & forma, ac ſub ſimilibus cenſuris, faciat retineri; prout ſuperius eſt expreſſum. Hoc autem extendi voluit ad eos, qui reuocati, rebanniti, vel alias quomodocunq; remiſſi fuerint, quacunq; auctoritate ſeu licẽtia (præterquam ex ſpeciali commiſſione ſeu mandato Romani Pontificis, contento in literis authẽticis, & bulla plumbea munitis, à duobus menſibus citra, termino dierum quindecim, quo poſſint, de ciuitate libere recedere, eis conceſſo) vel qui in futurum rebannientur, reuocabuntur, ſeu alias remittentur per quẽcunque, quauis auctoritate prædicta, ſub pœnis pecuniariis, & aliis eccleſiaſticis cenſuris, de quibus ſuperius eſt dictum.

[a] *Saluus conductus hac ratione conceditur bannitis vt tutius venire valentes ad teſtimonium dicendum ad Principem vel iudicem incerta veritas eluceſcat, vel vt alios transfugas detegat. l.non omnis.de re milit.leg.quiſquis.C. ad l. Iul.maieſt. Blanc.in prax.criminal.in verb.datis defenſionib.num.26.*

Appellationi non eſt locus bannitis ob homicidium. Exilij fines quadraginta milliaribus a loco delicti extenduntur.

CAP. III.

ITEM quod quæcunque appellationes [a] interpoſitæ vel interponendæ ab huiuſmodi vel aliis ſentẽtiis ſiue grauaminibus contra homicidas latis, vel à pceſſu cõtra eos facto; ẽt ſi lis vel inſtantia ſup eis pendeat; & inhibitiones vigore ipſarum emiſſæ p auditorem cameræ, vel alium quemcunq; ordinarium, vel delegatum, ſint nullæ & inualidæ, nec ad vlteriora ſuper eis, vel ipſarum vigore, procedi poſſit ac debeat; quinimmo appellationes, lites, & cauſæ huiuſmodi, cenſeantur aduocatæ, extinctæ & inualidæ; nec poteſtates vel alii officiales inhibiti, huiuſmodi mandatis, inhibitionibus, litis pendentiis, cenſuris & pœnis in eis contentis, aſtringantur; immo teneantur, & debeant, ſub pœnis ſuprapoſitis, ad executionem ſententiarum latarum procedere. Poſſit tamen in cauſis aliis, à iure vel ſtatuto permiſſis, appellari ad Gubernatorem ciuitatis, ſeu prouinciæ; qui infra menſem, cauſam diffinire teneatur; quo elapſo, appellatio, inhibitio, & inſtantia ſup eis, ſint nulla; & liberè, ſine impedimento, poſſit fieri executio ſententiæ, vel banni; ac ſi non fuiſſet inhibitũ, & ap-

& appellatum; quodq; banniti & condemnati ꝓ huiuſmodi crimen homicidii, cenſeantur & ſint banniti ab omnibus circumuicinis vſq; ad milliaria quinquaginta, intra quæ, ſi reperti fuerint, poſſit & debeat capitalis ſententiæ, ſiue condemnationis pecuniariæ executio fieri cōtra eos, ꝑ poteſtates & alios officiales, ciuitati, diſtrictui, & loco præſidentes, ſub pœnis pecuniariis ſimili forma imponendis.

[a] *Appellare nequeunt banniti ob homicidium, & in cauſa homicidij regio edicto condemnatus non appellat. Thom. Gram. in vot. 2. vid. rub. de appellat. admittend.*

Homicidii notorii rei quibus pœnis ſubiiciantur.

Cap. IIII.

ITEM quod omnes & ſinguli homicidæ, quorum delictum notorium [a] fuerit, vel de homicidio infamati, ſeu condemnati, etiam ſi de delicto huiuſmodi, ex forma ſtatutorum, non poſſit inquiri, vel aliqua pœna imponi, vel etiam ſi ipſius delicti, vel pœnæ pro eo interpoſitæ, auctoritate Apoſtolica, vel alterius, ab ea, vel à Romano Pontifice poteſtatē habentis, ſic facta remiſſio, caſſatio proceſſus, & ſententia annullata, vel alias quomodolibet diſpēſatum, ꝑ viam gratiæ ſeu iuſtitiæ, in toto vel in parte, non poſſit habere officia, vel dignitates in quibuſcunq; locis, ciuitatibus, & terris, à quibus banniti fuerint, in quibus domiciliū eorum originemq; habuerint, ſeu aliā moram traxerint vel reſederint, etiam ſi fuerint abſoluti, rebanniti, vel alias eorum ſententia, ſeu condemnatio, ſiue ꝓceſſus, caſſatio, irritatio, vel alias pro infectis habiti; ſed ꝑpetuò ſint infames, & omni dignitate priuati, nec poſſint ferre teſtimonium, nec tabellionatus officium exer-

cere, non admittantur ad iudicandum, ſeu ad aliud officium exercendum, & ab omnibus actibus legitimis ſint perpetuo ſuſpenſi; quinimmo ſi huiuſmodi officia acceptauerint, exercuerint, ſeu ad ea exercenda admiſſi fuerint, tam ipſi quam gubernator, legatus aut ſuperior, qui eũ elegerit, vocauerit, aut ipſum officium exercere, ſeu ei præeſſe paſſus fuerit, pœnam quingentorum ducatorum auri, ipſo facto incurrat, & ſua gubernatione priuetur; nec geſta in iudicio, vel extra iudiciũ, tam per eum, qui admiſſus fuerit ad officium, quam per eum, qui illud ab eo exercere paſſus fuerit, de cætero valida ſint, & robur obtineant, quinimmo ſint nullius roboris vel momenti; & ſi eccleſiaſticæ perſonæ fuerint, excommunicationis ſentẽtiam ipſo facto incurrant.

[a] *Qua ſignificatione notorium forenſe vocabulum interpretari debeat habes adnotatum apud Budæum in annotat. ad Pandect. ad l. ab excuſatione ad Turpil. Alciat. lib. 1. de verborum ſignificat. & Coraſius lib. 1. Miſcell. Iuris. c. 16.*

NOT.* *Etiam habita pace ab hæredibus.)* Couarruuias lib. 1. cap. 13. ſigillatim controuerſiam illam explicans an indefinita in ſtatutis municipalibus, vniuerſalis ſignificationis vim obtineant, tandem argumentum ſoluit his verbis huic ſcholio accommodatiſſimis. Erit iſthæc ſententia (inquit) manifeſtior ex illa diſcuſſione quæ apud ſcriptores maximam concertationem habet, ſtatuto dicente: Homicida occidatur niſi pacem inierit cum hærede occiſi, nam Bartolus in l. 4. §. Cato. ff. de verbor. obligationib. vltim. colum ſcripſit ſat eſſe homicidæ, vt mortis pœnam effugiat, ſi pacem contraxerit cum vno ex pluribus occiſi hæredibus, & tamen aduerſus Bartol frequentiori calculo receptum eſt, oportere homicidam cum omnibus occiſi hæredibus pacis pactum inire, ea ratione quod prædicti ſtatuti oratio indefinita perpenſa ſtatuentium mente in vniuerſum accipienda ſit, ſic ſane repudiato Bartoli reſponſo Bononienſe iuris vtriuſque Collegium definiuit, vt meminit Pau-

lus

ius Caſtrenſis in l. 2. Cod. de lib
ert. & eorum liber. Cagnol. in l. 1. num. 11. ff. de regulis iuris.

Sixtus Quartus.

Deo & hominibus exoſi viri ſanguinum aduerſus quorum audaciam & ferociorem petulantiam conſtitutio a Pio II. edita probatur & confirmatur.

Cap. V.

DEo & hominibus abominabiles eſſe viros ſanguinum, Propheta[a] teſtatur; nec immerito; cum, horrenda ſæuitia, non ſolum corporum, ſed etiam animarum eorum, quos interimunt (ſi non ſint armis ſpiritualibus, diuina præueniente gratia, præmunitæ) deperditionem procurare noſcãtur; pro quibus Dominus noſter IeſusChriſtus mortem ſubiit temporalem. Ad reprimendum igitur talium conatus nefarios, plurimum conferre arbitramur, contra eos qui huiuſmodi deteſtabile ſcelus patrare non expaueſcunt, iuſtitia ſeueriſſima puniri, & latas pro tempore condemnationes debitæ executioni demandari: eaq; quæ pro talium condemnationum faciliori executione, & ſicariorum huiuſmodi perſecutione, à pdeceſſoribus noſtris prouidè emanarunt, vt eo firmiꝰ obſeruentur, quò fuerint ſæpius Apoſtolica auctoritate munita, libenter approbantes, munimine roboramus, atque alia deſuper ſtatuimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Dudum ſiquidē per fœl. rec. Pium Pap. II. prædeceſſorem noſtrum, accepto, quod à certis annis tunc elapſis citra, &c. Cum autem (ſicut nuper accepimus) contenta in eiſdem

literis ab aliquibus temporibus citra non fuerint obſeruata;& ex illorum inobſeruātia ſubditi præfatæ eccleſię promptiores fuerint ad homicidia committenda; iamq; ferè paſſim quotidie homicidia ꝑpetrentur, & homicidæ præfati ideo ad illa committenda promptiores exiſtant, quia ſperāt latere, & ſuorum exceſſuū remiſſionem conſequi facile poſſe; nos qui deteſtabilem, & horrendam talium ſicariorum nequitiam, ad aliorum cautelam, * opportunis iuris remediis proſequi ſtudio cupimus indefeſſo; habitis ſuper his cum fratribus noſtris, præfatæ eccleſiæ Cardinalibus, deliberatione matura, & de illorum conſilio, ſtatuta & decreta Pii prædeceſſoris præfati, & ꝓut illa concernūt, omnia & ſingula in dictis literis contenta, auctoritate Apoſtolica, præſentium tenore, apꝓbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus; ac volumus & prefata auctoritate de eorundem fratrum conſilio ſtatuimus & ordinamus, quod condemnati hactenus, & quos in poſterum condemnari contingeret vbilibet, in ciuitatibus, terris, & locis prædictis, pro homicidio, ſiue vt principales, ſiue vt auxilium, conſilium, & fauorem prĕſtantes; ſuarum condemnationum remiſſionem, aut contra illos ſaluum conductum & licentiam ſecurè in loco patrati criminibus, vel ei infra quinquaginta milliaria (vt præfertur) propinqua, nullatenus obtinere poſſint ab alio, quàm à nobis, & Romano Pontifice, qui pro tempore erit; & alicuius alterius, etiam Legati de latere, remiſſio, nemini ſuffragetur. Et ſi forte contingeret, nos & eūndem Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, ad remiſſiones ſiue ſaluū conductum huiuſmodi procedere; talis remiſſio per præoccupationem [b] proceſſiſſe cenſeatur, & nemini prodeſſe poſſit, niſi in illa

verè

verè præſentium literar[illegible]nor de verbo ad verbum, non autem per clauſulas idem importantes, inſertus for[illegible], & ſpecifica, & determinata cauſa exprimeretur, quæ nos & ſucceſſores noſtros induceret ad derogandum præſentibus, quę cum tam matura deliberatione a nobis emanarunt. Romæ 14. Cal. April. 1484.

[a] *Vſque adeo execratur cædes Deus terrenique numinis ædem deſtrui tam iniquo ſemper tulit animo, vt pientiſſimum Dauid[illegible]m religioſe meditantem auguſtiſſimum templum extruere Domino Deo ſuo, miſſo Propheta reuocarit ab opere, tantum, quia multum ſanguinis in iuſto bello aduerſariorum legis Dei profuderat.*

[b] *Remiſſio per præoccupationem obtenta.*

NOT. * *Opportunis iuris remedijs.)* Vltimi ſupplicii pœna lege diuina indicitur homicidis, iure ciuili, pœna certa perſonarum diſtinctione perpenditur. Olim ſiquidem humiliori loco conſtituti capite plectebãtur, & ad beſtias deuorandi mittebantur. Inſigniores verò & nataliuin ſplendore clariores deportabantur eorumque bona publicabantur. text. in l. 3. §. legis Corneliæ. ff. de ſic[illegible]r. & text. in l. qui cædem. ff. eod. inde pœna mortis ſub[illegible]equu[illegible]a eſt. l. 3. C. de Epiſcop. aud.

Iulius Secundus.

Homicidij reos & exules ob quodcunque capitale ſcelus bannitos recipientes & tuentes, pœnis canonicis & a iure ſtatutis plectuntur.

CAP. VI.

DVDVM per fœlic. record. Pium Papam II. prædeceſſorem noſtrum, accepto quod à certis annis tunc elapſis citra in terris, locis, & tenimentis Romanæ eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectis

quamplura etiam ex leuibus cauſis commiſſa eſſe reperiebantur homicidia, &c. Et deinde piæ memoriæ Sixtus Papa IIII. etiam prædeceſſor noſter, accepto per eum quod in ipſius Pii prædeceſſoris literis contenta à certis annis tunc elapſis citra non fuerant obſeruata, &c. Prout in ſingulis literis prædictis plenius cōtinetur. Cum autem tempore aſſumptionis noſtræ ad ſummi Apoſtolatus apicem propter [a] guerras, quibus non ſolum ciuitates, terrę, & loca temporali dominio eidem Romanæ eccle. ſubiecta, ſed etiã tota Italia decem ferè annis, magno cum omniũ in eis habitãtium incommodo vexata fuerũt, in eiſdem ciuitatibus, terris, & locis, præſertim in vrbe noſtra inteſtina ac diuturna odia, & diſcordias ciuileſq; diſſenſiones vigere, ac furta, latrocinia, homicidia paſſim perpetrari cognouerimus, mente reuoluentes præfatum Sixtum [b] prædeceſſorem & auunculum noſtrum, qui nos ad Cardinalatus honorem euexit, ad decorem & venuſtatẽ vrbis prędictę, & illius temporum reſtaurationem, ac perſonarum eiuſdem vrbis, ac aliarum ciuitatum & locorum eidem Romanæ eccleſiæ ſubiectorum commoda aciem ſuæ conſiderationis extendiſſe, illius exemplo permoti, animum ad ſedandum diſcordias, & odia, tã in dicta vrbe quam aliis ciuitatibus, terris, & locis dictæ eccleſiæ ſubiectis ad firmãdam perpetuam pacem & quietem, non ſine maximis animi & corporis moleſtiis & curis, pro ſubditorum noſtrorum commodis applicauimus, idque opportunis iuris remediis omni ſtudio efficere cupimus. Habita igitur ſuper iis cum fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum conſilio, literas Pii & Sixti prædeceſſorum prædictorum, & prout illas concernunt, omnia & ſingula in dictis literis contenta auctoritate

Apo-

Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & innouamus, & robur firmitatis ꝑpetuę obtinere debere decernimus, ac illas ad bannitos, exititios, & rebelles, aut alios pro quocunque alio crimine capitali, à quibuſuis officialibus, tam in dicta vrbe, quàm extra eam, & in terris eidem Romanæ eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectis ius dicentibus pro tempore cōdemnatos, ac brigoſos nuncupatos pacem iuxta ordinationes dictæ vrbis Apoſtolica auctoritate approbatas facere recuſantes, necnon ius ſibimet contra alios dicētes, aut caualcatas ſine Romani Pontificis, aut officialium ſuorum ſpeciali licentia facientes, vel mouētes, præfata auctoritate, de eorundem fratrum cōſilio extendimus, ac vniuerſis & ſingulis tam laicis quàm eccleſiaſticis, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, excellentiæ, dignitatis, Ducibus quoq;, Comitibus, Baronibus, domicellis, necnon communitatibus, ciuitatibus, ciuitatum, terrarum, caſtrorum, & aliorum quorumcunq; locorum, nobis, & eidem Romanæ eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiectorū, diſtricte præcipiendo mandamus, & inhibemus, ne aliquis eorum homicidas, bannitos, exititios, & rebelles, aut pro alio capitali crimine condemnatos, aut brigoſos pacem facere recuſantes, ſeu ius ſibi contra alium dicentes, aut caualcatas facientes, vel mouentes, in eorum ciuitatibus, caſtris, ſeu locis aliis quibuſcunq; recipere & retinere, ſeu auxilium, conſilium, vel fauorem directe vel indirecte, publice vel occulte, per ſe vel alium pręſtare, aut in eorum domibus, ſeu caſtris, vel locis recipere, & receptare præſumat.

Et ſi quis contra inhibitionem, & mandatum huiuſmodi quouiſmodo directe vel indirecte de cætero venire

venire pſumpſerit, nos oẽs & ſingulos ſic cõtrauenientes,contra quos p d Pium & Sixtum præfatos, ac alios prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, & Apoſt. ſedis Legatos etiam ſatis eſt debitæ prouiſum,excommunicationis maioris,& anathematis ſententiã,à qua nõ niſi à nobis,vel eiſdem ſucceſſoribus, præterquam in mortis articulo conſtituti, & debita ſatisfactione pmiſſa, abſolui poſſint,incurrere, eoſque omnibus & ſingulis priuilegiis,gratiis,libertatibus, indultis, exẽptionibus,immunitatibus realibus & perſonalibus,ac ciuitatibus,caſtris,terris,locis,& dominiis eorum,dignitatibus,& honoribus,iuribus,officiis,ac etiam feudis,& conceſſionibus quibuſcunq;,quę a nobis & Romana ac quibuſcunq; aliis eccleſiis obtinere noſcuntur,ſub quacunq; verborum forma & tenore, ac cum quibuſuis fortiſſimis & inſolitis clauſulis, immunitatibus,exemptionibus,& priuilegiis,etiam præſeruatiuis ab incurſu pœnæ priuationis ipſo iure (quorũ tenores ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro expreſſis haberi volumus) eo ipſo priuatos, & inhabiles ac indignos ad illa & quælibet alia in poſterum obtinenda,& quoſcunq; actus legitimos exercẽdos fore nunciamus, & illa p nos & ſucceſſores noſtros abſq; aliqua declaratione ſup incurſu pœnæ priuationis huiuſmodi, aut citatione eorũ qui priuationis pœnam incurrerint facienda,aliis perſonis in feudum ſeu vicariatum,aut alias, ac ſi p lapſum temporis conceſſionis aut finitam lineam, ad dictam Cameram reuertiſſent, libere cõcedere, ac alias de illis diſponere poſſe decernimus,& declaramus,necnon ciuitates, terras,caſtra,& loca prædicta Cameræ Apoſtolicę cõfiſcamus,incorporamus,applicamus,& appropriam⁹, ac cõfiſcata,incorporata, applicata, & appropriata eſſe: ſicq;

[illegible]eq; contrauenientes pro rebellibus eiuſdem Roma. eccleſię haberi & cenſeri debere volumus, eorum ſubditos, & vaſallos, & arcium, ciuitatum, terrarum, caſtrorum, & locorum prædictorum caſtellanos, à quocunq; fidelitatis iuramẽto, quo ipſi eſſent quomodolibet aſtricti, penitus abſoluentes. Ciuitates [e] quoq;, terras, caſtra, & loca prædicta, ſi ad eiuſdem Romanæ eccleſię obedientiam ſe non reduxerint, ſeu in p̃miſſis quomodolibet deliquerint, & etiam quorumcunque eis cõſilium, auxilium, vel fauorem quouis modo directe vel indirecte, publice vel occulte præſtantium, etiam quacunq; eccleſiaſtica vel mundana, etiam Regali prefulgeant dignitate, & excellentia, vt prefertur, & ad quæ eos declinare contigerit, eccleſiaſtico ſubiicimus interdicto, tamdiu firmiter obſeruando, donec ibidem fuerint, etiam per triduum poſt inde diſceſſum. Illos quoque qui aliquem ſciuerint culpabilem in prædictis, & nobis vel ſucceſſoribus noſtris infra trium dierum ſpatium non retulerint, vel alicui per quem ad nos verbum fideliter preferatur, ſimiles pœnas incurrere volumus.

a *Varijs diſcriminibus premebatur res Chriſtiana Iulij I I. temporibus, nam inter Cæſarem, Anglum, Heluetios, & Francos diſſidia erant accenſa.*

b *Sixtus I I I I. ord. minorum, patruus Iulij I I. à quo Cardinalis, & maior pœnitentiarius, & Auenionis legatus creatus eſt, illique ſucceſſit. an. M. D. I I I.*

c *Prohibentur hoſpitari & foueri ſicarij & homicidæ.*

d *Confirmantur pœnæ à Pontificibus in ſicarios & bannitos ſtatutæ, excommunicationis ſcilicet maioris & priuationis beneficiorum.*

e *Ciuitates patrocinium & fauorem ferentes homicidis interdicto ſupponuntur eccleſiaſtico.*

Pius

Pius Quartus.

Homicidii reus in carcere conſtitutus audiatur, nec prius ad locum cædis remittatur quin hæredum occiſi iuri ſatisfecerit.

Cap. VII.

CVm nos dudum veſtigiis fœlicis recordat. Iulii Papæ II. prædeceſſoris noſtri inhærentes, nullum homicidii reum, qui ſe ab illo etiam ſub prætextu quod alium bannitum [a] occiderit, ſeu ab alio banniti occiſore, iuxta formam bannimentorum id permittentium nominatus fuerit, aut ex alia quauis cauſa abſolui debere prætendat, ad abſolutionem petendum per procuratorem, aut excuſatorem, ſeu defenſorem, etiam velut quemlibet de populo comparentem, audiri vel admitti debere, niſi ipſe reus ſe in carcere perſonaliter conſtituerit, ſtatuerimus & ordinauerimus, prout in noſtris deſuper editis literis, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, plenius continetur: Verum cum, vt nuper accepimus, à nonnullis in dubium reuocetur, an in dictis noſtris literis ſolum homicidæ banniti vel condemnati, non autem illi qui nondum condemnati vel banniti eſſent, comprehendantur. Nos propterea omnem ambiguitatem circa prçmiſſa amputare & penitus tollere volentes, motu ſimili, & ex noſtra certa ſcientia, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione, nullum ab homicidio, ſeu alio quouis crimine, pro quo pœna corporalis veniat imponenda, ex aliqua cauſa etiam quia alium bannitum occiderit, vel ab alio banniti occiſore, * iuxta

formam

formam proclamatuum & bannimentorum id permittentium, vel conſtitutionum deſuper editarum, nominatus fuerit, ſiue etiam quia ab ipſo occiſus, bãnitus & condemnatus extiterat, ac impune ex diſpoſitione dictorum proclamatuum & bannimentorum ſeu conſtitutionum occidi potuerit, ſe abſolui debere prætendentem, ſiue pro homicidio, aut alio crimine per eum commiſſo bannitus & condemnatus ſit, ſiue nondum bannitus nec condemnatus, nec etiam inquiſitus exiſtat, per ſe vel aliam perſonam ꝓ eo quomodolibet comparentẽ, ad abſolutionem petendum admitti vel audiri poſſe, niſi ſe prius in carcere conſtituerit, & ad cauſam hæredes ab ipſo occiſi, citari, & in euentum ꝙ quis ab homicidio per ipſum commiſſo, ex eo quod alium bannitum occiderit, vel ab aliquo bãniti occiſore, vt præfertur, nominatus fuerit, ſe abſolui obtineat, eum nihilominus à loco in quo hæredes occiſi commorantur, quouſq; ab illis pacem obtinuerit, exulare debere, neq; ad eum locum aliter, niſi pace ab illis habita remitti poſſe, perpetuo ſtatuimus, & ordinamus. Inhibentes nihilominus omnibus, & ſingulis Iudicibus quacunq; auctoritate fungentibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ, aliiſque arbitrii noſtri pœnis, & noſtris etiam de latere Legatis ſub indignationis noſtræ pœna, ne contra tenorem huius noſtrę conſtitutionis, de cætero quempiam ſic vt prȩmittitur, ſe abſolui petentem, niſi in carcere cõſtitutum, quoquomodo audiant, vel admittant, & vbi ſecus fecerint, proceſſus taliter habitos, ac ſententias deſuper latas, nullius fore momenti, ac vitio nullitatis ſubiacere, & illis non obſtantibus, reos ſic abſolutos pœnis debitis puniri, ſeu de nouo inquiri poſſe. Rom. 2. Feb. 1563.

[a] *De bannitis & occidente bānitos pleraq; habes apud Marſil.l.1.ff.ad l.Cornel.de ſicar.& ſing.150.Iul.Clar lib. 5. ſentent. §.homicidium.Capella conſil.6.colum.344.Goz.ad.conſ.6.num. 5.Decius l.qui cum alio.num.5.de reg.iuris.Paul.Caſtrenſis l.binas ædes.de ſeruit.vrban. præd. Tiraquel. tract. de pœnis legum. conſi. 20.num.7.*

NOT. * *Iuxta formam proclamatuum & bannimentorum.* Bannitus impune poteſt occidi ſi ſtatuti accedat licentia, quæ quidem præcepti valorem conſequitur, vt eſt communis opinio Doctorum. Alexand.conſil.2.circa fin.lib.2. quem refert Decius conſil.327.num.3. Anton.Gomeſ.ſup.leg.76. Taur.num.15. Fabius in pract.arbitr.num.39 Adde his vetuſtiores, Iaſ.in l.in ſuis. num.26.ff.de lib.& poſth. Bart. in l. interpretatione. & l. hodie. ff.de pœnis.

Pius Quintus.

Rei pro cuiuſcunque flagitii culpa ad capitalem pœnam damnati, etiam per contumaciam non audiantur niſi in carceribus conſtituti & hæredibus eorum ad quas actio pertinet citatis.

CAP. VIII.

LICET alias fœlic.recordat. Pius Papa IIII. prædeceſſor noſter motu proprio, & ex eius certa ſcientia ſua perpetuo valitura conſtitutione ſanciuerit nullū ab homicidio, ſeu alio quouis crimine, pro quo pœna corporalis [a]veniret imponenda ex aliqua cauſa, vel quia bannitum occidiſſet, ſeu ab alio banniti occiſore iuxta formam proclamatuum, & bannimentorum id promittentium, vel cōſtitutionum deſuper editarum nominatus fuiſſet, ſiue etiam quia ab ipſo occiſus bannitus, & condemnatus

tus extitiſſet, & impune ex diſpoſitione dictorum ꝓclamatuum & bannimentorum, ſeu conſtitutionum occidi potuiſſet, ſe abſolui debere prætendens, ſeu pro homicidio, aut alio crimine per eum commiſſo bannitus, & condemnatus foret, ſiue nondum bannitus, & condemnatus, nec inquiſitus exiſteret, per ſe vel aliam perſonam pro eo quomodolibet comparentem ad abſolutionem petendum admitti, vel audiri poſſe, niſi ſe prius in carceribus conſtituiſſet, & defuncti hæredes ab ipſo citati fuiſſent. Et in euentum quod quis ab homicidio per eum commiſſo ex eo quod alium bannitum occidiſſet, vel ab alio banniti occiſore nominatus foret, ſe abſolui obtineret, eum nihilominus ad locum in quo occiſi hæredes commorantur, quouſque ab illis pacem obtinuiſſet exulare debere, neque ad eum * locum aliter niſi pace ab illis habita remitti poſſe, perpetuo ſtatuerit, & ordinauerit; Inhibens nihilominus omnibus, & ſingulis iudicibus tam ſecularibus, quàm eccleſiaſticis, etiam noſtris de latere Legatis ſub indignationis ſententiæ pœna, ne contra conſtitutionis huiuſmodi tenorem de cætero quempiam ſic vt præmittitur, ſe abſolui petentem, niſi in carcere conſtitutum quoquo modo audeant, vel præſumant, & vbi ſecus fecerint, taliter per eos habitos proceſſus, & ſententias deſuper latas nullius fore momenti, ac nullitatis vitio ſubiacere, & illis non obſtantibus reos ſic abſolutos pœnis debitis puniri, ſeu de nouo inquiri poſſe, Sicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, & auctoritate, iudicari debere decreuerit, aliaque forſan fecerit prout in ipſis Pii literis deſuper in forma motus proprii ſignatis,

ſignatis plenius continetur. Cum tamen à nonnullis in dubium reuocetur, an in literis Pii prædeceſſoris huiuſmodi, comprehendantur etiam illi qui ex aliqua criminali cauſa pro qua pœna corporis afflictiua imponenda foret, in eorum contumaciam condemnati fuerint, ita vt ad purgandum [b] contumaciam, & condemnationem huiuſmodi admitti, vel audiri non debuerint, nec debeant, niſi prius ſe in carceribus conſtituerint: Nos omnem circa præmiſſa ambiguitatem è medio tollere, & penitus amputare volentes, necnõ literarum huiuſmodi tenores præſentibus ꝑexpreſſis habentes, illiſque nihil addentes, vel minuentes, motu ſimili ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decernimus, & declaramus eos omnes & ſingulos qui ex huiuſmodi cauſis, licet in eorum meram contumaciam hactenus condemnati fuerint, & in futurum condemnabuntur, ſub eiſdem literis omninò comprehenſos fuiſſe, & eſſe, ac fore, ita vt non aliter ad purgandum dictam eorum contumaciam, & condemnationem admitti debuerint, vel debeant, niſi ſeſe prius in carceribus conſtituerint vel conſtituant. Decernentes quod in quacunq; inſtãtia, caſu, & cauſa ſe abſolui petant, licet forſan in aliqua ſe conſtituerint, nullo modo audiantur niſi ſe prius in carceribus ſeruatis ſeruandis de nouo conſtituerint, & nouæ conſtitutioni huiuſmodi ad plenum ſatisfecerint, Ac omnes & ſingulas abſolutiones, remiſſiones, & quaſuis alias gratias contra præſentium tenorẽ quomodolibet pro tempore impetratas, & à quibuſcunq; iudicibus cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis & conditionis exiſtant, quouis prætextu, vel cauſa emanatas nullatenus attendi debere, minuſque cuiquam prodeſſe modo poſſe, ſed tanquam nullas, & inua-

inualidas, nulliuſq; roboris vel momenti, reiiciendas eſſe, liceręq; præfatis, & aliis iudicibus, quibuſcunque illis non obſtan. proceſſus huiuſmodi reaſſumere, & prout iuris fuerit terminare. Ro. 12. Iul. 1567.

[a] *Homicidÿ crimen pœna mortis expiatur, antiqua Chriſti lege, vt qui gladio ferit, gladio etiam cadat, & occidens occidatur. Paul. Caſt. in l. ex morte. C. de leg. Aquil. Ang. in gloſſ. ex interuallo. gloſſ. & argum. in l. Gracchus. C. de adu. Capol. conſil. 33.*

b *Purgari & excuſari poteſt contumacia legitimo impedimento, quod quidem dicitur iuſtum, ſi ad locum non datur tutus acceſſus metu periculorum itineris, & variorum diſcriminum. Clem. paſtoralis. de re iudic. l. quæſitum. ff. eo. Ripa tract. peſtis. in tit. de priuilegÿs iudiciorum. num. 1. 2. Neuiz. conſil. 51. num. 10. Aret. conſil. 16. num. 4.*

NOT. * *Ad locum niſi pace ab illis habita remitti poſſe.*) Bannito non poteſt dari licentia reuertēdi ad ciuitatem niſi à Principe. l. relegati. in fin. ff. de pœnis. Comparatur itaque alias deportato, alias relegato. gloſſ. in §. item is cui. Inſtit. quib. modis ius patr. poteſt. ſoluatur. Curt. Iun. conſ. 182. num. 4. & num 8. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 71.

Idem.

Sanctionum pie & iuſte in homicidas & bannitos edictarum accurata declaratio & confirmatio.

Cap. IX.

PII Æ memoriæ Pius Papa IIII. prædeceſſor noſter Pii II. Pauli, Sixti, Iulii, Leonis, & Clementis prædeceſſorum literas in bannitos, ſicarios, & homicidas latas, cum ſtatutorum, ordinatio-

nationum, extenſionum, ampliationum, reuocationum,caſſationum,irritationum, annullationum,decretorum,confiſcationum,incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requiſitionum, & mandatorum, ac omnibus & ſingulis aliis in eis reſpectiuè contentis clauſulis,auctoritate Apoſtolica per ſuas literas approbauit, & innouauit, ac perpetua roboris firmitate ſubſiſtere, & per ſingulos quos literæ ipſæ concernebant,& concernerent in futurum, ſub excommunicationis, anathematis, maledictionis, infamiæ, ſuſpenſionis, diffidationis, criminis læſæ maieſtatis, ſeditionis, rebellionis, confiſcationis, depoſitionis, priuationis, inhabilitatis, & interdicti, ac aliis cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, & temporalibus, ac corporis afflictiuis in eiſdem literis contentis, quas contrauenientes eo ipſo incurrerent, perpetuò inuiolabiliter obſeruari, illaſque [b] etiam ad homicidas,ſicarios, exititios, criminoſos, rebelles, aliosque infames, propter homicidia & alia nefanda per eos perpetrata exceſſus crimina & delicta, etiam ad hoc vt ipſi in ciuitatibus,terris,caſtris, vel locis eorum, ſeu in quibus tunc morabantur banniti, & condemnati, etiam habita pace ab hæredibus, filiis, ſeu conſanguineis occiſorum, aut partium læſarum, non ſolum à locis circumuicinis vſque ad quinquaginta milliaria, ſed etiam ab omnibus & ſingulis ciuitatibus,terris,caſtris, & locis, etiam regni, & partim prædictorum nobis, & dictæ Romanæ eccleſiæ mediatè vel immediatè quomodolibet ſubiectis banniti, & exules eſſent, & eſſe cenſerentur, nec in illis, ſeu eorum aliquo etiam prætextu cuiuſuis licentiæ, ſaluiconductus,remiſſionis,reductionis, reuocationis,vel alterius gratiæ per eos deſuper quomodolibet pro tempo-

tempore obtentæ moram trahere poſſent. Et ſi in eis reſiderent, vel reperti eſſent, capi & [c] detineri, & incarcerari, ac iuxta criminum & exceſſuum per eos perpetratorum qualitatem, & literarum Pii II. & Clementis prędeceſſorum huiuſmodi tenorem, ſub pœnis in eiſdem literis contentis per officiales ciuitatis, terræ, caſtri, vel loci, in qua vel quo deprehenſi forent, debitis pœnis plecti, ſeu inde educi, & ad forum ſeu officiales, ac quos criminum ſeu exceſſuum eorundem punitio de iure vel conſuetudine pertineret, remitti deberent, extendi, & ampliari debere, & in eis locum habere decreuit. Et nihilominus pręmiſſa omnia & ſingula, prout per Pium II. Paulum, Sixtum, Iulium, Leonem, & Clementem prædeceſſores præfatos ſtatuta, ordinata, extenſa, ampliata, reuocata, caſſata, annullata, inhibita, decreta, & declarata fuerant, etiam ad hoc, [d] vt Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarii, Feudatarii, Capitanei, Magnates, Principes, communitates, ciues, officiales & perſonæ, ac alii quos prædictæ, & præſentes literæ, concernunt, ac ipſorum ſinguli literas, & in eis contenta huiuſmodi non obſeruantes, & illis directè, vel indirectè quomodolibet contrauenientes, ac eis adhærentes, eorumque fautores & cōplices, ſingulas cenſuras, & pœnas prædictas eo ipſo abſque aliqua declaratione incurrerent, & incurriſſe cenſerentur. Ipſique Duces, Barones, Marchiones, Comites, domini temporales, Vicarii, & Feudatarii, ciuitatum, terrarum, caſtrorum, & locorum, etiam regni, & partium prædictorum ſibi & eidem eccleſiæ immediatè ſubiectorum aliquos ſuos, & dictæ eccleſiæ hoſtes, & inimicos aut ſubditos exules, bannitos, & facinoroſos cuiuſcunque ſtatus, vel conditionis eſ-

 ſent,

ſent, publicè vel occultè, vllo vnquam tempore recipere, vel acceptare nullatenus præſumerent. Et ſi aliquos ad eorum dominia,& territoria confugere contingeret, illos ex eorum dominiis, vel territoriis huiuſmodi expellere,ſeu ad ſimplicem iuſſionem,vel requiſitionẽ ſuam, & ſucceſſorum ſuorum, quò vellet, & ſucceſſores ipſi vellent, tutè cõduci facere, ac quod præmiſſa ab eius ſubditis inuiolabiliter obſeruentur omni excuſatione ceſſante cum effectu curare, ſub ſimilibus priuationis, & rebellionis, ac criminis læſæ maieſtatis pœnis ſi contra feciſſent eo ipſo incurrendis.

Necnon vt homicidæ,fautores [e] & complices prefati facilius capi & puniri poſſent, quod communitates ciuitatum,& vniuerſitates terrarum,caſtrorum,& locorum, in quibus ſeu quorum territorio, diſtrictu, & ditione dicta homicidia perpetrarentur, ſub paribus interdicti eccleſiaſtici, & duorum millium per communitates,ac mille ducatorum per vniuerſitates, necnon ciuitatum, terrarum, & locorum eorundem Domicelli, Barones, Vicarii, & alii in temporalibus domini ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ, & quinque millium ducatorum auri præfatæ Cameræ irremiſſibiliter applica-dorum eo ipſo, abſque alia declaratione incurrendis pœnis, eoſdem homicidas, complices, & fautores ſtatim capere, ac omnem exactiſſimam diligentiam, de qua per publica documenta fidem etiam facere tenerentur, capi facere, etſi eos capere non poſſent, ſtatim commiſſum homicidium vniuerſitatibus,ſeu incolis,&habitatoribus oppidorum, & locorum circumuicinorum ad quæ declinabunt ſeu declinare poterũt notificari. Communitates verò, & domini in temporalibus prædicti ad quorum

quorum ditiones tales declinabunt, cum primum id ad eorum notitiam deuenerit, eos apprehendere, ſeu apprehendi facere, quod ſi non potuerint, ſimiliter id vniuerſitatibus ſeu incolis, & habitatoribus vicinorũ locorum ad quæ declinabunt, aut veriſimiliter declinare poterunt, inſinuare, & captos ad eorum Iudices ordinarios traducere, & tradere, ſub ſimilibus pœnis tenerentur, & deberent, de nouo ſtatuit, ordinauit, inhibuit, & declarauit. Et ſimiliter quibuſuis dictæ ſedis Legatis etiam de latere, ac Nunciis, & Prouinciarum Rectoribus, necnon ſuis, & dictę Romanæ eccleſiæ Vicariis in temporalibus pro tempore exiſtentibus, & præfatis communitatibus omnem ſuper abſolutionis homicidiorum huiuſmodi per eum, & prædeceſſores ſuos ac ſedem eandem, ſub quauis forma, & verborum expreſſione conceſſam, approbatam, & innouatam auctoritatem, & facultatem reuocauit, caſſauit, irritauit, & annullauit. Et ſi quando ſimiles abſolutiones per eum, & ſucceſſores ſuos Rom. Pontifices, & ſedem præfatam concedi contingeret, illas per iudices, & officiales, ad quos pertineret, niſi trinæ literæ Apoſtolicæ ſub interuallo vnius menſis p̄ ſingulis literis huiuſmodi cum expreſſa derogatione præſentium deſuper emanarent, nullatenus admitti, vel obſeruari voluit, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur.

Cum autem ſtatim vbi nos ad ſummi Apoſtolatus apicem f diuina cooperante prouidẽtia aſſumpti fuimus, ob earundem literarum non obſeruationem in eiſdem ciuitatibus, terris & locis, ac etiam in alma vrbe noſtra varias diſſenſiones, diſcordias, & odia vigere, latrocinia, & homicidia, aliaq; nefandiſſima crimina perpetrari, ac præfatos Pium II. Paulum, Sixtum,

Iulium, Leonem, Clementem, ac Pium IIII. prædeceſſores pro fœlici ac tranquillo ſtatu & commodo pſonarum tam dictæ vrbis quàm aliarum ciuitatum, terrarum & locorum prædictorum, præmiſſa ſtatuiſſe, ordinaſſe & peregiſſe perſpexerimus: Idcirco nos quoque eadem ratione quietis videlicet ac pacis moti, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris eiuſdem ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, ac de illorum vnanimi conſilio & aſſenſu ſingulas Pii II. & Pauli, ac Sixti, necnon Iulii & Leonis, & Clementis, & Pii IIII. prædeceſſorum literas huiuſmodi, cum ſtatutorum, ordinationum, extenſionum, ampliationum, reuocationum, caſſationum, irritationum, annullationum, decretorum, confiſcationum, incorporationum, applicationum, voluntatum, hortationum, requiſitionum, & mandatorum, omnibuſque & ſingulis aliis in eis reſpectiue contentis clauſulis Apoſtolica auctoritate prædicta, tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innouamus, illiſque perpetuum & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, ac ab omnibus & ſingulis, quos illæ concernunt, penitus ac ſub prædictis per contrafacientes irremiſſibiliter incurrendis pœnis obſeruari volumus atque decernimus, eaſdemque literas ad hoc, vt ſi homicidæ, ſicarii, banniti in ciuitatibus, terris, caſtris, & locis prædictis cuiquam damna aliqua intulerint, ipſique damnis taliter illatis, à ciuitatum communitatibus, ac terrarum, caſtrorum, & locorum huiuſmodi vniuerſitatibus capti & deprehenſi non fuerint, ſed taliter delinquentes impune euaſerint, communitates ac vniuerſitates huiuſmodi (præter hoc quod ad damnorum quorumcunque ſic illatorum parti læſæ damnaque huiuſmodi patienti, eorumque

rumque hæredibus plenariam reſtitutionem & ſatiſ-factionem omninò teneantur) ad tantundem quantum damna illata huiuſmodi extimata fuerint, Cameræ Apoſtolicæ realiter & cum effectu perſoluendum omnino ſint aſtricti, auctoritate & tenore præfatis extendimus & ampliamus. Mandantes eiſdem communitatibus & vniuerſitatibus, quatenus ipſæ in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub maioris excommunicationis, ac aliis nobis, & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici beneuiſis pœnis eoſdem ſicarios & bannitos, in eorum ciuitatibus, caſtris, terris & locis commorantes, ſeu per eas & ea tranſeuntes capere, & ad populum conuocandum & coadiuuandum campanas pulſare, eoſq; ſic captos ad carceres conducere, aut Curiæ temporali conſignare omninò teneantur. Romæ 3. Non. Iul. 1566.

a *Hoc diploma eſt fragmentum illius quod edidit Pius V. in ſuperiorum confirmationem.*

b *Extenſio conſtitutionis ad vniuſcuiuſque generis violentos & crudeles homines.*

c *Banniti in finibus locorum extra quos relegati ſunt, capi poſſunt.*

d *Non eximuntur à pœnis huius decreti Principes, nec communitates. In vno quoque caſu punitur vniuerſitas, quando notoria maleuolentia receptat famoſos latrones. And. in cap. 1. §. de recept. de pace iur. firm. Par. in tract. Syndic. verb. contumacia. verſ. an iudex.*

e *Ideo lex animaduertit in fautores, & ſuaſores homicidiorum, vt ſint qui aliorum malas mentes optimo conſilio euertãt, eorumque ſaluti proſint. Incendij reus eſt, inquit Clemens Alexand. qui ignem non reſtinguit, & furti, qui furem non prohibet, & homicidij, qui homicidium non coercet.*

f *Inſigni ſollicitudine quamprimum ad Apoſtolicæ ſedis fa-*

ſtigium euectus eſt Pius V. Pon. Max. curauit & in tota eccleſia-ſtica ditione (renouans priorũ Pontific. in hanc rem ſanctiones) edixit vt itinera à latronibus tuta ſeruarentur, ita vt ſi quis à latronibus cæderetur pœnam eſſet exacturus ab illis in quorum vicinia id accidiſſet. Laur. Sur. de Pio V. ſub an. 1565.

Sixtus Quintus.

In ſicarios, bannitos, latrones, & homicidas acquiſsima conſtitutio priorum Pontificum decreta confirmans.

CAP. X.

HOc noſtri Pontificatus initio, inter multa Reipublicæ damna & incõmoda, quę menti noſtræ obuerſabantur, nobis longè fuit grauiſſimum, quod populos S.R.E. ditioni temporali ſubiectos, non modo ad rerum, ſubſtantiarumq; ſuarum perturbationem & iacturam, ſed etiam vitæ periculũ redactos inuenerimus, exulibus, [a] bannitis, cæteriſq; id genus facinoroſis hominibus ita vndiq; ingruentibus & graſſantibus, vt vix quiſquam ab hac hominum peſte, tutus alicubi conſiſtere poſſe videatur. Quare cum ad hęc ſananda mala, ex officii noſtri debito, & præcipua erga noſtros ac eiuſdem Rom. eccleſ. ſubditos charitate aſſiduè extimulemur, nihil non agere & tentare decreuimus, quo populis optata quies, ſalus, ſecuritas & tranquillitas per nos reſtituatur. Quod ita demum, Deo auxiliante, ſperamus nos eſſe conſecuturos, ſi cautè prouideatur, ne vllum domi foriſq; intra extraue fines noſtros criminoſos hominibus huiuſmodi pateat diffugiũ aut receptaculũ, ſed omninò legum & magiſtratuũ ſeueritatẽ iuſtitiaq; gladium ſubire, ac debitas pœnas luere cogantur.

Itaque

Itaque de fratrum noſtrorum conſilio omnes, & ſingulas conſtitutiones à fœl. record. Pio II. Paulo etiam II. Sixto IIII. Iulio ſimiliter II. Leone X. Clemẽte VII. Iulio III. Pio etiam IV. Pio V. Greg. XIII. & quibuſuis aliis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ſuo cuiuſque tempore in deteſtabile prædictorum & aliorum infraſcriptorum hominum genus, pro temporis, & criminum ratione editas, cum omnibus, & ſingulis eis contentis quoad ea quæ præſentibus non contrariantur, & excepta excommunicationis ſententia, per eaſdem conſtitutiones in illis contrauenientes promulgata, quam ne animarum perniciem potius quàm ſalutem adferat conſulto tollendam, & ſubmouendam duximus, ex certa ſcientia noſtra approbantes & innouantes, illarumque omnium tenores ac ſi de verbo ad verbum infererentur pro expreſſis & inſertis haberi volentes. Romæ primo anno Pontificatus Sixti V.

[a] *Vetus fuit priſcorum legiſlatorum conſilium nulla fœliciori via conſuli publicæ quieti quam ſi nepharij & ſcelerati omnes à ciuili ſocietate arcerentur, hæcque cura cœlitus demandata eſt magiſtratui in cuius poteſtate ipſe Deus vniuerſas reſpublicas eſſe voluit. cap. in apibus. 7. quæſt. 1. vt potiſſimum cuſtodiant actionum propoſitionem & malorum animaduerſionem. l. imperium. ff. de iuriſdictione omnium iudicum.*

TIT.

TIT. IX.

De falſis & falſum exponentibus.

Innocentius VIII.

Perſonæ qualitatem & conditionem mentientes vt aliquid facilius conſequantur, rei hoc obliquo tramite aſſecutæ, fructu careant.

CAP. I.

CVM ſicut non ſine diſplicentia accepimus nonnulli conſcientiæ ſuæ prodigi & auaritiæ morbo laborantes, vt literas Apoſtolicas gratis [a] expediant, & officiales debita eorum portione defraudent, in eiſdem literis ſe nonnunquam venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium, aut dilectorum filiorum abbreuiatorum de maiori præſidentia, ſeu literarum prædictarum ſcriptorum, necnon aliarum p̄ſonarum quarumcunque ex quarum qualitatibus & priuilegiis ſiue antiqua cõſuetudine literas ipſas gratis expedire ſolent, nepotes & quandoque germanos interdum verò familiares * continuos commenſales fuiſſe & eſſe affirmare, & vt tales in dictis literis ſe inſcribi facere ac feciſſe non vereantur, cum reuera tales non fuerint: in animarum ſuarum periculum, ac officiorum Romanæ curiæ non modicum præiudicium & grauamen: Nos fraudibus & deceptionibus huiuſ-

huiuſmodi prout noſtro incumbit officio de remedio opportuno prouidere volentes motu proprio & ex certa ſcientia omnes & ſingulos cuiuſcunque ſtatus, gradus & conditionis fuerint, & quocunque nomine nuncupentur qui ſe Cardinalium aut aſſiſtentium ſeu ſcriptorum eorundem aut aliarum perſonarum quarumcunque ex quarum qualitatibus & priuilegiis ſiue antiqua conſuetudine literas ipſas gratis expediri ſolent, nepotes ſeu germanos aut familiares continuos commenſales in eiſdem literis nominauerint, cum reuera tales non fuerint: excommunicationis ſententia à qua niſi per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, mortis articulo excepto, ac ſatiſfactione prȩuia abſolui non poſſint, auctoritate Apoſtolica per præſentes innodamus. Et nihilominus conceſſiones & gratias in eiſdem literis cõtentas quaſcunque, ipſaſque literas hactenus expeditas & expediendas viribus omninò carere, eiſque & eorum ſingulis in aliquo ſuffragari non potuiſſe nec in futurum poſſe, motu auctoritate & ſcientia ſimilibus decernimus & declaramus, ac volumus quod mandatum decretum & declaratio noſtra huiuſmodi in Cancellaria Apoſtolica publicetur, & in illius libro deſcribatur, ac perpetuis futuris temporibus inuiolabiliter obſeruetur. 18. Aug. 1487.

[a] *Qui nomina aut familiaritatem Cardinalium mentiuntur vt facilius obtineant gratiam, excommunicantur, nec ea adepta vti poſſunt, quia non eſt veriſimile quod falſitati illi Pontifex indulſerit. Rebuffus in praxi ben. de forma & declaratione nouæ prouiſ. verſ. iteque abſoluentes. Paul. Pariſ. conſ. 77. In cauſa. col. 2. in vol. 4.*

NOT. * *Familiares continuos.)* Qui familiaritatis priuilegio firmari poſtulant ſua vota in Curia Romana pro adipiſcendis

cendis faciliori tramite beneficiis non tantum illis expetit vt exprimant quot fuerint familiares alicuius Cardinalis niſi nomen Cardinalis & titulus exprimatur & conſenſus illius quando affirmatiue fuerit dictum aſſe familiarem. Rebuffus de forma ſignaturæ. Qui verò vt gratis expediatur beneficii diplomate emendicato fauore illudunt mentem concedentis vt dicant ſe familiares aut affines Cardinalis cum non ſint veluti falſi & impoſtores retruduntur, & excommunicantur ipſo iure ſecundum Innoc. & Alexand. & carere debent ſucceſſione.

Paulus Quartus.

Qui perſonis interpoſitis beneficiorum prouiſionem venantur, aut ſeipſos in canonico examine offerunt quo alterius ignorantiæ & imperitiæ fucum præbeant falſumq́ tueantur, excommunicantur.

Cap. II.

INTER cæteras curas, quibus ex Apoſtolatus officio aſſiduè vrgemur & premimur, ea continuè animo noſtro fixa fuit, vt beneficia eccleſiaſtica, præſertim curam animarum habentia, perſonis conferantur idoneis, quæ vellent & poſſent apud ea perſonaliter [a] reſidere, ſcirentque eis laudabiliter deſeruire. Et ad hoc dilectos filios noſtros Bernardinum ſancti Matthæi Tranen. & Scipionem ſanctæ Potentiæ de Piſis, ac Ioannem ſancti Ioannis apud portam Latinam titulorum Reumanum, nuncupatos presbyteros Cardinales, quia vna cum venerabili fratre Franciſco Epiſcopo Gebenen. Datario noſtro diſtributioni & prouiſioni beneficiorum

rum huiuſmodi præeſſent, iam dudum deputauimus. Verum cum audiamus eoſdem Cardinales, & Datarium, licet in his eam, quam poſſunt, maiorem ſemper adhibuerint & indies adhibeant diligentiam, perſonas quibus beneficia ipſa conferenda ſunt, ſuper literatura [b] examinando, de eorum vita, & moribus, ac beneficiis per eos obtentis, aliiſque ad præmiſſa facientibus accuratè inquirendo, diuerſimodè tamen circumueniri, & falli, ac diuerſas eis fraudes in præmiſſis fieri, aliquibus ſe alios eſſe ſimulantibus, & tanquam tales ſe in examine ſupponentibus, aliis beneficia pro perſonis ſibi cognitis, & id ignorantibus vt poſtmodum cum eis beneficia, etiam per ſimoniacam prauitatem contractare, & ſuper eis paciſci poſſint, aliis beneficia tam pro ſe, quam aliis perſonis cum oblatione diuerſarum penſionum annuarum diuerſis perſonis, etiam familiaribus, continuis commenſalibus noſtris, aut aliis quos ipſi nobis gratos, & acceptos eſſe exiſtimant, annuatim perſoluendarum, & ſic ſimoniacam hæreſim incurrendo, aliis beneficia huiuſmodi pro diuerſis aliis ſub ſpe penſionem annuam aut aliud commodum temporale, ab eis conſequendi, aliis beneficia ipſa pro ſeipſis animo & intentione, & interdum pacto expreſſe firmato de eis poſtmodum in fauorem aliorum qui aliquando minus idonei, & non benemeriti exiſtunt, cum ſimili penſione, aut commodo, aut ſine illa, vel illo reſignandis, & dimittendis maxima cum inſtantia obtinere procurantibus. Nos præmiſſis fraudibus, & dolis, ac hęreſi ſimoniacæ quantū cum Deo poſſumus efficaciter occurrere volentes, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, atque decernimus, ꝙ de cætero omnes & ſinguli, qui poſt publicatione[m] præſen

præſentium in locis infraſcriptis faciendã, occaſione beneficiorum obtinendorum ſe alios eſſe ſimulauerint, [c] & tanquam tales ſe in examine ſuppoſuerint, aut beneficia pro perſonis id ignorantibus, ſeu pro ſe, vel pro aliis cum oblatione alicuius penſionis annuæ, aut pro aliis, cum ſpe penſionem annuam, aut aliud quantumuis modicum temporale commodum ab eis conſequendi vel pro ſeipſis principaliter, animo & intentione ea poſtmodum in fauorem aliorum, etiam quantumuis idoneorum, & benemeritorum, cum ſimili penſione, aut commodo, aut etiam ſine eo reſignandi obtinere procurauerint, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis & conditionis exiſtant, etiam ſi Epiſcopali, aut alia maiori dignitate eccleſiaſtica, vel Cardinalatus honore, ſeu mundana, etiam Regia, Ducali, aut Marchionali præeminentia præfulgeant, excommunicationis & anathematis, ac maledictionis ęternæ ſententiam à qua niſi à nobis, aut Romano Põtifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo conſtituti abſolui nequeant, necnon priuationis omnium & ſingulorum beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura, ſecularium & quorũuis ordinum regularium per eos in titulum vel commendam, aut alias quomodolibet obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda pœnam eo ipſo abſque alia deſuper facienda declaratione incurrant, ita vt conſtito ſolum ſummariè, & extraiudicialiter, quod ipſi contra tenorẽm præſentium aliquid fecerint, per curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalem auditorem, ſeu viceauditorem, vel eius locumtenentem pro talibus & vt tales publicari poſſint: Et nihilominus, ſic, vt præfertur, obtentæ prouiſiones, & commendæ, aliæque diſpenſationes nullæ

nullæ ſint, irritæ & inanes, nullumque alicui ius in ipſis beneficiis, vel ad illa tribuant, nec aliquis earum vigore fructus ſuos faciat, ſed ad eorum reſtitutionem teneantur, poſſintque beneficia, tam ſic impetrata quam per eos antea obtenta, tanquam modo præmiſſo vacantia à nobis, & Romano Pontifice pro tempore exiſtente duntaxat liberè impetrari. Volumuſque ſtatutum, ordinationem, & decretum noſtra huiuſmodi, etiam quoad monaſteria monialium, & alia beneficia per moniales, aut alias mulieres obtineri ſolita locum habere.

[a] *De reſidentia vide ea quæ in ſecundo libro copioſe dicta ſunt.*

b *Pontificum & Conciliorum ſanctionibus nemo debet admitti ad dignitates & eccleſiaſticas curas neglecto examine vitæ, morum & eruditionis. 81. diſt. cap. qui ſunt ſine. Innocentius III. 24. diſt. c. quando Epiſcopus. extr. de ſcrutinio in ordine fac. c. vnico. ſexta Synod. Conſtant. can. 33.*

c *Qui vel perſonas vel nomina mutant vt facilius aliquid extorqueant potius quam impetrent, videntur profecto rei falſi. Bald. & Doctor. in l. 1. C. de mutat. nomin. & Bartol. in l. falſi. in princip. ff. de falſis. Vide Bonifacium Vitalinum in tractatu maleficiorum, ſub rubrica de pœna mutantis ſibi nomen.*

Leo Decimus.

Surreptitiæ ſunt literæ per falſam rei narrationem extortæ & impetratæ.

Cap. III.

INHÆRENDO [a] veſtigiis prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, ſicut non abſque graui diſplicentia accepimus, nonnulli animæ ſuæ

prodigi,& auaritiæ morbo laborantes,aut literas Apoſtolicas gratis expediant, & Romanæ Curiæ officiales debita eorum portione defraudent, in eiſdem literis nonnunquã venerabilium fratrum noſtrorũ S.R.E. Vicecancellarii,& aliorum Cardinalium,aut dilectorum filiorum Abbreuiatorum de minori præſidentia ſeu literarum prædictarum,ſcriptorum, necnon aliarum perſonarum quarumcunq;, [a] quarum qualitatibus,& priuilegiis,ſiue antiqua conſuetudine,literas ipſas gratis expedire ſolent,nepotes,& quandoq; germanos,interdum verò familiares continuos commenſales fuiſſe,& eſſe affirmare,& vt tales in dictis literis ſe inſcribi facere, & feciſſe non vereantur; cum re vera tales non fuerint,in animarum ſuarum periculum, & officiorum eiuſdem Rom. Curiæ non modicum præiudicium & grauamen. Nos igitur fraudibus & deceptionibus huiuſmodi, prout noſtro incumbit officio de remedio opportuno prouidere volentes, motu ꝓprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes & ſingulos cuiuſcunque ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint, & quocunque nomine nuncupentur,qui ſe vicecancellarii,aut aliorum Cardinalium, vel abbreuiatorũ, ſeu ſcriptorum eorundem, aut aliarum perſonarum quarumcunque ex qualitatibus & priuilegiis, ſiue ex antiqua conſuetudine huiuſmodi literas ipſas in toto, vel in parte gratis expedire ſolent, nepotes, fratres, aut familiares continuos commenſales in eiſdem literis etiam motu proprio conceſſis nominauerint,ſe re vera tales nepotes,aut fratres,vel familiares continui commenſales non fuerint, [b] Necnon officiales præmiſſa fieri procurantes, ſeu permittentes excommunicationis ſententiam,à qua non niſi per Romanum Pontificem

pro

pro tempore exiſtentem (articulo mortis excepto, ac debita ſatisfactione præuia) abſolui poſſint, auctoritate Apoſtolica per præſentes innodamus, eoſq; excommunicationis ſententiam huiuſmodi in dictum euentum ex nunc, prout ex tunc, & econtra incurriſſe declaramus, & pro talibus publice iudicari mandamus: Ac ipſos officiales procurantes, ſeu permittentes huiuſmodi à ſuorum officialium perceptione emolumentorum per annum continuum, vltra alias pœnas quas propterea incurrent, omnino ſuſpendimus. Et nihilominus conceſſiones, & gratias in eiſdem literis contentas quaſcunque, ipſaſque literas hactenus tam per Cameram, quam Cancellariam expeditas, & expediendas viribus omnino [c] carere, eiſque quos concernunt, & eorum ſingulis in aliquo ſuffragari nō potuiſſe, neq; in futurū poſſe, ſed omnino ſurreptitias, * inualidas & nullas fuiſſe, eſſe & fore, ſicq; per quoſcunque Iudices etiam ſanctæ Ro. eccleſiæ Cardinales, ac ſacri Palatii Apoſtol. auditores, in quacunq; inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi & iudicandi facultate, interpretari, & iudicari debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper iis quauis auctoritate etiam per nos & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, qui pro tempore fuerint, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, motu & ſcientia ſimilibus decernimus, & declaramus: Ac volumus quod mandatum, decretum, & declaratio noſtra huiuſmodi in Cancellaria Apoſtolica publicentur, & in illius libro deſcribantur, ac perpetuis futuris temporibus obſeruentur. Romæ 20. Februar. 1517.

[a] *Conuenit hæc conſtitutio cum ea quam Innocentius edidit in hanc rem ſup. c. 1. eod.*

b *Literarum expeditio in Camera Apoſtolica gratis fit ijs quos commendat familiaritas inter patres purpuratos, aut qui ijſdem famulati ſunt.*

c *Qua via ſibi prouidere debet is qui conſequutus eſt beneficium falſa narratione familiaritatis aperit Rebuffus tit. de reſcripto etiam & perinde valere.*

NOT. * *Surreptitias, inualidas, & nullas fuiſſe.*) Vulgare iuris axioma eſt in poſtulanda gratia ſingula exprimenda eſſe quæ facilius Principem à conceſſione gratiæ auertere poſſent, ſurreptitiæq; videntur huiuſmodi conceſſiones vt clarè ex hac conſtitutione liquet. & ex text in cap. ſi proponente. de reſcript. Felin. in cap. ad aures in verb. noua concluſio. Decius in c. cum ceſſante. colum. 2. de appellat. Iaſ. conſil. 105. lib. 1. Corne. conſil. 34. lib. 1. col. 1. Gratia à Principe conceſſa alicui viribus non ſubſiſtit ſi cauſa in precibus expreſſa falſa fuerit.

Sixtus Quintus, ex bulla cœnæ Domini.

Excommunicantur adulterantes & falſificantes literas Apoſtolicas.

Cap. IIII.

EXCOMMVNICAMVS * & anathematizamus omnes falſarios a literarũ Apoſtolicarum & in forma breuis ac ſupplicationum gratiam vel iuſtitiam continentium per Romanum Pontificem vel ſanctæ Romanæ eccleſiæ vicecancellarium ſeu gerentes vices eorum aut de mandato eiuſdem Romani Pontificis ſignatorum, aut ſub nomine eiuſdem Romani Pontificis, ſeu vicecancellarii aut gerentium vices prædictorum ſignantes

tes ſupplicationes eaſdem. Extendentes conſtitut. fœlicis recordationis Innocent. Papæ III. quæ incipit: Ad falſariorum. cum omnibus pœnis in ea contentis, ad falſificantes ſeu mutantes ſupplicationes per nos ſeu de mandato noſtro ſignatas & datas, ſine noſtra aut Datarii noſtri licentia.

[a] *Adulterantes & corrumpentes literas Apoſtolicas excommunicantur. Pœna verò falſi in iure ciuili eſt vltimum ſupplicium.l.1.in princip.ff.ad leg.Cornel. de falſis.§.item lex Cornel. de fal.vide com.Rebuff.in bullam cœnæ Domini.*

NOT. * *Excommunicamus falſarios.*) Regularis eſt pœna falſi deportatio, bonorum publicatio, mo[illegible]icis. Sed clericus degradatur & in monaſterium ad tan[illegible]leris agendam pœnitentiam detruditur.c.1.vbi Abbas.de crim.fal.Innocentius III. ad Epiſcopum Pariſienſem: Pro illo verò (inquit) falſario ſcelerato quem ad mandatum noſtrum capi feciſti, hoc tibi duximus conſulendum, vt in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam ipſum includas, pane doloris & anguſtiæ ſuſtentandum, vt commiſſa defleat, & flenda vlterius non committat.

TIT. X.

De ambitu.

Paulus Quartus.

Quo plus altiora & ſanctiora ſunt honorum faſtigia eo mitius & modeſtius homines ambire decet. Pontificatus itaque electionem ante ſedem vacantem procurans, & ſuffragia venatus excommunicatur, & ab omnibus dignitatibus abdicatur.

CAP. I.

CVM ſecundum Apoſtolum, nemo debeat ſibi honorem aſſumere, [a] ſed qui tanquã Aaron vocatur à Deo, facile ab omnibus iudicari poteſt, quã grauiter excedant, errent, & peccent, qui tam inferiores quàm ſuperiores dignitates eccleſiaſticas, & ipſam denique beati Petri ſedem, ac Apoſtolicæ dignitatis culmen & apicem à Deo optimo Maximo, a quo omnia bona procedunt, nulla prorſus humana ope, nec cuiuſuis auxilio, conſilio, vel fauore interueniente, prouenire non arbitrantur, ſed illas tanquam venales, aut alias in diſpoſitione mortalium conſtitutas, diuerſis modis & mediis ambire & aſſequi, ſeu potius vſurpare præſumunt.

Nam vt Romanæ & cuiuſlibet alterius, tam ante, quã poſt Domini Dei, & redẽptoris noſtri Ieſu Chriſti in terris aduentum, benè inſtitutæ reipublicæ de ambitu, & contra ambitus reos ſanctiſſimè promulgatas, & inuiolabiliter obſeruatas leges, ad præſens omittamus, nonne huiuſmodi deteſtabile ambitus ſcelus, etiam iure diuino grauiſſimè punitur, cum Abſalon, qui regnum genitoris ſui adhuc viuentis ambiebat, ex mulo cui inſederat eleuatus, capillis capitis ſui quercui ſuſpenſus remanſit, & a Ioab tribus lanceis in corde transfixus fuit? Nonne illud ſacrorum Conciliorum à ſancta Dei eccleſia receptorum, & approbatorum auctoritas diuerſimode deteſtatur & punit, cum quemcunque presbyterum, aut diaconum, ſeu clericum, qui Papa incolumi, & eo incõſulto ſubſcriptionem pro Romano Põtificatu commodare, aut pictatia promittere, ſeu ſacramentum præbere tentauerit, aut aliquod ſuffragium [b] polliceri, vel de hac cauſa priuatis conuenticulis factis, aliquid deliberare, & decernere

cernere præſumpſerit, loci ſui dignitate, & communione priuandum, anathematiſq; pœna plectendum cenſeat, & propter occultas fraudes, & cõiurationum huiuſmodi ſecretas inſidias, ſi quis harum actionum particeps, cõſilia eorum, qui de Pontificali agunt ambitu, ad notitiam eccleſiæ deferat, & rationali probatione conuincat, eum non ſolum ab omni culpa purgatum remanere, verumetiam remuneratione nõ indigna ſableuari velit, & ſtatuat, & exinde non modo ſacrorum canonum, ſed etiam ſecularium legum interpretes peritiſſimi & probatiſſimi, ambientes Papatum, aut ſuper eo Papa viuente, & inconſulto, tractãtes, ſeu conuenticulas facientes, crimen læſæ maieſtatis in primo capite, & ſimoniacæ hæreſeos incurrere decreuerint, non ſine clara, & aperta ratione, cum omnis tractatus de loco, dignitate, & bonis alicuius viuentis, eo non conſentiente, ab vtroque iure prohibeatur, & reprobetur, præſertim cum inde præſtetur votum captandæ mortis, quod ſacri canones, & venerandæ leges paſſim abhorrent, & deteſtantur. Accedit ꝙ cum inter Pontificem & eccleſiam cõtrahatur ſpirituale coniugium, quod fortius eſt carnali, grauiſſimæ pœnæ ex vtriuſque iuris cenſura imponuntur iis, qui conſtanti matrimonio, de alio coniuge tractare præſumunt. Quare cum peccatis exigentibus, plures indies beati Petri ſedem, nobis viuentibus, & inconſultis, ambire, & conuenticulas ſuperinde facere dinoſcantur, & ad hoc ſuffragia S. R. E. Cardinalium obtinere, & quodam modo ſubharrare procurent, & ſatagant.

Nos cupientes huiuſmodi deteſtabile ambitus, & illi coniuncta ſimoniacæ [c] hæreſeos, & læſæ maieſtatis crimina, non solùm noſtris, ſed etiam ſucceſſorum

noſtrorum Romnanorum Pontificum pro tempore exiſtentium temporibus perpetuo abolere,& non ſolum ex vſu,ſed etiam ex mentibus hominum, præſertim in electione Romani Pontificis,qui Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti in terris Vicarius exiſtit,radicitus euellere,& in præmiſſis pro tantę rei neceſſitate, & periculi magnitudine, vt tenemur, ſalubriter prouidere, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris ipſius ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, de eorum conſilio, & vnanimi aſſenſu,hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione, Apoſtolica auctoritate, & de noſtræ Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes & ſingulas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac priuationis,& quaſuis alias ſententias,cenſuras,& pœnas dudum à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, aut ſacris Conciliis, ſeu ſanctorum Patrum noſtrorum decretis, ſtatutis, capitulis, canonibus, conſtitutionibus, & ordinationibus contra ſic ambientes quomodolibet latas, & promulgatas, approbamus,& innouamus,ac perpetuo obſeruari, & in viridi obſeruantia,ſi forſan in ea non ſint,reponi, & eſſe debere. Necnon quoſcunque in præmiſſis, tam noſtro, quàm ſucceſſorum noſtrorum prædictorum tempore,publicè vel occultè, aut alias quomodolibet delinquentes, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis,conditionis, & præeminentiæ exiſtant, etiam ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali,Patriarchali,aut alia maiori eccleſiaſtica dignitate, ſeu Cardinalatus honore, vel mundana, etiam Ducali, Regali, Reginali, aut Imperiali auctoritate,ſeu excellentia præfulgeãt,& eorum quemlibet ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurrere volumus atque decernimus. Et nihilominus cõſide-

ſiderantes dignum eſſe, vt quos Dei timor à malo nõ reuocat, eccleſiaſticę ſaltem coherceat ſeueritas diſciplinæ, de ſimilibus conſilio, & aſſenſu, ac auctoritate, & plenitudine poteſtatis volumus, & declarando ſtatuimus, ordinamus & decernimus, quod ſententiis, cenſuris, & pœnis prædictis in ſuis robore, & efficacia remanentibus, ac effectum ſuum ſortientibus, omnes & ſinguli, tam clerici, quam vtriuſque ſexus laici, qui per ſe, vel alios nobis viuentibus, & inconſultis verbis vel ſcriptis, aut nunciis cum aliquo de futuro Pontifice eligendo, hactenus tractarunt, vel tentarunt, ſeu in poſterum, Romano Pontifice viuente, & inconſulto [d] tractabunt, vel tentabunt, etiam ſi, vt præfertur, qualificati, & dignitate, honore, & auctoritate, & excellentia prædictis præditi exiſtant, ſint ipſo iure, & facto, abſque alia deſuper ferenda ſententia excommunicati excommunicatione maiori, & maledictione æterna damnati, & ab excommunicatione, & maledictione huiuſmodi per alium, quam per nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, prę-terquam in mortis articulo, abſolui non poſſint, incurrerintque, & incurrant reſpectiuè crimen ſimoniacæ hæreſeos, & læſæ maieſtatis in primo capite, ac priuationem omnis etiam Epiſcopalis, Archiepiſcopalis, & Patriarchalis, ac cuiuſuis alterius maioris, vel minoris dignitatis, ac Cardinalatus honoris, necnon Ducalis, Regalis, Reginalis, & Imperialis auctoritatis, & excellentiæ, ac omnium & ſingularum eccleſiarum cathedralium, etiam metropolita. & Patriarchalium, monaſteriorum quoque ac prioratuum, aliorumque beneficiorum, & officiorum eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura, ſecularium, careantque voce actiua & paſſiua, ac effecti ſint, & efficiantur reſpectiuè

perpetuo inhabiles & incapaces omnium dignitatum, honorum, bonorum, iurium, & legitimorum actuum, perpetuaque infamia vbiq; gentium ſint notati, & notentur reſpectiue, nec infamia huiuſmodi ab eis aboleri, neq; ipſi vllo vnquam tempore ad vocem, dignitates, honores, bona, iura, & actus huiuſmodi, niſi ex ſpeciali verbo, & mandato noſtro, ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, noſtra, ſeu illius manu propria ſubſcripto, ac ſpecifica & indiuidua reatus, & culpæ ſuæ qualitate expreſſa [c] reſtitui poſſint. Quodque ſimiles ſententias, cenſuras & pœnas reſpectiuè incurrerint, & incurrant ipſo iure & facto, ac ſine alicuius ſententiæ prolatione, omnes, & ſinguli, etiam vt præmittitur, qualificati, & dignitatibus huiuſmodi præditi, cuiuſuis ſexus, & ordinis exiſtant, qui per ſe, vel alium, ſeu alios a die noſtræ ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptionis vſq; in hanc diem in præmiſſis, aut eorum aliquo quoduis auxilium, conſilium vel fauorem, ſeu operam verbis vel ſcriptis, aut re, vel facto, ſeu promiſſione, pollicitatione, ſuaſione, vel his omnibus inſimul, aut quouis alio modo directè vel indirectè, vel incidenter præſtiterunt, ſeu in futurum quouis etiam ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum tempore præſtabunt, aut in præmiſſis mediatores proxenetæ, nuncii, mandatarii, procuratores, ſeu trapezitæ fuerunt, vel in poſterum, vt præfertur, erunt ſeu alias in præmiſſis quouis modo intromiſerunt vel immiſcuerunt, ſeu in poſterum etiam tempore ſucceſſorum huiuſmodi habebunt, niſi ea nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, quorum tempore id continget, vel alteri, cui id per nos, vel ſucceſſores prædictos commiſſum fuerit, per ſe vel alium ſeu alio, cum primum commodè potuerunt

runt reuelauerint etiamſi in præmiſſis aliquod aliud auxilium,conſilium,vel fauorem,aut opem non præſtiterint. Nos enim iis qui præmiſſa reuelauerint,[f] etiam ſi complices fuerint, non ſolùm veniam, ſed etiam gratiam, & præmia pollicemur, prout etiam ſucceſſores noſtros præfatos facturos eſſe confidimus, ad hoc vt eorum iudicio participes tanti criminis valeãt coerceri: Et ſi quis vllo vnquam etiam dictorum ſucceſſorum noſtrorum tempore præſentes literas, & in eis contenta quæcunque iniuſta, illicita, vel iniqua exiſtere, aut in toto, vel in parte non valere, ſeu aliquo tempore non valitura eſſe, vel à nobis ſic fieri non potuiſſe,aut non debuiſſe,auſu temerario aſſerere præſumpſerit,cuiuſcunque dignitatis exiſtat,etiam ſi Cardinalatus honore, aut Regia, vel Imperiali præeminentia,& excellentia præfulgeat,ipſo iure & facto anathematis mucrone percuſſus ſit, & contra eum, tanquam vere ſchiſmaticum & hæreticum inquiri, & tanquam talis puniri,eiuſque memoria damnari poſſit. Ro.17.Cal.Ian.1558.

a *Odit Deus ambitum,nec eccleſiaſticæ dignitates debẽt humanis ſ... venari,vt & Apoſtolus innuit Heb.5.Quicunque enim vocatus ... impudens ſacerdotij honorem vſurpat, in tenebras extruditur exteriores.*

b *Pontificiam aucupari dignitatẽ pollicitationibus & emẽdicatis ſuffragijs Conciliorum œcumenicorum rõne prohibitum. De hac re habes in 1.lib.ſcholion ampliſſ.tit.de elect.& elect.pot.*

c *Ambitionis comes ſimonia quæ honores immeritos & quibus ſuos clientes indignos nouit pretio mercatur,nec eos per oſtiũ vt miniſtros, ſed vt fures latroneſque per nefarios & obliquos calles promouet.*

d *Viuo adhuc Pontifice de futuri electione tractare monopolium eſt prohibitum.*

e *Illicitis*

e *Illicitis & præpoſteris illis electionibus inuigilantes omnibus dignitatibus exauthorati infames & excommunicati habeantur.*

f *Socij & participes criminis vt in hæreſi, in ſimoniaca prauitate poſſunt ferre teſtimonium.*

NOT. * *Nemo debeat ſibi honorem aſſumere.)* Ambitum dignitatum ſacerdotiorum & eccleſiaſticorum munerum ita odit Deus vt vno hoc duntaxat œſtro perciti ſeditioſi illi Moſis iuſſu & imperio hiatu terræ abſorpti fuerint, Core, Dathan & Abiron. Principatus enim Sacerdotii non carne & ſanguine, ſed per diuinam electionem datur. Alias ipſa Chriſti reſponſum, Neſcitis quid petatis: Flagrant tamen ita homines cupiditatum incendio & honorum appetitu, vt non ſolum ea, de quibus ſeſe fatentur indignos, verumetiam & alijs debita munera inſolentius expoſtulent. Inde cæcos videmus cæcis præeſſe, & multos præcipites ducum calle ruere. Qui mancipium emit ſcrutatur & inquirit de eius conditione: qui verò ad paſtoralem curam prouehuntur paruo aut nullo fermè examine præuio dotes tanta cura dignas in medium teſtari nequeunt & miramur, ſi tam parum fœliciter illis cedat auguſta dignitas, quæ miniſtrum indignum contemnit. Homines, inquit Philoſophus, ab honoribus excluſi res nouas moliri non ceſſant, quoad ipſi quoq; honorentur: tamen ſi alicui accumulate honores dati ſunt, non ſunt ſimul omnes ei auferendi, ſed paulatim. Sequentes petulantiori greſſu, dignitates fugiunt, adamat verò earum contemptores. Moſes tantum aberat ab appetitu dominandi, vt cum ei offerretur Principatus recuſaret, & præſentem, & alterum neſcio quem illo fortiorem: & iubente Domino auderet abnuere eum, dicens Exod. 4. Mitte eum qui dignus eſt, ac deinceps etiam beneficio mortis, Num. cap. 11. ab illo ducatu liberari cupiebat. Nouit optimus ille cordium ſcrutator quos in ſuam familiam & œconomię miniſterium eligere velit, & pro ſua inenarrabili ſapientia diuerſis rationibus purgat homines, ac ſe dignos fingit, qui velut egregius choragus varias perſonas inducit in huius vitæ theatrum à quo paratum eſt omnibus præmium, ſi ſuas quiſque partes quas ille delegauit, decenter agat. Diuus Paulus eremita hoc ipſo claruit eſt, quod vni affixus loco totam ætatem fuit obſcurus. Beatus Hilario dum famam fugitat, nuſquam locorum non inclaruit.

Diuus

Diuus Antoninus eremo & vrbibus ſe partitus eſt. Illis conticuit ambitio, quanto maior debet eſſe illius fuga his quos Dominus clauium cœli dedit poteſtatem? De electione ſummi Pontificis, vide quæ habentur in conſtit. noſtris. ſub Iul. II. Cæterum notent Præſules & qui ſupremos titulos ambiunt, Chriſtianæ & eximiæ Philoſophiæ eſſe nec dignitate muneris attolli nec difficultate deiici. Si titillat te honos cogita te nihil aliud eſſe quam diſpenſatorem, ſi terret difficultas, cogita etiamnũ viuere ſummum illum paſtorem, qui non deeſt gregi ſuo vſque ad coſummationem ſeculi.

Pius Quintus.

Iudicis electioni non opes aut fauores, ſed virtutum ornamenta ſuffragari debent, nec ad officia admittantur qui ambitus rei ſunt, & precio mercantur quod dignitate præſtare nequeunt.

CAP. II.

ETSI Rom. Pontificis continua, indefeſſaq; meditatio circa ſubditorum ſuorum commodum, & vtilitatẽ continuè implicatur, ac quæ iis, quos vt filios tenerè diligit, obeſſe poſſe credit, de medio tollit: negotiorũ tñ multitudine preſſa ſingula in dies ſingulos conſiderans illorum executionem, etiã dietim diſponit, vt & negotia ipſa ſalubrius dirigantur, ac ipſi ſubditi paulatim ſui in eos amoris cognoſcant indicia. Sanè licet alias ne ordo iuſtitiæ peruerteretur, & ex certis aliis inibi expreſſis cauſis per ciuiles conſtitutiones ſalubriter fuerit ſtatutum, vt iudices, & alii iuſtitiæ adminiſtratores ſine quoquo ſuffragio [a] fieri debeant, grauiſſimis etiam iniunctis pœnis, qui præmiſſam conſtitutionem tranſgredi auſi quoquo modo fuiſ-

ſolutionibus, ſeu promiſſionibus mediantibus impetrauerint, credant ſe per præſentes abſolutos eſſe; eiſdem motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine perpetuo declaramus eos pœnas in tales à iure communi inflictas incurriſſe, & contra eos ad pœnarum huiuſmodi proſecutionem procedi poſſe. Eos[c] vero qui ſimilibus mediis aliqua officia, & dignitates ſimiliter iuriſdictionis adminiſtrationem habentia obtinent, ſi in futurum quippiam vnquam vigore præcedentium promiſſionum in aſſecutione officii huiuſmodi factarũ ſoluerint, ipſo iure, & facto pœnas in hac noſtra cõſtitutione cõtentas incurrere, præſenteſq; noſtras, tam eos qui in futurũ officia ſimilia, & dignitates ſolutionibus, & ꝓmiſſionibus ꝑcedentib' obtinebũt, quã eos qui iam obtinuerunt ſi in futurũ aliquid manutẽtionis in eis, aut alia cauſa ſoluerint ligare volumus. Decernentes contra ꝑmiſſa quoduis pactum, ẽt iuramento vallatum, ac inſtrumenta, & alias forſan deſuper editas ſcripturas minimè in cauſa eſſe poſſe quominus ſoluere habentes, ſi pro præmiſſis ſoluerint, pœnas præſentibus contentas incurrant. Nos enim pacta, conuentiones, promiſſiones, & ſcriptas, ac alia quæcunque quomodolibet, vt præfertur, inita exinde caſſamus, irritamus, & annullamus, eoſque a iuramentis, & aliis nexibus prędictis abſoluimus, necnon præſentes, & deſuper forſan conficiendas literas perpetuis futuris temporibus dare, ac omnes, & ſingulos à data præſentium irremiſſibiliter ligare volumus, illaſque nullo vnquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ vel quopiam alio defectu notari, aut ſub quibuſuis reuocationibus & derogationibus comprehendi nullatenus poſſe, ſicque per quoſcunque iudices, &c. & cauſarum palatii

palatii Apoſtolici auditores, ac ſanctæ Rom. eccleſiæ Card. ſublata, &c. iudicari debere, irritum quoq;, &c. decernimus.

[a] *Hæc conſtitutio adſtipulatur ei quam edidit Iuſtinianus in auth. illo quod iure à Dominico Soto aureum dicitur, vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. Illic enim clariſſimis verbis iubetur, vt perſonæ quæ publicis officijs addicuntur, ſingulis ſine mercede percipiant, nihil omninò dantes, neque occaſione ſuffragiorum.*

[b] *Vide l. hæc lex. ff. ad l. Iul. de ambitu.*

[c] *Qui publica officia mercantur pretio, ea ſine grauis & ſauciæ conſcientiæ vulnere retinere poſſunt. Vide Thom. in Opuſ. 21. & Caietan. in ſum. in verb. venalitas.*

NOT. * *Pecunias & alias res ſolnere.*) Pecuniæ nomen latè ad omnes fortunæ copias extenditur, non ſolum enim, vt inquit Vlpianus, numeratam pecuniam complectitur, ſed omnes res tam ſoli quàm mobiles, & tam corpora quàm iura. l. 178. ff. de verborum ſignific.

Idem.

Pœnæ iure ciuili in ambitus reos ſancitæ confirmantur & extenduntur ad recipientes pecunias & mediatores.

CAP. III.

CVM nuper, ne ordo iuſtitiæ peruerteretur, & ex certis aliis cauſis animum noſtrum mouen. fuerint confirmatæ omnes, & ſingulæ leges, conſtitutiones, ſtatuta, & decreta contra ambientes officia iuriſdictionis adminiſtrationem habentia, ea quæ pretio, ſeu promiſſionibus

b *Literarum expeditio in Camera Apoſtolica gratis fit ijs quos commendat familiaritas inter patres purpuratos, aut qui iiſdem famulati ſunt.*

c *Qua via ſibi prouidere debet is qui conſequutus eſt beneficium falſa narratione familiaritatis aperit Rebuffus tit. de reſcripto etiam & perinde valere.*

N O T. * *Surreptitias, inualidas, & nullas fuiſſe.)* Vulgare iuris axioma eſt in poſtulanda gratia ſingula exprimenda eſſe quæ facilius Principem a conceſſione gratiæ auertere poſſent, ſurreptitiæq; videntur huiuſmodi conceſſiones vt clarè ex hac conſtitutione liquet. & ex text in cap. ſi proponente. de reſcript. Felin. in cap. ad aures in verb noua concluſio. Decius in c. cum ceſſante. colum. 2. de appellat. Iaſ. conſil. 105. lib. 1. Corne. conſil. 34. lib. 1. col. 1. Gratia à Principe conceſſa alicui viribus non ſubſiſtit ſi cauſa in precibus expreſſa falſa fuerit.

Sixtus Quintus, ex bulla cœnæ Domini.

Excommunicantur adulterantes & falſificantes literas Apoſtolicas.

Cap. IIII.

EXCOMMVNICAMVS * & anathematizamus omnes falſarios [a] literarũ Apoſtolicarum & in forma breuis ac ſupplicationum gratiam vel iuſtitiam continentium per Romanum Pontificem vel ſanctæ Romanæ eccleſiæ vicecancellarium ſeu gerentes vices eorum aut de mandato eiuſdem Romani Pontificis ſignatorum, aut ſub nomine eiuſdem Romani Pontificis, ſeu vicecancellarii aut gerentium vices prædictorum ſignantes

tes ſupplicationes eaſdem. Extendentes conſtitut. fœlicis recordationis Innocent. Papæ III. quæ incipit: Ad falſariorum. cum omnibus pœnis in ea contentis, ad falſificantes ſeu mutantes ſupplicationes per nos ſeu de mandato noſtro ſignatas & datas, ſine noſtra aut Datarii noſtri licentia.

a *Adulterantes & corrumpentes literas Apoſtolicas excommunicantur. Pœna verò falſi in iure ciuili eſt vltimum ſupplicium.l.1.in princip.ff.ad leg.Cornel. de falſis.§.item lex Cornel. de fal.vide com.Rebuff.in bullam cœnæ Domini.*

NOT. * *Excommunicamus falſarios.*) Regularis eſt pœna falſi deportatio, bonorum publicatio, mor[illegible]icis. Sed clericus degradatur & in monaſterium ad tan[illegible]leris agendam pœnitentiam detruditur.c.1.vbi Abbas.de crim.fal.Innocentius III. ad Epiſcopum Pariſienſem : Pro illo verò (inquit) falſario ſcelerato quem ad mandatum noſtrum capi feciſti, hoc tibi duximus conſulendum, vt in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam ipſum includas, pane doloris & anguſtiæ ſuſtentandum, vt commiſſa defleat, & flenda vlterius non committat.

TIT. X.

De ambitu.

Paulus Quartus.

Quo plus altiora & ſanctiora ſunt honorum faſtigia eo mitius & modeſtius homines ambire decet. Pontificatus itaque electionem ante ſedem vacantem procurans, & ſuffragia venatus excommunicatur, & ab omnibus dignitatibus abdicatur.

C A P. I.

CVm ſecundum Apoſtolum, nemo debeat ſibi honorem aſſumere, [a] ſed qui tanquã Aaron vocatur à Deo, facile ab omnibus iudicari poteſt, quã grauiter excedant, errent, & peccent, qui tam inferiores quam ſuperiores dignitates eccleſiaſticas, & ipſam deniq; beati Petri ſedem, ac Apoſtolicæ dignitatis culmen & apicem à Deo optimo Maximo, à quo omnia bona procedunt, nulla prorſus humana ope, nec cuiuſuis auxilio, conſilio, vel fauore interueniente, prouenire non arbitrantur, ſed illas tanquam venales, aut alias in diſpoſitione mortalium conſtitutas, diuerſis modis & mediis ambire & aſſequi, ſeu potius vſurpare præſumunt.

Nam vt Romanæ & cuiuſlibet alterius, tam ante, quã poſt Domini Dei, & redẽptoris noſtri Ieſu Chriſti in terris aduentum, benè inſtitutæ reipublicæ de ambitu, & contra ambitus reos ſanctiſſimè promulgatas, & inuiolabiliter obſeruatas leges, ad præſens omittamus, nonne huiuſmodi deteſtabile ambitus ſcelus, etiam iure diuino grauiſſimè punitur, cum Abſalon, q. regnum genitoris ſui adhuc viuentis ambiebat, ex mulo cui inſederat eleuatus, capillis capitis ſui quercui ſuſpenſus remanſit, & a Ioab tribus lanceis in corde transfixus fuit? Nonne illud ſacrorum Conciliorum à ſancta Dei eccleſia receptorum, & approbatorum auctoritas diuerſimode deteſtatur & punit, cum quemcunque presbyterum, aut diaconum, ſeu clericum, qui Papa incolumi, & eo incõſulto ſubſcriptionem pro Romano Põtificatu commodare, aut pictatia promittere, ſeu ſacramentum præbere tentauerit, aut aliquod ſuffragium [b] polliceri, vel de hac cauſa priuatis conuenticulis factis, aliquid deliberare, & decernere

cernere præſumpſerit, loci ſui dignitate, & communione priuandum, anathematiſq́; pœna plectendum cenſeat, & propter occultas fraudes, & cõiurationum huiuſmodi ſecretas inſidias, ſi quis harum actionum particeps, cõſilia eorum, qui de Pontificali agunt ambitu, ad notitiam eccleſiæ deferat, & rationali probatione conuincat, eum non ſolum ab omni culpa purgatum remanere, verumetiam remuneratione nõ indigna ſubleuari velit, & ſtatuat, & exinde non modo ſacrorum canonum, ſed etiam ſecularium legum interpretes peritiſſimi & probatiſſimi, ambientes Papatum, aut ſuper eo Papa viuente, & inconſulto, tractãtes, ſeu conuenticulas facientes, crimen læſæ maieſtatis in primo capite, & ſimoniacæ hæreſeos incurrere decreuerint, non ſine clara, & aperta ratione, cum omnis tractatus de loco, dignitate, & bonis alicuius viuentis, eo non conſentiente, ab vtroque iure prohibeatur, & reprobetur, præſertim cum inde præſtetur votum captandæ mortis, quod ſacri canones, & venerandæ leges paſſim abhorrent, & deteſtantur. Accedit ꝙ cum inter Pontificem & eccleſiam cõtrahatur ſpirituale coniugium, quod fortius eſt carnali, grauiſſimæ pœnæ ex vtriuſque iuris cenſura imponuntur iis, qui conſtanti matrimonio, de alio coniuge tractare præſumunt. Quare cum peccatis exigentibus, plures indies beati Petri ſedem, nobis viuentibus, & inconſultis, ambire, & conuenticulas ſuperinde facere dinoſcantur, & ad hoc ſuffragia S. R. E. Cardinalium obtinere, & quodam modo ſubharrare procurent, & ſatagant.

Nos cupientes huiuſmodi deteſtabile ambitus, & illi coniuncta ſimoniacæ [c] hæreſeos, & læſæ maieſtatis crimina, non ſolùm noſtris, ſed etiam ſucceſſorum

noſtrorum Romnanorum Pontificum pro tempore exiſtentium temporibus perpetuo abolere,& non ſolum ex vſu,ſed etiam ex mentibus hominum, præſertim in electione Romani Pontificis,qui Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti in terris Vicarius exiſtit,radicitus euellere,& in præmiſſis pro tantę rei neceſſitate, & periculi magnitudine, vt tenemur, ſalubriter prouidere, habita ſuper his cum venerabilibus fratribus noſtris ipſius ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, de eorum conſilio, & vnanimi aſſenſu,hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione, Apoſtolica auctoritate, & de noſtræ Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes & ſingulas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ac priuationis,& quaſuis alias ſententias,cenſuras,& pœnas dudum à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, aut ſacris Conciliis, ſeu ſanctorum Patrum noſtrorum decretis, ſtatutis, capitulis, canonibus, conſtitutionibus, & ordinationibus contra ſic ambientes quomodolibet latas, & promulgatas, approbamus,& innouamus,ac perpetuo obſeruari, & in viridi obſeruantia,ſi forſan in ea non ſint,reponi, & eſſe debere. Necnon quoſcunque in præmiſſis, tam noſtro, quàm ſucceſſorum noſtrorum prædictorum tempore,publicè vel occulte, aut alias quomodolibet delinquentes, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis,conditionis, & præeminentiæ exiſtant, etiam ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali,Patriarchali,aut alia maiori eccleſiaſtica dignitate, ſeu Cardinalatus honore, vel mundana, etiam Ducali, Regali, Reginali, aut Imperiali auctoritate,ſeu excellentia præfulgeāt,& eorum quemlibet ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurrere volumus atque decernimus. Et nihilominus cōſide-

ſiderantes dignum eſſe, vt quos Dei timor à malo nō reuocat, eccleſiaſticę ſaltem cohereeat ſeueritas diſciplinæ, de ſimilibus conſilio, & aſſenſu, ac auctoritate, & plenitudine poteſtatis volumus, & declarando ſtatuimus, ordinamus & decernimus, quod ſententiis, cenſuris, & pœnis prædictis in ſuis robore, & efficacia remanentibus, ac effectum ſuum ſortientibus, omnes & ſinguli, tam clerici, quam vtriuſque ſexus laici, qui per ſe, vel alios nobis viuentibus, & inconſultis verbis vel ſcriptis, aut nunciis cum aliquo de futuro Pontifice eligendo, hactenus tractarunt, vel tentarunt, ſeu in poſterum, Romano Pontifice viuente, & inconſulto tractabunt, vel tentabunt, etiam ſi, vt præfertur, qualificati, & dignitate, honore, & auctoritate, & excellentia prædictis præditi exiſtant, ſint ipſo iure, & facto, abſque alia deſuper ferenda ſententia excommunicati excommunicatione maiori, & maledictione æterna damnati, & ab excommunicatione, & maledictione huiuſmodi per alium, quam per nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, prę-terquam in mortis articulo, abſolui non poſſint, incurrerintque, & incurrant reſpectiuè crimen ſimoniacæ hæreſeos, & læſæ maieſtatis in primo capite, ac priuationem omnis etiam Epiſcopalis, Archiepiſcopalis, & Patriarchalis, ac cuiuſuis alterius maioris, vel minoris dignitatis, ac Cardinalatus honoris, necnon Ducalis, Regalis, Reginalis, & Imperialis auctoritatis, & excellentiæ, ac omnium & ſingularum eccleſiarum cathedralium, etiam metropolita. & Patriarchalium, monaſteriorum quoque ac prioratuum, aliorumque beneficiorum, & officiorum eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura, ſecularium, careantque voce actiua & paſſiua, ac effecti ſint, & efficiantur reſpectiuè

perpetuo inhabiles & incapaces omnium dignitatum, honorum,bonorum,iurium, & legitimorum actuum, perpetuaque infamia vbiq; gentium ſint notati, & notentur reſpectiue, nec infamia huiuſmodi ab eis aboleri, neq; ipſi vllo vnquam tempore ad vocem, dignitates, honores, bona, iura, & actus huiuſmodi, niſi ex ſpeciali verbo, & mandato noſtro, ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis,noſtra,ſeu illius manu propria ſubſcripto, ac ſpecifica & indiuidua reatus, & culpæ ſuæ qualitate expreſſa [c] reſtitui poſſint. Quodque ſimiles ſententias,cenſuras & pœnas reſpectiuè incurrerint,& incurrant ipſo iure & facto, ac ſine alicuius ſententiæ prolatione, omnes, & ſinguli,etiam vt præmittitur, qualificati, & dignitatibus huiuſmodi præditi, cuiuſuis ſexus, & ordinis exiſtant, qui per ſe, vel alium, ſeu alios a die noſtræ ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptionis vſq; in hanc diem in præmiſſis, aut eorum aliquo quoduis auxilium, conſilium vel fauorem, ſeu operam verbis vel ſcriptis,aut re,vel facto,ſeu promiſſione,pollicitatione,ſuaſione, vel his omnibus inſimul, aut quouis alio modo directè vel indirectè, vel incidentaliter præſtiterunt,ſeu in futurum quouis etiam ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum tempore præſtabunt,aut in præmiſſis mediatores proxenetæ, nuncii, mandatarii, procuratores, ſeu trapezitæ fuerunt, vel in poſterum, vt præfertur, erunt ſeu alias in præmiſſis quouis modo intromiſerunt vel immiſcuerunt, ſeu in poſterum etiam tempore ſucceſſorum huiuſmodi habebunt, niſi ea nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, quorum tempore id continget, vel alteri, cui id per nos, vel ſucceſſores prædictos commiſſum fuerit, per ſe vel alium ſeu alio, cum primum commode potuerunt

runt reuelauerint etiamſi in præmiſſis aliquod aliud auxili[illegible]m,conſilium,vel fauorem,aut opem non pręſtiterint.Nos enim iis qui præmiſſa reuelauerint,[f] etiam ſi complices fuerint, non ſolùm veniam, ſed etiam gratiam, & præmia pollicemur, prout etiam ſucceſſores noſtros præfatos facturos eſſe confidimus, ad hoc vt eorum iudicio participes tanti criminis valeāt coerceri: Et ſi quis vllo vnquam etiam dictorum ſucceſſorum noſtrorum tempore præſentes literas, & in eis contenta quæcunque iniuſta, illicita, vel iniqua exiſtere, aut in toto, vel in parte non valere, ſeu aliquo tempore non valitura eſſe, vel à nobis ſic fieri non potuiſſe,aut non debuiſſe,auſu temerario aſſerere pręſumpſerit,cuiuſcunque dignitatis exiſtat,etiam ſi Cardinalatus honore, aut Regia, vel Imperiali præeminentia,& excellentia præfulgeat,ipſo iure & facto anathematis mucrone percuſſus ſit, & contra eum, tanquam vere ſchiſmaticum & hæreticum inquiri, & tanquam talis puniri,eiuſque memoria damnari poſſit.Ro.17.Cal.Ian.1558.

[a] *Odi[illegible] De[illegible] ambit[illegible]m,nec eccleſiaſticæ dignitates debẽt humanis [illegible] [illegible]enari,vt & Apoſtolus innuit Heb.5.Quicunque enim vocat[illegible] [illegible]pudens ſacerdotij honorem vſurpat, in tenebras extruditur exteriores.*

b *Pontificiam aucupari dignitatē pollicitationibus & emēdicatis ſuffragijs Conciliorum œcumenicorum rōne prohibitum. De hac re habes in 1.lib.ſcholion ampliſſ.tit.de elect.& elect.pot.*

c *Ambitionis comes ſimonia quæ honores immeritos & quibus ſuos clientes indignos nouit pretio mercatur,nec eos per oſtiū vt miniſtros, ſed vt fures latroneſque per nefarios & obliquos calles promouet.*

d *Viuo adhuc Pontifice de futuri electione tractare monopolium eſt prohibitum.*

e *Illicitis*

e *Illicitis & præpoſteris illis electionibus inuigilantes omnibus dignitatibus exauthorati infames & excommunicati habeantur.*

f *Socij & participes criminis vt in hæreſi, in ſimoniaca prauitate poſſunt ferre teſtimonium.*

NOT. * *Nemo debeat ſibi honorem aſſumere.)* Ambitum dignitatum ſacerdotiorum & eccleſiaſticorum munerum ita odit Deus vt vno hoc duntaxat œſtro perciti ſeditioſi illi Moſis iuſſu & imperio hiatu terræ abſorpti fuerint, Core, Dathan & Abiron. Principatus enim Sacerdotii non carne & ſanguine, ſed per diuinam electionem datur. Alias iuxta Chriſti reſponſum, Neſcitis quid petatis: Flagrant tamen ita homines cupiditatum incendio & honorum appetitu, vt non ſolum ea, de quibus ſeſe fatentur indignos, veruметiam & aliis debita muneta inſolentius expoſtulent. Inde cæcos videmus cæcis præeſſe, & multos præcipites ducum calle ruere. Qui mancipium emit ſcrutatur & inquirit de eius conditione: qui verò ad paſtoralem curam prouehuntur paruo aut nullo fermè examine præuio dotes tanta cura dignas in medium teſtari nequeunt & miramur, ſi tam parum fœliciter illis cedat auguſta dignitas, quæ miniſtrum indignum contemnit. Homines, inquit Philoſophus, ab honoribus excluſi res nouas moliri non ceſſant, quoad ipſi quoq; honorentur: tamen ſi alicui accumulate honores dati ſunt, non ſunt ſimul omnes ei auferendi, ſed paulatim. Sequentes petulantiori greſſu, dignitates fugiunt adamant verò earum contemptores. Moſes tantum aberat ab appetitu dominandi, vt cum ei offerretur Principatus recuſaret, & præſentem, & alterum neſcio quem illo fortiorem: & iubente Domino auderet abnuere eum, dicens Exod. 4. Mitte eum qui dignus eſt, ac deinceps etiam beneficio mortis, Num. cap. 11. ab illo ducatu liberari cupiebat. Nouit optimus ille cordium ſcrutator quos in ſuam familiam & œconomię miniſterium eligere velit, & pro ſua inenarrabili ſapientia diuerſis rationibus purgat homines, ac ſe dignos fingit, qui velut egregius choragus varias perſonas inducit in huius vitæ theatrum a quo paratum eſt omnibus præmium, ſi ſuas quiſque partes quas ille delegauit, decenter agat. Diuus Paulus eremita hoc ipſo clarus eſt, quod vni affixus loco totam ætatem fuit obſcurus. Beatus Hilario dum famam fugitat, nuſquam locorum non inclaruit. Diuus

Diuus Antoninus eremo & vrbibus ſe partitus eſt. Illis conticuit ambitio, quanto maior debet eſſe illius fuga his quos Dominus clauium cœli dedit poteſtatem? De electione ſummi Pontifici, vide quæ habentur in conſtit. noſtris. ſub Iul. II. Cæterum notent Præſules & qui ſupremos titulos ambiunt, Chriſtianæ & eximiæ Philoſophiæ eſſe nec dignitate muneris attolli nec difficultate deiici. Si titillat te honos cogita te nihil aliud eſſe quam diſpenſatorem, ſi terret difficultas, cogita etiamnũ viuere ſummum illum paſtorem, qui non deeſt gregi ſuo vſque ad coſummationem ſeculi.

Pius Quintus.

Iudicis electioni non opes aut fauores, ſed virtutum ornamenta ſuffragari debent, nec ad officia admittantur qui ambitus rei ſunt, & precio mercantur quod dignitate præſtare nequeunt.

Cap. II.

ETsi Rom. Pontificis continua, indefeſſaq; meditatio circa ſubditorum ſuorum commodum, & vtilitatẽ continuè implicatur, ac quæ iis, quos vt filios tenerè diligit, obeſſe poſſe credit, de medio tollit: negotiorũ tñ multitudine preſſa ſingula in dies ſingulos conſiderans illorum executionem, etiã dietim diſponit, vt & negotia ipſa ſalubrius dirigantur, ac ipſi ſubditi paulatim ſui in eos amoris cognoſcant indicia. Sanè licet alias ne ordo iuſtitiæ peruerteretur, & ex certis aliis inibi expreſſis cauſis per ciuiles conſtitutiones ſalubriter fuerit ſtatutum, vt iudices, & alii iuſtitiæ adminiſtratores ſine quoquo ſuffragio [a] fieri debeant, grauiſſimis etiam iniunctis pœnis, qui præmiſſam conſtitutionem tranſgredi auſi quoquo modo fuiſ-

do fuiſſent: accepimus tamen nuper, non ſine animi noſtri diſplicentia, nonnullos pro conſequendis officiis, & dignitatibus iuriſdictionis exercitium habentibus * pecunias, & alias res ſoluere, & permittere aliquibus Curialibus, quorum interceſſionibus, & fauoribus talia officia, & dignitates obtinent. Licetque nos pro noſtri paſtoralis officii debito præmiſſa coniuentibus oculis pertranſire nequeuntes, omnem adhibuerimus diligentiam, vt tam ambitioſi huiuſmodi, quam pecuniarum huiuſmodi receptores, & ſtipulatores, tam publicè quàm ſecretè reperirentur, nihilominus exinde nihil certi expiſcari hactenus potuimus.

Cupientes igitur præmiſſis modum aliquem imponere, ac eos, quos ciuilium pœnarum timor a ſimilibus non coercet, per canonicas ſanctiones auctoritate Apoſtolica omnino deterreri, & auaritiæ huiuſmodi genus iuri, & iuſtitiæ huiuſmodi tam obnoxium de medio tollere, conſtitutionis ciuilis, ac pœnarum per illas ſtatutarum tenorem, & formam præſentibus pro expreſſis habentes, motu ſimili, &c. & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes & ſingulas leges, conſtitutiones, ſtatuta, & decreta contra delinquentes huiuſmodi, tam à iure ciuili, quàm à ſacris canonibus facta, ac in illis contenta, punitiones, & pœnas quaſcunque in tales inflictas harum ſerie innouamus, caſque idem robur, eandemque vim obtinere volumus, atque ſtatuimus, quod, & quam habuiſſent, & haberent, ſi hactenus ad vnguem obſeruatæ fuiſſent, vel a nobis per præſentes emanerent. Inſuper quoque, vt earum vſus pœnarum multiplicatione ſtabilior efficiatur, hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione, quamque vim legis,

etiam

etiam inuiolabilis habere ſancimus legibus, conſtitutionibus, ſtatutis, & decretis prædictis præiudicium non inferendo, quinimo illis addendo, decernimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus nemini cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis & conditionis fuerit, liceat mediante pecunia vel ſolutione, & traditione, ac promiſſione aliarum rerum, etiam per interpoſitas perſonas, aut alias quouis modo faciendas, aliquas dignitates, & officia, exercitium, & adminiſtrationem iuriſdictionis habentia, procurare, aſſequi, vel obtinere, ac ſi quis his præſentibus contraueniſſe quoquo modo dici, aut cenſeri potuerit, ipſum contrauenientem, eo ipſo confiſcationis omnium bonorum, degradationis, & amiſſionis, tam priuilegii doctoratus, quam quorumcunque per eum obtētorum officiorum, tam ſeculariū quàm eccleſiaſticorū, ac demum vltimi ſupplicii pœnas irremiſſibiliter incurrere [b] volumus. Cæterum, vt fraudibus, quæ circa præmiſſa exoriri poſſent facilius occurratur, pari modo ſtatuimus, quod vbicunque, & quandocunq; compertum fuerit per interpoſitam perſonam aliquas pecunias, ſeu alias res traditas, ſeu promiſſas fuiſſe alicui Curiali familiari, vel cuicunq; alteri perſonæ pro officiis, & dignitatibus iuriſdictionis adminiſtrationē habentibus, is qui officium huiuſmodi obtinuerit ſe à præmiſſis, attenta interpoſitione perſonæ huiuſmodi nullatenus excuſare queat: quinimo nulla admiſſa ignorantiæ excuſatione ipſo iure præſumatur ſolutionem, & promiſſionē huiuſmodi de eorum qui officia & dignitates ſimilia obtinuerunt conſenſu, & mandato penitus eſſe facta, iiſdemque propterea pœnis ſubiacere omninò intelligatur. Poſtremò ne ii qui in præteritum talia officia, ſeu dignitates ſolu-

ſolutionibus, ſeu promiſſionibus mediantibus impetrauerint, credant ſe per præſentes abſolutos eſſe; eiſdem motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine perpetuo declaramus eos pœnas in tales à iure communi inflictas incurriſſe, & contra eos ad pœnarum huiuſmodi proſecutionem procedi poſſe. Eos[c] vero qui ſimilibus mediis aliqua officia, & dignitates ſimiliter iuriſdictionis adminiſtrationem habentia obtinent, ſi in futurum quippiam vnquam vigore præcedentium promiſſionum in aſſecutione officii huiuſmodi factarũ ſoluerint, ipſo iure, & facto pœnas in hac noſtra cõſtitutione cõtentas incurrere, præſenteſq; noſtras, tam eos qui in futurũ officia ſimilia, & dignitates ſolutionibus, & ꝓmiſſionibus p̃cedentib' obtinebũt, quã eos qui iam obtinuerunt ſi in futurũ aliquid manutẽtionis in eis, aut alia cauſa ſoluerint ligare volumus. Decernentes contra p̃miſſa quoduis pactum, ẽt iuramento vallatum, ac inſtrumenta, & alias forſan deſuper editas ſcripturas minimè in cauſa eſſe poſſe quominus ſoluere habentes, ſi pro præmiſſis ſoluerint, pœnas præſentibus contentas incurrant. Nos enim pacta, conuentiones, promiſſiones, & ſcriptas, ac alia quæcunque quomodolibet, vt præfertur, inita exinde caſſamus, irritamus, & annullamus, eoſque à iuramentis, & aliis nexibus prędictis abſoluimus, necnon præſentes, & deſuper forſan conficiendas literas perpetuis futuris temporibus dare, ac omnes, & ſingulos à data præſentium irremiſſibiliter ligare volumus, illaſque nullo vnquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ vel quopiam alio defectu notari, aut ſub quibuſuis reuocationibus & derogationibus comprehendi nullatenus poſſe, ſicque per quoſcunque iudices, &c. & cauſarum

palatii

palatii Apoſtolici auditores, ac ſanctæ Rom. eccleſiæ Card. ſublata, &c. iudicari debere, irritum quoq;, &c. decernimus.

[a] *Hæc conſtitutio adſtipulatur ei quam edidit Iuſtinianus in auth. illo quod iure à Dominico Soto aureum dicitur, vt iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. Illic enim clariſſimis verbis iubetur, vt perſonæ quæ publicis officiis addicuntur, ſingulis ſine mercede percipiant, nihil omninò dantes, neque occaſione ſuffragiorum.*

b *Vide l. hæc lex. ff. ad l. Iul. de ambitu.*

[c] *Qui publica officia mercantur pretio, ea ſine grauis & ſauciæ conſcientiæ vulnere retinere poſſunt. Vide Thom. in Opus. 21. & Caietan. in ſum. in verb. venalitas.*

NOT. * *Pecunias & alias res ſoluere.*) Pecuniæ nomen latè ad omnes fortunæ copias extenditur, non ſolum enim, vt inquit Vlpianus, numeratam pecuniam complectitur, ſed omnes res tam ſoli quàm mobiles, & tam corpora quàm iura. l. 178. ff. de verborum ſignific.

Idem.

Pœnæ iure ciuili in ambitus reos ſancitæ confirmantur & extenduntur ad recipientes pecunias & mediatores.

CAP. III.

CVM nuper, ne ordo iuſtitiæ peruerteretur, & ex certis aliis cauſis animum noſtrum mouen. fuerint confirmatæ omnes, & ſingulæ leges, conſtitutiones, ſtatuta, & decreta contra ambientes officia iuriſdictionis adminiſtrationem habentia, ea quæ pretio, ſeu promiſſionibus

acquiren. tam à iure ciuili[a] quàm à ſacris canonibu facta, ac in illis contenta, punitiones, & pœnas quaſ cunque in tales inflictas innouauerimus, caſque eidem robur, eandemque vim obtinere voluerimus, atq; ſtatuerimus, quod, & quam habuiſſent, & haberent, ſi hactenus ad vnguem obſeruatæ fuiſſent, vel à nobis emanaſſent: Inſuperq;, vt earum vſus pœnarum multiplicatione ſtabilior efficeretur, per noſtram conſtitutionem perpetuò valituram, quam vim legis ēt inuiolabilis habere voluimus, decreuerimus inter cętera, q perpetuis futuris temporibus nemini cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis fuerit, liceat mediante pecunia, vel ſolutione, & traditione, ac promiſſione aliarum rerum etiam per interpoſitas perſonas, aut alias quouiſmodo faciendis, aliquas dignitates, * & officia, exercitium, & adminiſtrationem iuriſdictionis habentia procurare, aſſequi, vel obtinere ſub grauiſſimis pœnis in dicta noſtra cōſtitutione, quam hic de verbo ad verbum pro expreſſa haberi volumus, & mandamus, expreſſis: Attendenteſque quod forte probabiliter dubitari contingat, an dicta noſtra conſtitutio comprehendat recipientes huiuſmodi pecunias, ac res, ac promiſſiones ſibi factas ſtipulātes, vt officia prædicta exercitium, ac iuriſdictionis adminiſtrationem habentia conferri faciant, ac mediatores, & interpoſitas perſonas: Propterea nos motu ſimili, & ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuo valitura cōſtitutione declaramus, & quatenus opus ſit, addendo prædictæ noſtræ conſtitutioni decernimus, quod dicta noſtra cōſtitutio, ac omnes, & ſingulæ pœnæ in ea expreſſę perinde ligent, & afficiant omnes, & quoſcunq; cuiuſuis dignitatis exiſtant qui pro huiuſmodi officiis iuriſdictionem

ctionem adminiſtrationem habentibus conferendis ac mediatores & interpoſitas perſonas quaſcunq; pecunias & alias res vt ſupra receperint ac ſi prædicti in dicta noſtra conſtitutione comprehenſi eſſent, & de illis in ea expreſſa mentio facta eſſet. Et præſentes perpetuo durare ac omnes irremiſſibiliter ligare volumus & decernimus.

[a] *De pœnis ambitus lege Vdal. Zaſium in legum antiquarũ catalogo. Aymarum Riuallium in iuris ciuilis hiſtoria. Alexan. ab Alex. lib. 3. genial. dierum. c. 17. Paulum Manutium de legibus Roman.*

NOT. * *Dignitates & officia.)* Primus Imperatorum Romanorum qui permiſiſſe fertur licentiorem illã officiorũ & dignitatum nundinationem Veſpaſianus, extincto Iulio Cæſare, Senatores abortiuos vulgo nuncupatos perperam electos inſtituens, quos poſtea vt innumeræ corruptelæ fautores, & ſordidi quæſtus mancipia Auguſtus extinxit, legemque tuliſſe dicitur in ambitus reos. Zaſius & Budæus in l. Iul. de ambitu. Auara tamen hominum libidine ſenſim ſanctio æquiſſima violari & labefactari cœpit, Heliogabali potiſſimum imperio qui (vt refert Lampridius) libidinum miniſtris, mimis & gahneonibus, & euiratis emaſculatiſq; ſuis aulicis honorum publicorum dignitates, poteſtates & officia vendidit. Cui profectò longè aduerſa fuit Adriani Seueri optima æquitas, qui ſe nolle dignitates & magiſtratus vendere prædicabat, quia qui emunt vt vendent neceſſe eſt, & vt pecunias in emptione honoris expoſitas recuperent, ſubditos torquere & vexare ii ementes magiſtratus coguntur. Sic Sergius Galba non poſtulantibus aut ambientibus, ſed negligentibus & recuſantibus ſummos honorum & magiſtratus titulos credidit. Corruptela hæc profecto deterrima & peſtilens Reipublicæ, illa enim numeroſiſſimas phalanges Imperatorum ad gerendos magiſtratus aduexit.

TIT. XI.

De ſimoniacis & ne quid detur vel exigatur.

Gregorius XI.

Prouiſiones beneficiorum nunciantibus nihil detur aut promittatur.

CAP. I.

SOLLICITE debet vitari, quod noxium eſſe dignoſcitur, & ex cupiditatis auiditate, etiam in honoris Apoſtolicæ ſedis depreſſionem, ortum habere videtur. Sanè nuper ad noſtrum peruenit auditum, quod nonnulli inhoneſta lucra quærentes, dum per ſedem prædictam de perſonis aliquorum apud ſedem conſtitutis eandem, Patriarchalibus, metropolitanis, & aliis cathedralibus eccleſiis, ſiue monaſteriis vacantibus prouidetur, vel perſonæ ipſæ ad huiuſmodi, per dictam ſedem de aliis eccleſiis transferuntur, aut alias ipſorum gubernationi committuntur, huiuſmodi prouiſiones, tranſlationes, commendas, ſiue commiſſiones, prædictis perſonis ſic apud ſedem prædictam conſtitutis, vt aliquod munus ab ipſis recipiant, denuntiare feſtinant. [a] Nos igitur in præmiſſis (prout ex debito tenemur paſtoralis officii) prouidere volentes, vniuerſis & ſingulis perſonis eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ſexus, ordinis, vel conditionis

exiſtant,

exiſtant, etiam ſi Pontificali, vel alia quauis eccleſiaſtica præfulgeant dignitate, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium diſtrictius inhibemus, ne de cætero illis, qui ipſis huiuſmodi prouiſiones, tranſlationes, commendas, ſiue commiſſiones earundem, ſiue de Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, ſiue de alicuius vel aliquorum ex venerabilibus fratribus noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, aut alterius cuiuſcunque mandato, ſeu alias qualitercunque apud dictam ſedem nuntiabunt, ſeu nuntiari facient, ſiue dici, vel ſuper hoc noua portari, aliquod *directè vel indirectè per ſe vel per alium donent, ſeu promittant, neque per alium datum ſeu promiſſum perſoluant. Nos enim quoſcunque præſumentes contrarium quoquo modo excommunicationis ſententiæ ſubiacere volumus, & decernimus ipſo facto, à qua nullus ab alio quàm à Romano Pontifice poſſit, niſi duntaxat in mortis articulo, abſolutionis beneficium obtinere. Auernon. 6. Cal. Nouemb. 1376.

* *Cum beneficia debeant conferri ſine pacti cuiuſcunque aut fauoris conditiones, ita & ſine precio eorum prouiſiones denuntientur, nam prohibito vno videtur omne prohibitum per quod peruenitur ad illud.*

NOT. * *Directe vel indirecte per ſe vel per alium donent.)* Paucis verbis multa complexus eſt vt penitus intercludatur aditus cauponatoribus beneficiorum, & extinguatur omnis exactionis & promiſſionis abuſus, quibus ſolet comitari ſimoniæ prauitas. Et non ſine ſummo totius Chriſtianæ Reipublicæ malo experimur quam infœlix hoc ſeculum in deligendis magiſtratibus, in conferendis beneficiis Phariſaicum & Caiphaicum hoc ſtudium inſectetur, vel muneribus, vel eorum munerum pollicitatione. hinc Propheta dixit Beatus, qui excutit manus ſuas ab omni munere. Siue conferatur beneficium, ſiue in col-

lationis fauorem aliquid ſperetur aut exigetur ſimonia eſt vel mentalis vel realis, quam conrrahi dixerunt veteres vel à manu, vt ſi pecunia detur, vel à munere aur obſequio, vel a lingua ſiue à fauore indebitè impenſo. Rebuff. in praxi benefic. tit. quot modis beneficia acquirantur. num. 4. Franciſcus à Victoria Hiſpanus. relect. de ſimonia.

Leo Decimus, in Concilio Lateranenſi.

Simoniæ ſcelus penitus euellendum pœnis ſacris canonibus ſancitis.

CAP. II.

VT [a] nephariæ ſimoniæ labes ac peſtis non ſolum à Romana Curia ſed ex omni etiam Chriſtiana ditione in perpetuum eiiciatur, conſtitutiones * per anteceſſores noſtros etiam in ſacris Conciliis contra huiuſmodi ſimoniacos editas innouamus, eaſque inuiolabiliter obſeruari præcipimus, ac pœnas in eis contentas pro expreſſis & inſertis haberi & delinquentes etiam authoritate noſtra affici volumus.

[a] *Hæc conſtitutio à Martino V. antea in Concilio Conſtantienſi edita eſt.*

NOT. * *Conſtitutiones per anteceſſores.*) In execrabile ſcelus Simonię tum Pontificũ tum Conciliorũ quamplurima decreta habemus, Calixti primi quæſt. 1. cap. ſanctorum. Alexandri tertii 11. quæſt. 1. cap. reperiuntur. Innocentii ſecundi, Innocentii tertii 1. quæſt. 3. cap. vltim. de ſimonia. cap. de hoc autem. Item Calcedonenſis Concilii, Conſtantienſis, & Tridentini, quo patres vetant omnem in ſacris rebus nundinationem, & collatores beneficiorum hortantur, ne deinceps conferant niſi

idoneis

idoneis beneficia repulſi omni ſimoniæ ſeruitute. De pœnis ſimoniacorum vide ſum. Hoſtien. tit. de ſimonia. lib. 5. verſic. qua pœna feriatur.

Pius Quintus, ex Concilio Tridentino.

Simoniacorum pœnæ.

Cap. III.

Vt ſimoniacæ prauitatis labes prorſus aboleatur, conſtitutiones anteceſſorum noſtrorum contra ſimoniacos editas, & præſertim Pauli ſecundi, [a] inuiolabiliter obſeruari mandamus, & delinquentes tam in ſacrorum ordinum receptione, quàm in beneficiorum aſſecutione, ſtatutis etiam inferius pœnis noſtra auctoritate affici volumus. Quicunque igitur deteſtabile crimen ſimoniacæ prauitatis commiſiſſe conuictus fuerit in conſequendis ordinibus; eo ipſo ſit ab illorum executione per decennium ſine ſpe diſpenſationis ſuſpenſus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates eccleſiaſticas ſimoniacè acquiſiuerit, illis ſit ipſo iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quaſcunque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium eccleſiaſticum ſimoniacæ adeptus fuerit, illis ſimiliter * ſit ipſo iure priuatus, [b] & ad fructuum omnium, quos perceperit, reſtitutionem teneatur, & perpetuo ſit inhabilis ad ea, & quæcunq; alia beneficia eccleſiaſtica. Si quis autē tale crimen pluries commiſiſſe cōuictus fuerit, pt̄er ſupradictas pœnas ēt corporaliter puniatur, & ab ordinibus eccleſiaſticis degradatus

à fidelium conſortio eiiciatur. Qui verò ** ordines & beneficia ſimoniacè contulerint, pœnis à iure ſtatutis puniantur, cuiuſcunque gradus, conditionis, dignitatis, etiam ſi Epiſcopi, Archiepiſcopi, vel maiores fuerint. Caueant prætèrea quicunque, ne in ſacramentorum exhibitione ſimoniacum aliquid faciant. alioquin grauiſſimè puniantur per locorum ordinarios, qui huiuſmodi criminis reos cum maxima ſeueritate coercere procurent, iuxta Concilii *** Tridentini ſtatuta.

[a] *Paulus II. in extruag. & Sixtus IIII. in bulla quæ incip. Etſi dominici gregis.*

b *Ex Concil. Conſtantien. Petrus Rebuff. in pract. beneſi. tit. de ſimonia. num. 8.*

NOT. * *Sit ipſo iure priuatus.)* Etſi ſimoniacè adeptus beneficium ſit ipſo iure ptiuatus, attamen ſimoniam commiſſam eſſe conſtare debet. cap. accuſatum. cap. quotiens. cap. de hoc autem. de ſimonia. cum aliis quamplur. Nam etſi pœna de iure ipſo impoſita declaratoria non egeat, eſſe tamen omnino ea declaratione opus dixerunt iuriſconſulti. Crauet. conſil. 206. colum. 3. in fin. Tiraquel. in leg. ſi vnquam. in verb. reuertatur. num. 36.

NOT. ** *Qui vero ordines & beneficia ſimoniacè contulerit.)* Ab hoc præcepto non videtur exemptus ipſe etiam ſummus Pontifex, cum quo ſi quis ſimoniam commiſerit in adipiſcendo beneficio nullum ius in eo conſequitur cum ex natura rei lege naturali & diuina quibus Papa derogare non poteſt, ipſa adquiſitio impedita ſit abſque diuino conſenſu, nec Romanus Pontifex ſimoniæ labem permittere valet, nec vitium & culpam ſimoniæ remittere, imo & ipſe ſimoniacus eſt, ſi ſimoniam commiſerit, nempe ſi ſpiritualia quæ iure naturali & diuino vendi non poſſunt, vendiderit. quod notant Doct. in cap. 1. de ſimon. Thom. in 4. diſtinct. 25. quæſt. 3. art. 3. Syluest. verb. ſimonia. §. 4. Cardinal. à Turre cremat. in c. latorem. 1. quæſt. 1. ad tertium. Panorm. in cap. 1. de ſimonia. Adrian. quodlib. 9. art. vlt. verſ. ad 4. Ioan. Maior. in diſt. 25. quæſt. 3. art. vlt. Syluest. verb. ſimonia.

monia.§.4.&19.Palud.in 4.diſt.25.quæſt.3.Felin.in d.cap.1.de ſimon.&in c.de cætero.col.vlt.de re iud.Domin.de Soto. de iuſt. & iur.lib.9.q.5.art.2.

NOT. *** *Concilij Tridentini ſtatuta.)* Ex ſacri Concilii Tridentini ſtatutis radicitus euelli iubetur ſimonia ſeſs. 24 c.5. vult tamen inter cætera, vt in contrahendis matrimoniis, in ſepulturis, aut aliis rebus quæ ſunt ſpiritualibus annexa aliquid exigatur. Quamuis autem ſimonia ſit clericos pro funeribus exigere precium, poſſunt tamen ſecluſo ſcandalo pro ſuſtentatione paciſci. Verum quæ ſpiritualibus ſunt annexa antecedenter, abſque ſimonia vendi poſſunt, ſi nihil plus capiatur ratione conſecrationis. Quædam tamen vix æſtimantur niſi ratione eius quod ſpirituale eſt. Hinc multis capitulis cautum eſt ne pro Chriſmate aliquid exigatur.

Pius Quintus, ex Concilio Tridentino.

Beneficia pure & ſincere conferri debent, hoc eſt, abſque pacto aliquo, conuentione vel conditione, quibus ſimoniæ vitium inducitur.

Cap. IIII.

DVRVM nimis & incommodum arbitramur, quod eccleſiarum miniſtri in iis quæ ad ipſorum ſuſtentationem ſuppeditant, diſpendia patiantur. Quocirca cum hanc ad rem, ſimulque prohibenda ab eccleſia Dei auaritiæ prauitatem, editas ante hac ſanctiones minime ſatis eſſe intelligimus, nouæ conſtitutionis ſubſidio cogimur prouidere. Cum itaque alias ex plurium eccleſiarum [a] cathedralium & collegiatarum conſtitutionibus, aut ex praua conſuetudine obſeruari intelligeretur, * vt in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione,

confirmatione, collatione, vel alia prouiſione, ſiue admiſſione ad poſſeſſionem alicuius cathedralis eccleſiæ, vel beneficii, canonicatuum, aut prębendarum vel partem prouentuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas certæ conditiones, ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones, compenſationeſue illicitæ, aut etiã quæ in aliquibus eccleſiis dicuntur Turnorum lucra, interponerentur, licet ſancta Synodus Tridentina hæc deteſtata mandauerit Epiſcopis, vt quæcunq; huiuſmodi quæ in vſus pios non conuerterentur, atq; ingreſſus eos qui ſimoniacæ labis, aut ſordidæ auaritiæ ſuſpitionem haberẽt, fieri non permitterent, ipſique diligenter de eorum conſtitutionibus, ſiue conſuetudinibus ſuꝑ prædictis cognoſcerent, & illis tantum quas probarent exceptis, reliquas vt prauas & ſcandaloſas reiicerent, eos verò qui aduerſus p̃dicta quauis ratione commiſiſſent, pœnis cõtra ſimoniacos editis teneri decreuerit: multorum tamen indomita cupiditate tam p̃dicta, quàm alia ad beneficiũ, & cõmodum ipſorum miniſtrorũ edita, aut omninò contemnuntur, aut in varios ſenſus traducta ꝑperam eluduntur. Quare [b] nos pro diuini cultus exercitio, ſimulq; euocatorum ad illum auxilio plenius, euidentiuſq; conſulendum fore, rati, reuocamus & abolem' omnia & quæcunq; priuilegia, conſuetudines, & ſtatuta quarumcunq; eccleſiarum cathedralium & metropolitanarum, ac maiorum, necnõ collegiatarum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, aut alio quouis præſidio munita, ac etiã ſupra hominum memoriam, & longiſſimo ac quãtocunq; tempore etiam continuo obſeruata, ſiue pro ſoluendis eccleſiarum, vel prelatorum debitis, ſiue pro ſupportandis illorum oneribus, ſiue aliis etiam maioribus, maximis, & vrgentiſſi-

gentiſſi-

gentiſſimis cauſis conceſſa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extenſa, & moderata, quod vacantibus ipſarum eccleſiarum dignitatibus, canonicatibus, præbendis, portionibus, beneficiis, & officiis, fructus, ac etiam quotidianæ diſtributiones ex eis de primo ab ipſa vacatione anno, aut longiore, vel etiam breuiore tempore prouenturi, menſæ Epiſcopali, ſeu capitulari, alioue loco integre, vel partim remaneant, ſeu applicētur, aut in communes vſus cedant, ſeu inter alios canonicos, & perſonas eccleſiæ, ſeu capituli diuidantur. Quodque nullus etiam Apoſtolica auctoritate prouiſus in canonicum recipi, aut ad dignitatem, ſeu portionem, beneficium vel officiū admitti, vel alias in eius poſſeſſionem induci poſſit, niſi prius de obſeruandis huiuſmodi priuilegiis, conſuetudinibus, & ſtatutis iuramentum præſtiterit, & obtentæ illorū derogationi, ac fructuum, & diſtributionum perceptioni renuntiauerit, ſeu capitulo, & pſonis prędictis ceſſerit, ſeu (vt appellant) dulciaria, aut quid aliud [c] pſtiterit. Quorum omnium tenores, cauſas, & effectus habemus præſentibus pro expreſſis, q̄buſcunq; illa concepta ſint formulis, necnon irritantibus, & aliis decretis roborata: Volentes ea omnia vires & effectum de cætero non habere. Pręcipimus igitur & interdicimus omnibus Epiſcopis, capitulis, collegiis, & perſonis ad quos id pertinet, ne poſthac fructus, aut diſtributiones huiuſmodi, nec prorſus vllam eorum partem retineant, neue ipſorum ceſſionem, vel renuntiationem, aut dulciaria, vel alia quomodocunque petant, vel exigant, aut quemquam ſiue ordinaria, ſiue Apoſtolica auctoritate prouiſum, ad præſtandum huiuſmodi iuramentum inducāt, aut illi prædicta non facienti poſſeſſionem impediant,

vel

vel remorentur. Quicunque contrafecerint, ſi eccleſiarum antiſtes, tam diu à Pontificalis officii exercitio ſint ſuſpenſi, donec ſatisfactione præuia illis per ſedem Apoſtolicam ſuſpenſio relaxetur: capitula verò, & collegia quæcunque eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto, ac ſingulares perſonæ in excommunicationis ſententiam incurrant, à qua, niſi in mortis articulo conſtituti, ab alio quàm à Romano Pontifice abſolutionis beneficium nequeant obtinere. Romæ prid. Cal. Iunii. 1570.

[a] *Eccleſiaſticis beneficijs hæc eſt præſcripta forma iure Pontificio, vt quicquid datur quod Chriſti & eccleſiæ lucrum nō ſapiat, ſimoniacum ſit.*

[b] *Priuilegia quæcunque hactenus conceſſa eccleſiis, de recipiendis candidatis certo pacto ſoluendi ingreſſus & alia debita annullantur.*

[c] *Nullus in poſterum ad dignitates & eccleſiaſticas functiones recipiatur niſi prius iuramento huius conſtitutionis obſeruationem pollicitus fuerit.*

N O T. * *Vt in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, &c.*) Sigillatim ſpecies canonicæ beneficii & dignitatis inſtitutionis apetit, quarum prima eſt electio, nempe canonica & legitima optio ab his ad quos pertinet ad prælatutas vel beneficia vacantia. II. Præſentatio, quam Panormit. in cap. ea noſcitur. de his quæ fiunt à prælat. dixit eſſe quandam perſonæ per patronum Epiſcopo, vel alteri ad quem inſtitutio pertinet, legitimè factam exhibitionem. Tertia ſpecies adipiſcendi beneficii eſt collatio, ſiue neceſſaria ſiue voluntaria. cap. tibi. & cap. duobus. de reſcript. lib. 6. Dec. conſil. 128. Licet. & Pariſ. conſil. 17. De bon. 14. volum. Rebuff. tit. de collat. num. 1. Poſtremò electionem, præſentationem ſiue inſtitutionem & collationem, ſequitur admiſſio in poſſeſſionem, quæ tribus cauſis comitari debet quas enumerat Iuriſconſultus leg. 1. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur. De beneficiali

verò

verò copioſiſſimè proprio ſelecto titulo ſcripſit Rebuffus, tit. de miſſione in poſſeſſionem. in praxi beneficiaria.

Tit. XII.

De maleficis & incantatoribus.

Alexander VI. Angelo de Verona ordinis Prædicatorum, ſacræ Theologiæ profeſſori, in Prouincia Lombardiæ hæreticæ prauitatis Inquiſitori.

Inquiſitorum fidei officijs intereſt animaduertere in maleficos, incantatores, & vanarum ſuperſtitionum obſeruatores.

Cap. I.

CVM acceperimus in Prouincia Lombardiæ diuerſas vtriuſque ſexus perſonas, diuerſis incantationibus & diabolicis ſuperſtitionibus operam dare, ſuiſque veneficiis & variis obſeruationibus multa nefanda ſcelera * procurare, homines & iumenta ac campos deſtruere, & diuerſos errores inducere, magnaque inde ſcandala exoriri: decreuimus pro paſtoralis officii nobis ex alto commiſſi miniſterio ſcelera huiuſmodi compeſcere, ac ſcandalis & erroribus pręmiſſis quantum cum Deo poſſumus occurrere. Ea propter tam tibi quam etiam ſucceſ-

ſucceſſoribus ſuis per Lombardiam conſtitutis de quibus in his & aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, committimus, & mandamus, & etiam ſoli (honeſto tamen comitatu per vos eligendo aſſociati) contra eaſdem vtriuſque ſexus perſonas diligenter inquiratis, eaſque iuſtitia mediante puniatis & compeſcatis. Et vt melius commiſſionem huiuſmodi exequi poſſitis, contra illas vobis plenam & omnimodam harum ſerie concedimus facultatem, conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis necnon indultis & conceſſionibus ordinariis forſan pro tempore factis, cæteriſque contrariis quibuſcunque non obſtantibus.

[a] *Vide Malleum Maleficorum, in quo varia exempla huius peſtilentiſſimi incantatorum cœtus ab hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus notata conferuntur.*

Sixtus Quartus, Vicario generali Epiſcopi Bononienſis.

Hæreticum eſt a dæmonibus expectare reſponſa.

CAP. I.

NVNTIATVM eſt nobis, nonnullos ordinis ſanctæ Mariæ de monte Carmeli fratres tantæ fuiſſe temeritatis, vt veriti non ſint diſputando & prædicando in ciuitate Bononienſi eiuſque comitatu aſſerere, non eſſe hæreticum [a] & à puritate fidei alienum, dæmonum * expectare reſponſa: ob quod aduerſus ipſius fidei puritatem

tem ſcandala multa exorta videntur. Nos id indignè moleſteque ferentes & de præmiſſis certam notitiam non habentes, diſcretioni tuæ per præſentes committimus & mandamus, vt omni opportuna adhibita diligentia, & induſtria veram notitiam habere cures: an ſit, qui fuerint huiuſmodi aſſertores, & quæ ſcandala propterea ſint exorta. Quicquid autem in præmiſſis inueneris in ſcriptis authenticè redactum, ad dilectum filium Franciſcum de Toleto Notarium & Datarium noſtrum domeſticum, ſub tuo ſigillo tranſmittas, vt ab eo de omni re certiores facti, quid agi conueniat, auctore Domino, ſtatuere valeamus. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die decimooctauo Iunii. 1474. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

[a] *Directè pugnat cum analogia noſtræ fidei, expectare à dæmonibus reſponſa. Caietan. in q. 90. 22. S. Thom.*

NOT. * *Dæmonum expectare reſponſa.)* In noſtra ſumma conſtitutionum ex diuo Auguſt. lib. de natura dæmonum ſeptē cauſas enumerauimus quibus opinati ſunt Doctores dæmones poſſe non equidem futura ſcire ſed conicere. Veruntamen doctrina & cathecheſi Chriſtiana in ipſaque fidei noſtræ profeſſione diabolo vt mendacii authori & humani generis antiquo hoſti renuntiamus. Solet tamen ipſe in ſomniis homines futurorum metu expaueſcere & terrere, vt apud eôs aliquid venetur ſuperſtitionis & indebiti cultus. Poteſt enim dæmon in dormientibus exprimere ſomnia præſignificantia res futuras, eas dico, quæ vel ex certis cauſis naturaliter euenturæ ſunt, vel quas dæmon ipſe aliquanto poſt tempore facturus eſt, vel quas ſi non certis argumentis, probabilibus tamen ſignis futuras coniectat. Benedict. Pererius lib. 2 commentar. in Danielem.

❦

Adria-

Adrianus Sextus, Inquiſitori Comenſi.

Iuriſdictione Inquiſitorum pœnis iure ſancitis plecti debent incantatores & ſortilegi.

CAP. III.

DVDVM,[a] vti nobis exponi feciſti, per fœ.rec. Iulium Papam II. prædeceſſorẽ noſtrum, non ſine magna tunc animi ſui diſplicentia accepto, quod per quendam Georgium de Caſali, ordinis fratrum Prædicatorum profeſſorem, & in ciuitate Cremonenſi hæreticæ prauitatis Inquiſitorem deputatum, in nonnullis Lombardiæ partibus, & præſertim in locis, in quibus dictus Georgius Inquiſitor deputatus erat, repertæ fuerunt quamplures vtriuſque ſexus perſonæ, propriæ ſalutis immemores, & à fide Catholica deuiantes certam ſectam facientes, fidẽ quam in ſacri ſuſceptione baptiſmatis ſuſceperant, abnegãtes, ſanctam crucem pedibus conculcantes, & opprobria ſuper eam perpetrantes, eccleſiaſticis & præſertim Euchariſtiæ ſacramentis abutentes, diabolum in ſuum dominum & patronum aſſumentes, eique obedientiam & reuerentiam exhibentes, & ſuis incantationibus, carminibus, ſortilegiis, aliiſque nefandis ſuperſtitionibus iumenta & fructus terræ multipliciter lædentes: aliaque quamplurima nefanda, exceſſus, & crimina eodem diabolo inſtigante committentes, & perpetrantes, in animarum ſuarum periculum, diuinæ maieſtatis offenſam, pernicioſumque exemplum, & ſcandalum [b] plurimorum. Contra quas cum dictus Georgius tunc (vt aſſerebat) in dictis locis ſuæ inquiſitioni

ſitioni deputatis, prout ipſius Georgii incumbebat officio, ipſe Georgius proceſſiſſet: nonnulli autem tam clerici quàm laici illarum partium, quærentes plus ſapere quàm oportet, præmiſſa delicta ad eiuſdem Georgii Inquiſitionis officium non pertinere temere aſſerentes, præſumentes in populo errores & ſcandala ſeminauerunt: ſicque eundem Georgium in populo odioſum reddere, & dicti Georgii officium impedire conati fuerunt, prout etiam tunc impediebant: ita quod propter præmiſſa, perſonæ prædictæ delicta huiuſmodi perpetrantes, remanebant impunitæ, & aliæ eorum exemplo ad ſimilia perpetranda quotidie inducebantur, in non modicum fidei opprobrium, animarum periculum, & ſcandalum plurimorum. Dictus prędeceſſor volens (ne inquiſitionis officii executio quomodolibet retardaretur, & labes hæreticæ prauitatis longius venena diffunderet) prouidere, dicto Georgio per quaſdam ſuas in forma breuis literas commiſit & mandauit quatenus in locis eiuſdem Georgii inquiſitioni deputatis, de exceſſibus huiuſmodi cognoſcere, & contra quaſcunque perſonas, cuiuſcunque conditionis & præeminentiæ forēt, inquiſitionis [c] officium exercere & exequi: ipſaſque perſonas, quas in præmiſſis culpabiles reperiret, vna cum locorum ordinariorum Vicariis, quatenus voluiſſent intereſſe, iuxta dictarum perſonarum demerita corrigere & punire deberet, ſecundum modum contra alios hæreticos à iure ex ſacris canonibus * ſtatutum: contradictores quoſcunque per cenſuram eccleſiaſticam, & alia iuris opportuna remedia compeſcendo. Eos verò qui in præmiſſis conſilium, auxilium vel fauorem præſtarent, præfatus prædeceſſor noſter eiſdem indulgentiis vti & gaudere decreuit, quibus

cruce ſignati contra alios hæreticos, ex indulto Apoſtolico eis conceſſo, tunc gaudebant & vtebantur, prout in dictis literis plenius contineri dicitur. Et ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, non ſolum delicta & crimina huiuſmodi contra fidem catholicam, & Chriſtianam religionem, ſub iuriſdictione inquiſitoris Cremonenſis committuntur, & perpetrantur, ſed omnibus aliis locis & diœceſibus ſub iuriſdictione aliorum Inquiſitorum dicti ordinis congregationis Lombardiæ, indies perpetrantur & committuntur. Et cum eadem ſint delicta, eadem profecto prouiſione & caſtigatione eis eſt earundem literarum tenore prouidendum. Quare tu, ſicut aſſeris, in ciuitate Comenſi vbi dictæ prauitatis Inquiſitor exiſtis, tam tuo, quàm omnium aliorum dictorum ordinis & congregationis hæreticæ prauitatis Inquiſitorum vbilibet conſiſtentium & deputatorum nominibus, feciſti nobis humiliter ſupplicari, vt literas prędictas ad vos extendere & ampliare, aliaſque deſuper opportunè dignaremur prouidere. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationi inclinati: literas prædictas, cum omnibus in eis contentis clauſulis, in omnibus & per omnia, prout in eiſdem literis continetur, ad te & ad alios ordinis & congregationis huiuſmodi Inquiſitores, tam in præſentiarum deputatos, quàm in futurum perpetuis futuris temporibus deputandos, ac ſi tibi, & cuilibet Inquiſitorum prædictorum dirigerentur, & directæ fuiſſent, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium extendimus. Ipſaſq; literas tibi & illis, vt præmittitur, eiſdem auctoritate & tenore concedimus. Romæ 20. Iulii. 1523.

[a] *De maleficis & incãtatorib. vide Flagellũ hæret. Pau. Gril. lib. 2. Alph. de Caſt. de punit. hær. Syluest. Prier. de dæm. mir.*

b *Exor-*

b *Exorciſ. S. Cypriani nuper excuſus Auguſtæ Taurinorum.*

c *Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt inquirere aduerſus ſortilegos & incantatores. Panorm. in c. 1. de ſortileg.*

NOT.* *A iure ex ſacris canonibus ſtatutum.*) Pœnæ ſancitæ in maleficos traduntur. C. de malef. & math. & ext. de ſortil. tot. tit. Iure canonico clericus deponitur & conſulens eos excõmunicatur. 26. q. 5. c. ſi quis Epiſcopus & presbyter. 21. q. 1. amoueantur. & per Pan. in c. 1. & 2. de ſortil. Iure ciuili Mathematicus & conſulens pœna capitis punitur. l. nemo. de malef. & mathem. l. nullus. C. eod.

Innocentius VIII.

Horrendis flagitijs propenſiores ſortilegi inſontes puerulos deuorantes, grandines & auras læſiuas cum atroci fame exagitantes, ſterilitatem in hominibus & armentis procurantes, aliaque quamplurima diaboli arte facientes prodigioſa & portentoſa damnantur.

Cap. IIII.

SVMMIS deſiderantes [a] affectibus, prout paſtoralis ſollicitudinis cura requirit vt fides catholica noſtris potiſſimè temporibus, vbique augeatur & floreat, ac omnis hæretica prauitas de finibus fidelium procul pellatur, ea libenter declaramus, ac etiam de nouo concedimus, per quæ huiuſmodi pium deſiderium noſtrum natiuum ſortiatur effectum, cunctiſq; propterea per noſtrum operationis miniſterium: quaſi per prouidi operatoris ſarculum, erroribus extirpatis, eiuſdem fidei zelus, & obſeruantia in ipſorum corda fidelium fortius imprimatur.

Sanè nuper ad noſtrum non ſine ingenti moleſtia, peruenit auditum, quod in nonnullis partibus Alemaniæ ſuperioris, necnon in Moguntinenſi, Colonienſi, Treuirenſi, Saltzburgenſi & Bremenſi prouinciis, ciuitatibus, terris, locis, & diœceſibus complures vtriuſque ſexus perſonæ propriæ ſalutis immemores, & à fide catholica deuiantes, cum dæmonibus Incubis & Succubis abuti, ac ſuis incantationibus, carminibus & coniurationibus, aliiſque nephandis ſuperſtitionibus & ſortilegiis, exceſſibus, criminibus & delictis, mulierum partus, animalium fœtus, ** terræ fruges, vinearum vuas, & arborum fructus, necnon homines, mulieres, pecora, pecudes, & alia diuerſarum generũ animalia, vineas quoque, pomaria, prata, paſcua, blada, frumenta, & alia terræ legumina, perire, ſuffocari, & extingui facere & procurare, ipſoſq; homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes, & animalia diris tam intrinſecis quàm extrinſecis doloribus & tormentis afficere & excruciare, ac eoſdem homines ne gignere, & mulieres ne concipere, viroſque ne vxoribus, & mulieres ne viris actus coniugales reddere valeant impedire. Fidem pręterea ipſam, quam in ſacri ſuſceptione Baptiſmi ſuſceperunt, ore ſacrilego abnegare. Aliaque quamplurima nefanda, exceſſus & crimina, inſtigante humano generi inimico, committere & perpetrare non verentur, in animarum ſuarum periculum, diuinæ maieſtatis offenſam, ac pernicioſum exemplũ, ac ſcandalum plurimorum.

Quodque licet dilecti filii Henrici Inquiſitoris, in prædictis partibus Alemaniæ ſuperioris, in quibus etiam prouinciæ, ciuitates, terræ, diœceſis, & alia loca huiuſmodi comprehenſa fore cenſetur. Necnon Iacobus Sprenger per certas partes lineæ Rheni, ordinis

Prædi-

Prædicatorum & Theologiæ profeſſores, hæreticæ prauitatis Inquiſitores per literas Apoſtolicas deputati fuerunt, prout adhuc exiſtunt, Tamen nonnulli clerici & laici illarum partium, quærentes plura ſapere quàm oporteat, pro eo, quod in literis deputationis huiuſmodi prouinciæ, ciuitates, diœceſes, terræ, & alia loca prædicta, illarumque perſonæ ac exceſſus huiuſmodi nominatim & ſpecificè expreſſa non fuerũt, illa ſub eiſdem partibus minimè contineri, & ꝓpterea præfatis Inquiſitoribus in prouinciis, ciuitatibus, diœceſibus, terris & locis prædictis huiuſmodi Inquiſitionis beneficium exequi non licere & ad perſonarum earundem ſuper exceſſibus & criminibus antedictis punitionem, incarcerationem & correctionem admitti non debere, pertinaciter aſſerere non erubeſcunt. Propter quod in prouinciis, ciuitatibus, diœceſibus, terris & locis prædictis, exceſſus, & crimina huiuſmodi non ſine animarum earundem euidenti iactura, & æternæ ſalutis diſpendio remanent impunita.

Nos [b] igitur impedimenta quælibet, per quæ ipſorum Inquiſitorum officii executio, quomodolibet retardari poſſet, de medio ſubmouere, & ne labes hæreticæ prauitatis, aliorumque exceſſuum, huiuſmodi in perniciem aliorum innocentium ſua venena diffundat, oportunis remediis, prout noſtro incumbit officio, prouidere volentes, fidei zelo ad hoc maximè nos impellente. Ne præterea contingat, prouincias, ciuitates, diœceſes, terra & loca prædicta, ſub eiſdem partibus Alemaniæ ſuperioris, debito inquiſitionis ſub officio carere, eiſdem Inquiſitoribus in illis officium inquiſitionis huiuſmodi exequi licere, & ad ꝑſonarum earundem ſuper exceſſibus & criminibus

prædictis correctionem,incarcerationem,&punitionem admitti debere, perinde in omnibus, & per omnia ac ſi in literis prædictis prouinciæ,ciuitates, diœceſes, terræ & loca,ac perſonæ & exceſſus huiuſmodi nominatim & ſpecificè expreſſa forent, auctoritate Apoſt. tenore præſentium ſtatuimus.

Proq; potiori cautela literas & deputationem prædictas ad prouincias,ciuitates,diœceſes,terras & loca, necnon perſonas, & crimina huiuſmodi extendentes præfatis Inquiſitoribus, quod ipſi, & alter eorum, acerſito ſecum dilecto filio, Ioanne [c] Gremper clerico Conſtantienſis diœceſis magiſtro in artibus, eorum moderno,ſeu quouis alio Notario publico,per ipſos, & quemlibet eorum pro tempore deputando in prouinciis, ciuitatibus, diœceſibus, terris & locis prædictis contra quaſcunque perſonas, cuiuſcunque conditionis, & præeminentiæ fuerint, huiuſmodi inquiſitionis officium exequi ipſaſq; perſonas, quas in præmiſſis culpabiles repererint iuxta earum demerita corrigere,incarcerare,punire,& mulctare. Necnon in ſingulis prouinciarum huiuſmodi parrochialibus eccleſiis verbum Dei fideli populo quoties expedierit, ac eis viſum fuerit proponere,& prædicare,omniaque alia & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria & oportuna facere, & ſimiliter exequi liberè & licitè valeant, plenam ac liberam eadem auctoritate de nouo concedimus facultatem.

a *Hæc conſtitutio X V I. horrenda flagitia quæ ſolent committi à ſortilegis & incantatoribus recenſet,quorum præter impietatem & contemptum Dei proprium eſt infantes vorare, grandines & auras laſiuas cum fame exagitare,&c. Vide Paulum Grilland.in tract.de malef.& mathem.*

b *Facultas Inquiſitorum hæreticæ prauitatis confirmata pro-*

ta procedendi aduerſus maleficos & incantatores qui iure id poſſunt. Panorm. c. 1. de ſortil.

[c] *Ioannes Gremper Conſtant. deputatur cum Inquiſitoribus aduerſus ſortilegij & maleficij reos.*

NOT. * *Incubis & Succubis.*) De his vide quæ ſcripſit Scotus l. 2. diſt. 8. Georgius Venetus problemat. 192. Auguſt. lib. 15. de ciuit. Dei. cap. 23. Alphonſ. de Caſtro, lib. 1. de iuſta hæreticorum punit. &c.

NOT. ** *Terra fruges.*) Lege duodecim tabularum olim in frugum incantatores ita ſancitum fuit: Qui malum carmen incantauit, frugeſque incantarit coercetor. Vide Bald. in comment. ad leges XII. tab. leg. 54.

Leo Decimus, in Concilio Lateranenſi.

Infames perpetuo exiſtant clerici incantatoribus & ſortilegijs dediti, tum deponantur & monaſteriis includantur.

CAP. V.

CVM ſecundum leges ciuiles & ſacrorum canonum cenſuras, ſortilegia per inuocationem dæmonum incantationes ac diuinationes, ſuperſtitiones prohibitæ ſint. Statuimus, decernimus, & ordinamus, vt clerici [a] qui in præmiſſis culpabiles inuenti fuerint, arbitrio ſuperiorum infamia notentur, ſi verò non deſtiterint, deponantur atq; in monaſterium * ad tempus arbitrio ſuperioris præfiniendum detrudantur, beneficiiſque & officiis eccleſiaſticis priuentur. Laici verò vtriuſq; ſexus excommunicationis & aliis pœnis iuris tam ciuilis quàm canonici ſubiaceant.

[a] *Diaz. in pract. can. ca. 100. Cuchus in inſtit. can. lib. 4. tit. 9. de diuerſis delictis. verſ. his adduntur.*

NOT. * *In monaſterium ad tempus.*)Sortilegio deditus clericus deponitur ab omni ordine ſacro, omnibus beneficiis priuatur, & perpetuò in monaſterium includitur. c. ſi quis Epiſcopus. vbi gloſſ. 26. q. 5. quam conſtitutionem declarat Grillandus tract. de ſortilegiis. quæſt. 14.

Idem, vniuerſis & ſingulis locorum ordinarii dominii Venetorum.

In ſtrigas & ſortilegos vt contra hæreticos vehementer ſuſpectos procedi ſolet, quia ea perpetrant, quæ manifeſte ſapiunt hæreſim.

Cap. VI.

Honestis petentium votis libenter annuimus, eaque fauoribus perſequimur opportunis. Aliàs ad petitionem dilectorum filiorum nobilium virorum Ducis & dominii Venetorum, cum in Brixienſi & Bergomenſi ciuitatibus & diœceſibus quoddam hominum genus pernitioſiſſimum ac damnatiſſimum labe hæretica, [a]per quam ſuſcepto renunciabatur baptiſmatis ſacramento, Dominum abnegabant, & ſatanæ, cuius conſilio ſeducebantur, corpora & animas conferebant, & vt illi rem gratam facerent, in necandis infantibus paſſim ſtudebant, & alia maleficia & ſortilegia exercere non verebantur, quod ita factum eſſe videbatur, vt ad eorum errorem extirpandum opportuna adhiberentur remedia. Volentes etiam eiuſdem generis nõnullos indicibili pœna obſtinate vitam potius perfidè amittere, quàm errorem ſuum cognoſcere maluiſſe, & pro-

& propterea de rigoroſo nimium (vt dicebatur) veſtri ordinariorum contra tales proceſſu dubitantes, venerabilem fratrem Epiſcopum Polenſem noſtrum & Apoſtolicæ ſedis apud eoſdem Ducem & dominum, Nuntium vobis adiungendum duximus, cum facultate per ſe vel alium, ſeu alios proceſſus p vos habitos, ſeu factos examinandi, & reuidendi: & ſi vos Inquiſitores proceſſus prædictos ritè & rectè, ac iuxta formā iuris habitos feciſſetis, contra tale hominum damnatorum genus vna vobiſcum procedendi & inquirendi: necnon procuratores & aduocatos, ſcribas cæteroſque ad inquiſitionis præfatæ exercitium neceſſarios & oportunos, officiales & miniſtros cum competentibus ſalariis deputandi, & homines prædictos (quod redire ad eccleſiæ vnitatem vellent) clementer ſuſcipiendi, eiſq; pœnitentiam ſalutarem iniungendi & eos abſoluendi etiam in vtroque foro, & incorrigibiles condemnandi, & brachio ſeculari tradendi, cæteraque quæ vos de iure vel conſuetudine facere poſſetis, & deberetis faciendi, exercendi, & exequendi, prout in literis deſuper confectis continetur. Cum igitur commiſſionis huiuſmodi vigore præfatus nuntius, venerabilem fratrem Epiſcopum Iuſtinopolitanum in partibus illis commorantem, ad præmiſſa vnà vobiſcum pertractanda & exequenda ſubdelegauerit, voſq; & ipſe ſubdelegatus in valle Comunica Brixienſis diœceſis, vbi maximè huiuſmodi damnati generis homines vigent & pullulant, proceſſeritis, ac nonnullos culpabiles repertos, & curiæ ſeculari tradendos, necnon iam condemnatos habueritis, videtur quod per Venetorum collegium Prætori Brixienſi mandatū fuerit, ne ſententias huiuſmodi exequeretur, & vobis & eidem ſubdelegato, ne ad executionem

illarum procederetis inhiberet prout inhibitum fuit: ac expenſas & ſalaria pro huiuſmodi inquiſitionis negotio neceſſaria ſubmoueret, & retraheret: necnon proceſſus contra culpabiles prædictos habitos & factos eis tranſmitteret, ſeu tranſmitti faceret: &, quod deterius eſt, ſubdelegatum prędictum ad coram eis in ciuitate Venetiarum comparendum cogeret, & compelleret, prout coactus & compulſus fuit. Et quia propter dictas literas, in quibus dictus nuntius adiunctus fuit, ab aliquibus hæſitatur, an propter hoc facultas veſtra diminuta exiſtat, ita quod prout ante duas huiuſmodi literas potuiſſetis, procedere non poſſitis, indecenſque & contra iuris & ſacrorum canonum diſpoſitionem, ac eccleſiaſticam libertatem exiſtat, laicos de perſonis & cauſis eccleſiaſticis ſe intromittere, nullamq; iniunctam à nobis executionem adimplere, niſi proceſſibus, ac ſententiis per eos viſis & examinatis, ac ſi ipſi in clericos cauſaſq; eccleſiaſticas ſuperioritatem & iuriſdictionem haberent: cum tamē in clericos cauſaſque huiuſmodi laicis nulla facultas attributa ſit, quos [b] obſequendi & exequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi, propter quod inter Chriſti fideles non modicum ſurgit ſcandalum. Nos igitur, ne quod ad ſalutem animarum, & dictarum cauſarum faciliorem expeditionem introductū eſt, in damnum & percellationem conuertatur; & ꝓpterea ob diuturnitatem temporis infœlices animæ huiuſmodi peccatis magis grauentur, & ad omne circa hoc dubium tollendum, vos ꝓut ante datas dictas literas de iure & cōſuetudine ſeu priuilegio procedere poteratis, necnon ēt contra maleficos & ſortilegos, ac à fide apoſtatantes, prout criminis poſtulauerit qualitas, procedere poſſe & debere, auctoritate Apoſtolica,

ſtolica, tenore præſentium decernimus & declaramus vobis committentes & mandantes, vt eoſdem Venetos, & illorum Ducem, ac officiales ſuos, ne ipſi vlterius in huiuſmodi cauſis ſe intromittant, ſed quod iniunctas ſibi executiones, & fortè iniungendas, poſtquam requiſiti fuerint, ſine aliqua proceſſuum, ꝑ dictos eccleſiaſticos iudices factorum viſione, vel examinatione promptè exequantur, moneatis & hortemini. Et ſi hoc facere neglexerint, vel recuſauerint, vos eos per cenſuras eccleſiaſticas & alia iuris oportuna remedia, appellatione poſtpoſita compellatis. Dat. Rom. 15. Febr. 1521.

a *Sortilegium quod de iure ciuili maleficium appellatur, manifeſtam hæreſim ſapiens, vt crimen hæreſis punitur. Paul. Grilland. quæſt. 11. num. 1. & 6. Si verò non ſapuerit in laicis tantum indicitur pœnitentia 40. dierum. c. 1. de ſortileg.*

b *Laicos obſequendi & exequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi.*

Tit. XIII.

De teſtibus.

Pius Quintus.

Periurii & falſi rei habentur qui in cauſis ciuilibus aut criminalibus dicta teſtium ſine iudicis auctoritate detegunt.

Capvt vnicvm.

LICET contra Notarios qui in cauſis, tam criminalibus, quàm ciuilibus, dicta teſtium, aut reorum reſponſiones abſque Iudicis decreto partibus patefaciunt, multæ conſti-

conſtitutiones editæ ſint, eoſque tanquam falſi reos, & infames, ac periuros puniri debere ſtatutum ſit, nihilominus quia magis timetur quod ſæpius cauetur, & vt in futurum timore pœnæ, ſi non Dei timore arceantur, omnes & ſingulas cenſuras, & pœnas contra eos, qui talia deliquerint latas auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innouamus, nec de earum rigore, propter illarum forſan inobſeruantiam, aut prædeceſſorum noſtrorum, & etiam noſtram, ac officialium, & miniſtrorum eorundem, & noſtrorum tolerantiã quicquam relaxatum, aut remiſſum eſſe, ac eaſdem in ſuo priſtino robore, & vigore permanere decernimus, & declaramus. Et vt pœnarum certitudo omnibus hic in alma vrbe noſtra innoteſcat, ſtatuimus, decernimus, & declaramus, omnes & ſingulos Notarios, tam principales, quàm ſubſtitutos, executores quoque, ac carcerum cuſtodes, cæteroſque, quibus tam vigore ſui officii, quàm alias quomodocunque reos, dum in carceribus ſecretis detinentur, facultas alloquendi conceditur, qui reorum [b] reſponſiones, ac teſtium in dictis cauſis depoſitiones propalare in totum, vel in parte, dicto, aut facto, quibuſuis perſonis cuiuſcunque conditionis, prærogatiuæ, & dignitatis, tam mundanæ, quàm eccleſiaſticæ exiſtant, abſque iudicis coram quo cauſa vertitur, & Procuratoris fiſcalis licentia auſi fuerint, aut eiſdem reis, & teſtibus, donec in ſecretis retinentur, etiam quarumuis perſonarum, vt ſupra quomodolibet qualificatum, vel nomine eorundem reorum, & teſtium, vel aliis etiam extra carceres exiſtentium nomine eorundem carceratorum nuntium, epiſtolam, literas, vel (vt vulgo dicitur) ambaſciatas ferre abſque eiuſdem Iudicis, & Procuratoris

ris Fiſcalis licentia, vltra pœnas eis à iure, vel ſtatuto inflictas, pœnam relegationis in perpetuum, vel ad tempus ad triremes, & ſi qualitas facti id exegerit, & Iudici videbitur, etiam vltimi ſupplicii incurrere, & puniri debere præcipimus, & mandamus, ſicque per quoſcunq; Iudices quauis auctoritate fungentes puniri, & condemnari, & non aliter declaramus. Romæ 23. Iul. 1568.

[a] *Magis timetur quod ſæpius cauetur.*

[b] *Reorum reſponſiones, & teſtium depoſitiones non debent publicari.*

NOT. * *Falſi reos & infames.*) Pœna falſi puniri iubet Pōtifex Notarios in cauſis tam ciuilibus quàm criminalibus teſtium depoſitiones partibus patefacientes, hinc enim metuenda ſuboriuntur plerumque rerum diſcrimina & irreconciliabilia odia; Iudicumque ſententiæ obuiam itur & corrumpitur recta æquitatis & veri ſanctio; vt ergo diſcreta debent eſſe teſtium examina, ſic animaduertendum eſt ne in illis quantulacunque ſurrepat ſimulatio, aut veritatis conuulſio. Prudenter ergo cauetur ne Iudice inſcio notarius teſtium collimatas depoſitiones imprudentius & liberius quæ adyta veluti & ſecreta eſſe debent effutiat, totius enim cauſæ vis conſiſtit in teſtibus ſeu probationibus. Spec. in tit. de teſtib. §. nunc tractandum. in princ.

Tit. XIIII.

De monetarum tonſoribus.

Pius Quintus.

Vltimi ſupplicij pœna afficiuntur aureæ & argenteæ monetæ tonſores.

Capvt

Capvt vnicvm.

Cvm nil magis humanæ vitæ commercio [a] ſit neceſſarium, quàm * pecuniarum vſus, quę hominibus cuncta humano victui neceſſaria præbét, decet Romanum Pontificem ad ea libenter intendere, per quæ pecuniæ ipſæ non ſolum non adulterentur, verum etiam in primæuo illarum ſtatu ab omnibus illæſæ conſeruentur, Quod, & ſi cunctis in locis, præcipuè tamen in hac alma vrbe noſtra, quam glorioſi Apoſtolorum Principes martyrio ſuo conſecrarunt, & ad quam veluti communem omnium matrem gentes vndequaque concurrunt, ſinguliſque aliis dominiis, terris, & locis, nobis, & ſedi Apoſtolicæ mediatè, vel immediatè ſubiectis, curandum eſt, vt & ad illam venientibus vitiorum exempla non proponantur, & quibuſuis id peccandi materies ſuccidatur. Attendentes itaque quod licet monetarum aurearum tonſoribus vltimi ſupplicii de iure ſit inflicta pœna, argenteas tamen monetas tondentibus, ſatis minor pœna [b] impoſita ſit. Ac animo reuoluentes, quam par ſit vtriuſque delictum, cum ii qui argenteas minuunt, nulla alia de cauſa ab aurearum mutilatione, niſi ob earum defectum ſubſiſtant, ac propterea eodem iuris rigore, in vtroque ſæuiendum eſſe, æquum reputantes. Motu ſimili, &c. hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione ſtatuimus, eos qui ** argenteas tõdent monetas, vltimi ſupplicii, & ea qua aureorum tonſores hactenus puniti ſunt, & de iure puniri debent, pœna puniendos eſſe, & ita ab omnibus, quibus Iudicis officium tam in alma vrbe noſtra, quàm alibi in toto ſtatu eccleſiaſtico commiſſum eſt, quouis nomine cenſeantur, & quauis auctoritate præfulgeant, iniunctum eſt, puniri volumus & mandamus. Diſtrictius

ctius inhibẽtes ſingulis terrarum, locorum, & ciuitatum dominis in temporalibus, ne Iudices præfatos in præmiſſis hoc modo ſæuientes, ſub excommunicationis, &c. impedire, moleſtare, vel inquietare audeant, vel præſumant.

a *Pecuniæ vſus in gratiam cõmercij & publicorum negotiorum adinuentus. De pecunia, & cur ſic vocetur vide Plin. lib. 33. cap. 3. Herodot. Macrob. Varronem.*

b *Cynus l. 2. C. de falſa moneta. Marſ. l. qui falſam. num. 99. de falſis. Alciat. reſp. 461.*

NOT. * *Quam pecuniarum vſus.)* Vtilem vſum pecuniæ in 5. Ethic. Ariſtoteles oſtendit, quem ratione commutatiuæ iuſtitiæ in duobus conſiſtere putauit. Primum in gratiam commercii, ne qui peregrè proficiſcuntur alimentorum & commeatus ſarcinis onerentur, pecũniæ vſus opitulatur. Secundò, vt inæqualia ad æqualitatem reducantur, nam inæqualibus permutationibus medetur pecunia. Dicti profert exemplum Antonius Vſillus ad §. in perſonam. inſtit. de actionib. his verbis: Nã cum commutatiuæ iuſtitiæ officium debeat ſub aliqua mediocritate contineri, ſi ego ſutor indigeam frumento, tu verò agricola calceos deſideres, omninò fieri non poterit, quod triticum ſit calceis æquale. Superaddi igitur debebit tritico pecunia, aut calceis vt prædictas res pecunia commenſurante, imparia paria & æqualia reddantur. Inde ex rerum permutatione. Paulus reſpondit emptionem & venditionem originem deduxiſſe in l. 1. ff. de contrahend. emptione.

NOT. ** *Qui argenteas tondent monetas, vltimi ſupplicij.)* Extat Conſtantini ſanctio in Codice Theodoſian. lib. 9. tit. 22. ſub Rubric. ſi quis ſolidi circulum exteriorem inciderit, qua pœna mortis puniuntur qui ponderis quantitatem & circuli exterioris menſuram minuunt. Idque obſeruari iubetur tam in aurea, argentea, quàm ærea moneta. l. quicunque. ff. ad legem Cor. de falſis. Quicunque nummos aureos partim raſerint, partim tinxerint, &c. Vide Marſil. conſil. 71. num. 12. Couarruuias part. 1. de veterum numiſmat. collatione. c. 8. ſub fin. Menoch. lib. 2. centuria 4. caſ. 316. de arbitr. Iudic.

TIT.

Tit. XV.

De Lenonibus.

Paulus Quartus.

Lenonum ſordidum & turpe lucrum ex proſtitutione virginum corradentium pœna.

Capvt vnicvm.

Lenones [a] & lenæ, circa proſtitutionem maſculorum verſantes, & cum eis circa præſtitutionem ipſam agentes, vel conſentientes, necnon lenones, & lenę puellam, ſeu aliam iuuenculam inuitam aſſumentes, & ad neceſſitatem nutrictes, ac poſtmodum proſtituentes, & lucrum ex eius proſtitutione captantes, quotquot fuerint * vltimo ſupplicio afficiantur. Hi verò qui corrupto comite ſtuprum puero ſuaſerint, aut puellam virginem ſuper violatione eius pudicitiæ interpellauerint, ſeu ad hoc ei quicquam donauerint, vel precium, vt id aſſequerentur, dederint, aut domum ad hoc eis commodauerint, ſeu quicquid aliud ad effectum præmiſſorum fecerint, flagitio perfecto, capitali pœna plectantur, eo autem imperfecto, in aliquam inſulam deportentur, & inibi perpetuo relegentur, & qui in præmiſſis comites corrupti fuerint, eiſdem pœnis ſubiaceant. In cæteris verò caſibus lenones, ** & lenæ huiuſmodi qui de cætero lenocinii artem exercuerint, fuſtibus per vrbem publice cæſi, ab hac vrbe perpetuò exulare cogantur. Et qui domos

mos ſuis eiſdem lenonibus vel lenis de cætero ſcienter locauerint, vel ſi ignorantes id fecerint, niſi poſtquam hoc eis notificatum fuerit illos expulerint, domum ſic locatam eo ipſo amittant, & ea realiter, & cum effectu priuentur, & ſpolientur & inſuper pœnā mille ſcutorum auri ab eis auferendorum, & in pios vſus conuertendorum ipſo facto incurrant.

[a] *In lenones quæſtum ex proſtitutione virginum aut puerorum referentes mortis pœna indicitur. tex. in auth. de len. §. præconizamus. col. 1.*

NOT.* *Vltimo ſupplicio afficiantur.*) Hac fœdiſſima hominū colluuie celebriores & lōge famigeratiſſimę ciuitates potiſſimū plenæ ſunt, & nō ſine ingenti corruptela tolerantur nō ſolum lenones, ſed publica lupanaria. Pœna autem vltimi ſupplicii hodie in arbitrariam commutata eſt. Pract. Iodoc. cap. 89. Antonius Gomez. l. 80. Taur. num. 73. Suntque lenones perpetuò infames. arg. eorum quæ habentur in l. palam. §. lenociniū. de ritu nuptiarum. & in l. athletas. §. lenocinium. ff. de his qui not. infam. iunctis his quæ habentur in l. ſed & quæſtionis. §. fin. & l. ſequent. ff. de iureiur. & per Decium conſil. 133. colum. 3. verſic. accedit quod iſta. & per Alexand. conſil. 150. colum. 3. num. 12. in 5. volum.

NOT.** *Lenones & lenæ.*) Seneca lib. 6. de beneficiis lenonem appellat qui proſtituta habet mancipia. Lenocinium autem is facit interprete Vlpiano ad edictum prætoris qui quæſtuariis mancipiis, illecebris, & fœdis voluptatibus petenti famulatur, ſiue principaliter hoc negotium gerat, ſiue alterius negotiationis acceſſione vtatur. l. 4. §. 1. ff. de his qui notantur infam. l. 1. in fin. de extraord. crim. Idem Vlpian. lib. 1. ad leg. Iul. Pap. Lenas eas dici ſcribit quæ mulieres quæſtuarias proſtituūt, etiamſi alterius nomine hoc vitæ genus exerceant. l. 43. §. 1. ff. de ritu nuptiarum. Lenocinii reus eſt, illiuſque ſtatutis pœnis ſubiicitur maritus qui deprehenſam in adulterio vxorem retinuerit quæſtumque ex adulterio vxoris ſuæ fecerit. leg. 29. in princip. & §. qui quæſtum. ff. ad leg. Iul. de adult.

Tit. XVI.

De concubinariis & fornicatoribus.

Leo Decimus, in Concilio Lateranenſi.

In publicos concubinarios animaduertere debent Synodorum prouincialium ordinarij, vt omnis fornicationis ſpurcitia in laicis & clericis extincta legis diuinæ authoritas cuſtodiatur.

Cap. I.

STATVIMVS quod quicunque clericus cuiuſcunque conditionis, ſtatus, religionis, dignitatis, etiamſi Pontificalis, vel alterius præeminentiæ fuerit, qui poſt habitam præſentium [a] notitiam, quam habere præſumatur poſt duos menſes poſt earundem præſentium publicationem in eccleſiis cathedralibus factam, quam ipſi diœceſani omninò facere teneantur, poſtquam præſentes ad eorũ notitiã peruenerint, publicus cõcubinarius à ꝑceptione fructuum omnium beneficiorum ſuorum trium menſium ſpatio ſit ipſo facto ſuſpectus quos ſuus ſuperior in fabricam, vel aliam euidentem eccleſiarum vtilitatem, ex quibus ii fructus percipiuntur, conuertat: necnon huiuſmodi publicum concubinarium, vt primum talem eſſe nouerit, mox ſuus

ſuus ſuperior monere teneatur, vt infra breuiſſimum terminum concubinam dimittat, & ſi illam non dimiſerit, vel dimiſſam ſeu aliam publicè reſumpſerit, iubemus vt ipſum omnibus ſuis beneficiis * omninò priuet. Et nihilominus ii publici concubinarii vſque quo cum eis per ſuos ſuperiores pòſt ipſarum concubinarum dimiſſionem, manifeſtamque vitæ emendationem fuerit diſpenſatum, ad ſuſceptionem quorumcunq; honorum, dignitatum, beneficiorum, officiorumue ſint inhabiles: qui ſi poſt diſpenſationem reſiduo vomitu ad huiuſmodi publicum concubinatum redierint, ſine ſpe alicuius diſpenſationis ad prædicta prorſus inhabiles exiſtant: quodq; ſi hi ad quos talium correctio pertinet, eos, vt prædictum eſt, punire neglexerint, eorum ſuperiores tam in ipſos de neglectu, quam illos pro concubinatu modis omnibus digna punitione animaduertant [b] in Conciliis etiam prouincialibus, & ſynodalibus aduerſus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per ſuſpenſionem à collatione beneficiorum, vel alia condigna pœna ſeueriter procedatur: & ſi ii quorum deſtitutio ad nos, & ſedem prædictam ſpectat, per Concilia prouincialia, aut ſuperiores propter concubinatum publicum reperiantur priuatione digni, ſtatim cum proceſſu inquiſitionis ad nos deferantur, eadem diligentia, & inquiſitio in quibuſcunq; generalibus capitulis, etiam prouincialibus quoad eos ſeruetur, pœnis aliis cõtra prædictos, & alios publicos concubinarios iure ſtatutis, in ſuo robore permanſuris.

Publici autem intelligẽdi ſunt non ſolũ ii, quorum concubinatus per ſententiam, aut cõfeſſionem in iure factam, ſeu per rei euidentiam, quæ nulla poſſit ter-

giuerſatione celari, notorium eſt, ſed etiam qui mulierem de incontinentia ſuſpectam, & diffamatam tenent & per ſuum ſuperiorem admoniti ipſam cum affectu non dimittunt. Quia verò in quibuſdam regionibus nonnulli iuriſdictionem eccleſiaſticam habentes pecuniarios quæſtus à concubinariis percipere nõ erubeſcunt, patientes eos in tali fœditate ſordeſcere, ſub pœna maledictionis æternæ præcipimus, ne deinceps ſub pacto, compoſitione, aut ſpe alterius quæſtus talia quouiſmodo tolerent, aut diſſimulent, alioquin vltra præmiſſam negligentiæ pœnam duplum eius ꝙ propterea acceperint, reſtituere, & ad pios vſus omninò conuertere teneantur, & compellantur. Ipſas autem concubinas, aut ſuſpectas Prælati omnibus modis curent à ſuis ſubditis per auxilium, & brachii ſecularis inuocationem, ſi opus fuerit, penitus arcere, qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos apud patres ſuos cohabitare non permittant. Iubemus inſuper quod in prædictis Synodis, & capitulis præmiſſa publicentur, & vt quilibet ſuos ſubditos ad ipſarum concubinarum dimiſſionem moneant, diligenter iniungimus. Præterea omnibus ſecularibus viris, etiam ſi Regali præfulgeant dignitate, ne vllum qualecunq; inferant impedimentum, quocunque quæſito colore Prælatis, qui ratione officii ſui aduerſus ſubditos ſuos pro huiuſmodi concubinatu, & aliis caſibus ſibi à iure permiſſis procedunt. Et cum omne fornicationis crimen [c] lege diuina prohibitum, ſit & ſub pœna peccati mortalis neceſſarium euitandum, monemus omnes laicos, tam vxoratos, quàm ſolutos, vt ſimiliter à concubinatu abſtineant: nimis enim reprehenſibilis eſt, qui vxorem habet, & ad aliam vxorem, ſeu mulierem accedit: qui verò ſolutus eſt, ſi continere nolit, iuxta

Apo-

Apoſtoli conſilium vxorem ducat : pro huiuſmodi autem diuini obſeruantia præcepti, hi ad quos pertinet tam ſalutaribus monitis, quàm aliis canonicis remediis omni ſtudio laborent. Romæ 14. Calend. Ian. 1516.

[a] *Concilium Tridentinum idem iuſſit ſeſſ. 25. cap. 14. clericis concubinarijs, beneficiorum priuationem & excommunicationem indicens.*

b *Iiſdem ferme pœnis in concubinarios animaduertit Concilium Rhemenſ. ſub Eugenio II. cap. 2. in 3. Tom. Concil. pagina 358. & apertius in Concilio Oxonienſi cap. etſi forte. 3. Tom. Concil. pagina 764. in Baſil. ſeſſione 20. quarto Tom. Conciliorum.*

[c] *Deuteron. 23. Tob. 4. 1. Corinth. 6 Epheſ. 5. Gal. 5. Actor. 15. Matth. 15. Marc. 7.*

NOT. * *Suis beneficijs omnino priuet.*) De pœnis concubinariorum vide ſequentes Doctores non gregarios. Bermondũ Choueronium in tract. de public. concub. in verb. poſtquã præſentes. Ioan. de Anan. c. ſignific. de adulter. Ioan. de Selu. in tract. benefic. par. 3. q. 3. Marquardum de Suſanis in tract. de cœlibatu. Petrum Rebuffum de concubin. qui triginta eorum pœnas enumerat. Cardinalem Palæotum in tract. de nothis & ſpuriis. c. 12. Menochium de arbitr. iud. caſ. 418. Petrum de Bollo in prima claſſ. œconomiæ canonicæ, &c.

Pius Quintus.

In Sodomitas, & concubinarios.

CAP. VI.

SI quis crimen nefandum [a] contra naturam propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ perpetrauerit, Curiæ ſeculari puniendus tradatur, & ſi clericus fuerit o-

mnibus ordinibus degradatus ſimili pœnæ ſubiiciatur.

Monemus præterea omnes locorum ordinarios & in virtute ſanctæ obedientiæ eis præcipimus vt ſtatuta Tridentini [b] Concilii contra concubinarios tam clericos quàm * laicos edita diſtinctè faciant obſeruari, reddituri Deo ac nobis ſi id omiſerint rationem. Ro. 6.Cal.April.1566.

[a] *Non poteſt hæc res pro magnitudine ſceleris enarrari.Lact. lib.6.cap.23.*

[b] *Concil.Trident.ſeſſ.24.de reformat.matrim.c.8.*

NOT. * *Laicos concubinarios.*) Iure ciuili concubinatum non prohiberi dixerunt DD.Alexand. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus.num.13.ff.ad Trebell.Ioan. Gatin. in rub. C. de ſecundis nupt.in 28.pœna.verſ.ex qua concluſione.& in l.1.in textual.nu. 27. eod. tit. Socin. in l. cum aures. poſt num.65.verſic.magis tamen.ff. de condit. & demonſt. & Felin. in cap. cum ſit generale. nu.13.de foro compet. Iure autem canonico laicus tenens concubinam punitur arbitrio iudicis. Iulius Clar.lib.5.recept.ſent. §. fornicatio. verſic. & in primis. Menochius de arbitr. iud. caſ 418.Caccialupus in repert.l. ſi qua illuſtris.num.35.Cod. ad Orficianum.

TIT. XVII.

De duello & duellum permittentibus.

Iulius Secundus.

*Pugnantes in duello, & duellum permittentes quacunque cauſa etiam * iure probata excommunicantur, eiſque ſepultura in loco ſacro denegatur.*

CAP.

CAP. I.

REGIS pacifici [a] qui regnat in cœlis, licet inſufficientibus meritis vices gerentes in terris, cunctorum fidelium ſtatui prout ex ſuſceptæ ſeruitutis tenemur officio indefeſſa ſolertia intendentes, ac animarum periculis obuiare cupientes, ad ea per quæ vbique, præſertim in terris Romanæ eccleſiæ ſponſæ noſtræ ſubiectis inter fideles eoſdem, cædes, rixæ, & contentiones ceſſent, ſcandalum tollantur fomenta, pax & concordia vigeant, proſperiſq; eorum ſucceſſibus conſulatur, opportunę prouiſionis operam impendimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sanè non ſine maxima animi noſtri perturbatione accepimus, quod nõnulli fidelium prædictorum, inimico humani generis inſtigante, & aliquibus cauſis occurrentibus, & plerũque minimis & inhoneſtis ac leuibus verbis ad contumelias, contentiones, & diffidationes deuenientes, vt alter alterius ſanguine ſatietur, ad temporales Principes & dominos, maximè ciuitatum, terrarum, & locorum ſedi Apoſtolicæ ſubiectorum confugiunt, vt eis locum tutum, ſiue campum ad duellum, ſeu pugnandum aſſignent. Et quamuis [b] Principes, & domini præfati duellum, ſiue pugnam eis diſſuadere, & prohibere deberent, tamen plerunque locum, aut campum tutum huiuſmodi aſſignant, [c] maliuolumque altercantium propoſitum ad executionem augent, magiſque vni quàm alteri fauent, ex quo hominum mortes repentinæ, & niſi diuina gratia præueniantur, animarum perditiones, mutilationes, & vulnera, inter aſtanteſque pugnantium amicos, odia & altercationes, & ex vno inconuenienti, plura oriuntur in ipſorum fidelium animarum,

& corporum periculum, generiſq; humani præfati iacturam pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur qui fidelium prædictorum tranquillitatem & pacem ſinceris deſideriis exoptamus, ſaluberrimis Chriſtianæ religionis documentis & exemplis Deum tentandum non eſſe præmoniti, Saluatoriſque Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui Petro Apoſtolorum Principi vt gladium mitteret in vaginam mandauit, præceptis edocti, attendentes hominem [c] homini, inter quem cognationem quandam natura conſtituit, inſidiari nefas, & gladiatoria munera & pugnationes huiuſmodi vulgares à religionis noſtræ pietate damnari, cruentaq; ſpectacula à ſacris canonibus, & imperialibus legibus inhibita & improbata, ſicque pugnantes infamia notari, & diuerſis pœnis puniri, & cum omni tempore, potiſſimum tamen in ocio ciuili, & domeſtica quiete publica deteſtāda eſſe, motu proprio, non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, hac in perpetuum valitura cōſtitutione, duellorum, & gladiatorum huiuſmodi vſum damnamus & improbamus, & in terris Rom. eccleſiæ, mediatè vel immediatè ſubiectis, per quoſcunque quauis auctoritate & poteſtate, ac nobilitate fulgentibus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna è quacunq; cauſa, etiam à legibus permiſſa, fieri omninò prohibemus. Dictoſq; pugiles taliter pugnantes, vbiq; impunè capi poſſe, & puniri pro homicidio, vel vulnere, iuxta iuris communis diſpoſitionem nulla eis conſuetudine ſuffragante, ſtatuimus, corporaq; in duello in terris eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiectis facto morientium in ſacro ſepeliri prohibētes. Rom. 5. Cal. Aug. 1505.

[a] Sum-

a *Summi Pontificis authoritati intereſt quieti publicæ & paci ſubditorum conſulere.*

b *Concil. Triden. decreto ſeſ. 25. c. 19. Principes duellum permittentes excommunicantur & committentes illud, & patroni, conſultores, ſpectatores excommunicantur & ſunt infames, & proſcriptione bonorum mulctantur.*

c *Hodie* ἄνθρωπος ἀνθρώπου λύκος. *Nulla ſiquidem ſuperſunt veteris & innati illius amoris mutuò ſemina. Nulli vult parci iratus. Ira nihil aliud eſt quàm conceptum homicidium.*

NOT. * *Etiam iure probata.*) Licita fuiſſe olim duella duplici de cauſa, eaque vrgentiſſima, & grauioris incommodi remedio, teſtantur Bart. Alexand. & Iaſ. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. & Bald. in l. de his. C. depoſi. & in l. cum filius. §. fin. ff. de leg. 2. Par. in tractatu de duello. in Spem. Iohann. de Lignan. in tractatu de bello. in titul. de accuſat. §. ſexto. verſicul. quid ſi. cum ſequen. Bald. in cap. primo. Anan. in cap. 1. de cleric. percuſ. Deinde cum laxior eſſet eius facultas, duobus tantum caſibus, mortis nimirum abſconſæ & læſæ maieſtatis, conceſſum eſt duellum, quod Concilium Tridentinum penitus interdixit. & Faber lib. 4. ſup. Cod. in omni caſu prohibitum eſſe duellum dixit.

Leo Decimus.

Duelli authores, proſcriptione bonorum, ſpectatores excommunicatione & mulcta pecuniaria plectantur.

C A P. II.

QVAM Deo & hominibus abominabiles viri pugnantes in duello exiſtant, & omnium in ore variatur, & diuina humanaque iura deteſtantur: nec immerito, cum non ſolum corporum, ſed etiam eorum animarum, pro quibus ſaluator noſter Ieſus Chriſtus Dei filius mor-

tem ſubiit temporalem, graue detrimentum afferre noſcantur. Ad reprimendum igitur talium nefarios auſus plurimum conferre cēſentes eos qui huiuſmodi ſcelus deteſtabile quidem, & canonica, [a] ciuilique *lege prohibitum patrare non expauēſcunt, grauiter fore puniendos: ac ea quæ ad compeſcendum ſimiles vetitos conatus à Rom. Pont. prædeceſſoribus noſtris ſtatuta fuerunt, vt eo firmius obſeruentur, quo ſępius fuerint auctoritate Apoſtolica communita approbamus, & nouo munimine roboremus, & ſi qua ad perterrendum animos audaces meliora ſint, iis adiiciamus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Adiicientes, & eadem auctoritate Apoſtolica ſtatuentes, quod pugnantes ipſi non ſolum pœnis prædictis ſubiaceant, ſed eorum memoria perpetuo damnatę ſit, ac bona proſcripta ſint, & Cameræ noſtræ Apoſtolicę confiſcata eo ipſo. Duces, Barones, Comites, Marchiones, & domini temporales, vicarii, feudatarii, armorum Capitanei, Communitates quoque ciuitatum, terrarum, & locorum eidem Rom. eccleſiæ mediate vel immediate ſubiectorum, campum ad pugnandum præſtantes, non ſolum pœnas prædictas incurrant, ſed ab omni iure quod in locis, & territoriis ſuis obtinent, ipſo facto cadant, illudque ad Cameram præfatam deuoluatur, & deuolutum eſſe cenſeatur, abſque alia declaratione deſuper facienda. Qui verò ad talia cruenta ſpectacula videnda conuenerint, ſi nobiles, quingentorum, ſi mediocris fortunæ, centum, ſi verò ignobilis, vigintiquinque ducatorum, necnon excommunicationis & perpetuæ maledictionis pœnam incurrant, ac locus ipſe eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto. Et inſuper omnia, & ſingula tam per Iulium prędeceſſorem ſtatuta, & vt præfertur, per

nos

nos confirmata, & illis adiecta, perpetuę firmitatis robur obtinere, ac inuiolabiliter obſeruari debere decernimus. Rom. 10. Cal. Aug. 1519.

[a] *Iure Pontificio & ciuili penitus interdicta ſunt duella. And. conſt. monomachiam. 2. q. 5. & c. 1. de cleric. pugn. in duello. & c. 1. & l. 3. de purg. vulg. & per Iaſ. l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia & iure.*

NOT. * *Ciuilique lege prohibitum.)* Baldus Iuriſconſultorum clariſſimus in l. eum. §. fi. de leg. 2. Iure duella eſſe permiſſa probare contendit, ſed antequam à Principe concedantur his debere conditionibus ſtipari. Primò (inquit) requiritur quod ille contra quem petitur duellum fuerit accuſatus læſæ maieſtatis, aut proditionis, quod huius criminis notoria ſit ſuſpitio & diffamatio, quod is non elegerit ordinariam viam ſtrepitus iudiciorum, ſed armorum. Poſtremò, quod ſit maior vel par accuſato. Vide Chriſtoph. Port. in tit. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. §. inteſtatus. num. 9. Gladiatorius autem mos iſte abiit in deſuetudinem Tridentinis necnon eccleſiæ decretis. De duello copioſè ſcripſit Renatus Chopinus Andegauenſis in Pariſienſi Senatu Patronus cauſarum, lib. 3. Domanii Francici. tit. quis dicatur Dux. & lib. 3. de priuil. ruſtic.

Tit. XVIII.

De taurorum & aliorum animalium agitatione & pugna.

Pius Quintus.

Ferocia & cruenta quęcunque ſpectacula in quibus tauri & ſæuiores aliæ feræ introducuntur, & ad

& ad pugnam ludicram, ſed plerunque exitialem, hominibus congrediuntur prohibento.

CAPVT VNICVM.

DE ſalute gregis Dominici noſtræ curæ diuina diſpenſatione crediti, prout ex debito paſtoralis officii aſtringimur, ſolicitè cogitantes, fideles cunctos gregis eiuſdem ab imminentibus corporum periculis etiam animarum pernicie perpetuo arcere ſtudemus. Sanè licet deteſtabilis duellorum vſus à diabolo introductus, vt cruenta corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex decreto Concilii Tridentini prohibitus fuerit, nihilominus adhuc in pleriſque ciuitatibus, & aliis locis, quamplurimi ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ, in publicis priuatiſque ſpectaculis, cum tauris & aliis feris beſtiis congredi non ceſſant, vnde etiam hominum mortes, membrorum mutilationes, animarumque pericula frequenter oriuntur. Nos igitur conſiderantes hæc ſpectacula, vbi tauri, & feræ [a] in circo vel foro agitantur, à pietate, & charitate Chriſtiana aliena eſſe, ac volentes hæc cruenta * turpiaque dæmonum, & non hominum ſpectacula aboleri, & animarum ſaluti, quantum cum Deo poſſumus, prouidere, omnibus & ſingulis Principibus Chriſtianis quacunque tam eccleſiaſtica, quàm mundana, etiam Imperiali, Regia, vel quauis alia dignitate fulgentibus, quouis nomine nuncupentur, vel quibuſuis Communitatibus & Rebuſpublicis, hac perpetuò noſtra conſtitutione valitura ſub excommunicationis, & anathematis pœnis ipſo facto incurrendis, prohibemus & interdicimus, ne in ſuis prouinciis, ciuitatibus,

tibus, terris, oppidis & locis, huiuſmodi ſpectacula, vbi taurorum aliarumque ferarum beſtiarum agitationes exercentur, fieri permittant. Militibus quoque cæteriſque aliis perſonis, ne cum tauris ** & aliis beſtiis in pręfatis ſpectaculis, ipſi tam pedeſtres, quàm equeſtres congredi audeant, interdicimus. Quod ſi quis eorum ibi mortuus fuerit, eccleſiaſtica careat ſepulturâ. Clericis quoque tam regularibus, quàm ſecularibus beneficia eccleſiaſtica obtinentibus, vel in ſacris ordinibus conſtitutis ſub excommunicationis pœna ne eiſdem ſpectaculis interſint, ſimiliter prohibemus. Omneſque obligationes, iuramenta & vota, à quibuſuis perſonis, Vniuerſitate vel Collegio de huiuſmodi taurorum agitatione, etiam vt ipſi falſo arbitrantur, in honorem Sanctorum, ſeu quarumuis eccleſiaſticarum ſolennitatum, & feſtiuitatum, quæ diuinis laudibus, ſpiritualibus gaudiis, piiſque operibus, non huiuſmodi ludis celebrari, & honorari debent hactenus factas, & facta, ſeu in futurum fienda, quæ, & quas omnino prohibemus, caſſamus & annullamus, ac pro caſſis, nullis, & irritis haberi perpetuo decernimus atque declaramus. Mandamus autem omnibus Principibus, Comitibus, & Baronibus, ſanctæ Romanæ eccleſiæ feudatariis, ſub pœna priuationis feudorum, quæ ab ipſa eccleſia Romana obtinent. Reliquos verò Principes Chriſtianos, & terrarum dominos prædictos hortamur in Domino, & in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia & honore, præmiſſa omnia in ſuis dominiis, ac terris huiuſmodi exactiſſimè ſeruari faciant, vberrimam ab ipſo Deo mercedem tam boni operis [b] recepturi. Ac vniuerſis venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis,

ſcopis, aliiſq; locorum ordinariis in virtute ſanctę obedictiæ, ſub obteſtatione diuini iudicii, & interminatione maledictionis æternæ, quatenus in ciuitatibus, & diœceſibus propriis præſentes noſtras literas ſufficienter publicari faciant, & pręmiſſa etiam ſub pœnis, & cenſuris eccleſiaſticis obſeruari procurent.

a *Nauarrus hanc extrauagantem ſiue Pij V. conſtitutionem ſic interpretatur, vt eam non extendi exiſtimet in illam agitationem taurorum, quæ tali moderamine fit, vt cædibus & periculis non comitetur, ob quæ vitanda lata eſt lex. Ceſſante autem ratione & fine legis, ceſſat eius diſpoſitio, & quia iuxta limites rationis legis debet reſtringi vel extendi lex. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de legat. 2. & quia ex proœmio legis ſolet cauſa legis conijci finalis. l. fi. ff. de hæred. inſtit. & c. quia propter. de elect.*

b *Vide Metinam in inſtruct. confeſſ. par. 1. fol. 150. §. 28. de ludis. & Lud. Lopez. in conſcien. inſtruct. par. 1. c. 70.*

NOT. * *Cruenta turpiaque dæmonum non hominum ſpectacula.)* Diuus Iren. lib. 1. aduerſus hęreſ. cap. 1. dies ſacros Ethnicorum piè ſancteq; reprehẽdit, in quibus vel gladiatorio certamine vel ferarum dentibus laniabantur multi. Huiuſmodi autem ſpectacula iure cruenta & turpia vocat Pius V. ſicut & Chryſoſt. ea eſſe dicit, hom. 8. de pœnit. hom. 62. ad populum, ciuitatũ peſtes, malorum omnium fontes, peſtilentiæ cathedram, incontinentiæ gymnaſium, luxuriæ officinam, impudicitiæ orcheſtra, & fornacem Babylonicam. Turpia enim, cruenta & ferocia ſpectandi cõſuetudo quid niſi propenſiores ad ſumendam licentiã imitandi parit? qua vitia libidinis, crudelitatis, & audaciæ per oculorum feneſtras in animos noſtros celerrimè conuolant, irritant, accendunt & inflammant. Nihil eſt nobis dictu, viſu, auditu (ait Tertull. cap. 38. Apolog.) cum inſania Circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum Xiſti vanitate. Solenneſq; & feſtiuos ſpectaculorum applauſus qui in Cæſarum deliciis fuere irridens paulo ſuperius, *Grande, ait, videlicet officium focos & choros in publicum educere, vicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu abolefacere, vino lutum cogere, cateruatim curſitare ad iniurias, ad impudentias, ad libidinus illecebras. Siccine exprimitur publicum gaudium per publicum dedecus? Hæccine ſo-*

ne ſolennes dies Principum decent, quæ alios dies non decent? Et eo paulo inferior Minutius in Octauio fœlix. *Nos,* inquit, *qui moribus & pudore cenſemur merito pompis veſtris & ſpectaculis abſtinemus, quorum & de ſacris originem nouimus, & noxia blādimenta damnamus. Nam in ludis currulibus quis non horreat populi in ſe rixantis inſaniam? In gladiatorijs homicidij diſciplinam? In ſcenicis etiam non minor furor, turpitudo prolixior. Nunc enim Mimus vel exponit adulteria, vel monſtrat, nunc eneruis hiſtrio amorem dum fingit, infligit. Idem Deos veſtros induendo ſtupra, ſuſpiria, odia, dedecorat.* Vide Lactan. lib. 6. ca. 20. Cypria. Epiſt. ad Donatum. Auguſt. tit. 1. de conſenſ. Euang. c. 33.

NOT. ** *Tauris & alijs beſtijs.)* De his taurorum certaminibus Plin. lib. 8. cap. 45. ita ſcribit: Tauris in aſpectu generoſitas, torua fronte, auribus ſetoſis, cornibus in procinctu dimicationem poſcentibus. Sed tota comminatio prioribus in pedibus ſtat ira gliſcente, alternos replicans, ſpargenſque in altum arenam, & ſolum animalium eo ſtimulo ardeſcens. Vidimus de imperio dimicantes, & ideo demonſtratos rotari, cornibus cadentes excipi, iterumque reſurgere, modo iacentes ex humo tolli, bigarumque etiam curſu citato velut aurigas inſiſtere. Theſſalorum gentis inuentum eſt equo iuxta quadrupedante cornu, intorta ceruice tauros necare. Primus id ſpectaculum Romæ tribuit Cæſar Dictator.

FINIS QVINTI ET VLTIMI Libri Decretalium ſeptimi.

TITV-

TITVLORVM LIBRI DECRETALIVM SEPTIMI BREVIS

elenchus. Et quia liber iſte in libros aliquot ſuos ſubdiuiſus eſt, ideo numerorum trium, hîc adhibitorum, primus, librum; ſecundus, titulum; tertius, paginam ſignificabit & indicabit.

DE ſumma trinitate, & fide catholica.	1.1.1
De reſcriptis & mandatis Apoſtolicis	1.2.13
De electione & electi poteſtate	1.3.24
De Cardinalibus	1.4.36
De ætate & qualitate ordinandorum	1.5.50
De filijs Presbyterorum	1.6.53
De bonis eccleſiæ alienandis vel non	1.7.56
De officio Legati	1.8.72
De Inſulis noui orbis	1.9 74
De beneficiorum collatione & impetratione	1.10.81
De reſeruationibus	1.11.119

Hic ſequitur titulus decimustertius. vnde neceſſe eſt duodecimum omiſſum fuiſſe, vel pro decimotertio duodecimum; pro decimoquarto, decimumtertium, & ita deinceps poni debuiſſe.

De penſionibus	1.13.134
De vnionibus beneficiorum	1.14.136
De reſignationibus & permutationibus	1.15.141
De fructuum beneficij reſtitutione	1.16.152
De foro competente & iuriſdictionis ordinariæ poteſtate	2.1.157

De inuaſoribus & occupatoribus bonorum eccleſiæ 2.2.177.
De annatis 2.3.193
De iure patronatus 2.4.213
De confeſſis 2.5.218
De dolo & contumacia 2.6.222
De ſequeſtris 2.7.227
De interdicto 2.8.232
De appellationibus 2.9.237
Hic deeſt titulus decimus.
De dilationibus & ceſſionibus bonorum 2.11.250
De cambijs 2.12.260
De forma contrahendi cenſum 2.13.262
De teſtamentis & vltimis voluntatibus 2.14.266
De nautis & naufragium patientibus 2.15.279
De vita & honeſtate clericorum 3.1.283
De clericis non reſidentibus in eccleſia vel prabenda 3.2.290.
De ſpoliis clericorum 3.3.310
De comitibus palatinis 3.4.325
De magiſtris & doctoribus 3.5.328
De medicis 3.6.335
De Conciliis 3.7.341
De celebratione miſſarum & ſacramento euchariſtiæ, & diuinis officiis 3.8.358
De reliquiis & veneratione ſanctorum 3.9.366
De iuramentis & iuriſiurandi obligatione 3.10.372
De treuga & pace 3.11 376
De votis & votorum profeſſione 3.12 383
De

De gratiis & diſpenſationibus 3.13.386
De indulgentiis 3.13.389

Hîc enim titulus, decimus nimirum tertius bis poſitus eſt conſequenter per errorem ſine dubio.

De quæſtorum tollendo abuſu 3.14.392
De decimis 3.15.400
De religioſis domibus & montibus pietatis 3.16.402
De regularibus & religioſis extra clauſtra vagantibus 3.17.416
De monialibus 3.18.426
De matrimoniis & ſponſalibus 4.1.439
De conſanguinitate & affinitate 4.2.447
De Iudæis 5.1.455
De his qui infidelibus aduerſus Chriſtianos auxiliantur 5.2.476
De hæreticis & ſchiſmaticis 5.3.480
De libris prohibitis 5.4.526
De libellis famoſis 5.5.545
De ſacrilegis 5.6.550
De blaſphemis & aleatoribus 5.7.554
De homicidis & bannitis 5.8.560
De falſis & falſum exponentibus 5.9.588
De ambitu 5.10.597
De ſimoniacis, & ne quid detur vel exigatur 5.11. 612.
De maleficis & incantatoribus 5.12.621
De teſtibus 5.13.635
De monetarum tonſoribus 5.14.637

De lenonibus 5.15.640
De concubinarijs & fornicatoribus 5.16.642
De duello & duellum permittentibus 5.17.646
De taurorum & aliorum animalium agitatione & pugna 5.18.651

Elenchum titulorum, qui in quinque ſeptimi Decretalium libris continentur, hîc abſolutum ſequitur Index alphabeticus rerum & verborum obſeruatione toto hoc opere digniorum locupletiſſimus, numero duntaxat vno paginam, in qua quidque inueſtigandum eſt, contentus.

✻

INDEX

JNDEX RERVM ET VERBORVM DIGNIORVM, *opere hoc toto contentorum, locupletiſſimus.*

A

Abbatiſſa cui ſumma totius monaſterii credita eſt non poteſt ſepta monaſterii egredi etiam pro viſitandis monaſteriis ſibi ſubiectis 438
Abiron terræ hiatu abſumptus eſt. 604
Abiurantes hæreſim, & reſipiſcentes recipiuntur. 494
Abolitio facultatum vtcunque & quibuſcunque conceſſarum. 436.
Abolitio ſanctionis pragmaticæ per Ludouicum XI. Gallorum regem promiſſa. 350
Abſentia a cura paſtoralis reſidentiæ, dummodo ordinariorum conſenſu & authoritate firmetur, in ſtudiorum fauorem excuſatur. 296
Abſolutio illicita via adepta irrita eſt & nullius ponderis. 526
Abſolutio, quam ſacerdos in eum profert in quem ordinariam aut ſubdelegatam poteſtatem non habet momenti nullius eſt. 426
Abuſus pluralitatis beneficiorum vſitatiſſimus extinguitur. 94
Abuſus quæſtorum ſublatus. 392
Abuſus regreſſuum & acceſſuum ante ſummum Pontificem ſuſtulit Concilium Tridentinum, ne ſcilicet beneficia nepotarentur. 115
Abuſus regreſſuum & acceſſuum decreto ſynodi Tridentinæ prorſus extinguitur. 102
Abuſus retinentium beneficia in confidentiam detegitur, & extinguitur pœnæ ſancitæ metu. 106
Abuſus varii qui inſcia ſede Apoſtolica committuntur. 396
Accuſatio, quæ auctorem ſuum non prodit, illegitima eſt. 548
Actus, in quo electa eſt induſtria perſonæ, per alium perfici non poteſt. 111
Ad propagandam fidem Chriſtianam, noui orbis Inſulæ conceduntur iuri & dominio Regis Catholici, Ferdinandi Arragon. 74

Ædes illius qui Pontifex futurus eſt diripiuntur & inſolenter violentoque impetu à populo ſpoliantur. 40
Æquitas legum ſanctarum damnanda non eſt, ſi malitia humana labefactetur. 30
Ætas annorum triginta requiritur ad Epiſcopatum obtinendum. 34
Ætas conuerſarum eleemoſynas colligentium. 433
Ætas ordinandorum. 50
Ætas tredecim annorum ſufficit ad canonicatum in eccleſia cathedrali vel collegiata adipiſcendum. 33. 34
Ætatem eorum, qui monaſteriis præeſſe, ibidemque ſacramenta adminiſtrare debeant, qualem eſſe oporteat. 438
Affinitas. 447
Affinitas ſecundum gradus accuratè diſtincta. 449
Aleatores. 554
Alexandria Ægypti ciuitas ab Alexandro, poſtquam viciſſet Ægyptum, condita prope oſtium Nili, quod Canopicon vocatur. 478
Alexandria Ægypti ciuitas olim Pōtifici morigerata nunc Turcæ paret imperio. ibid.
Alienatio bonorum eccleſiaſticorum in quibus caſibus licita ſit. 70
Alienatio bonorum eccleſiaſticorum, Pontifice ſummo non conſulto, & neceſſitate non vrgente, nulla eſt. 56
Alienatio bonorum eccleſiaſticorum ex cauſa maioris vtilitatis valet, ſi quippe eccleſia vtiliori & meliori re quapiam recompenſetur. 68
Alienatio rerum eccleſiaſticarum certis cauſis neceſſitatis vrgētibus conceditur. 58
Alienatio rerum eccleſiaſticarum iuri tum ciuili tum canonico exoſa eſt. 70
Alienationes contra formam à Paulo II. præſcriptam factæ, reuocantur. 58
Alienationes rerum eccleſiaſticarum duo copulatiue reſpiciunt, ſolennitatem ſcilicet, cauſſamque iuſtam alienandi. 59
Allegatio nouæ offenſæ in cauſis pacis & treugæ irrita eſt. 382.
Amiſſio fructuum ob neglectas horas canonicas pro rata temporis præteriti officii perpenditur. 153

Amplia-

Ampliatio conſtitutionum in non ſoluentes annatas editarum. 199
Anaſtaſius presbyter ab omnibus depoſitus fuit, quod parochiam ſuam per annos quinq; contra canonum inſtituta deſeruerat. 98
Anicetus clericis comam nutrientibus anathematis pœnam minatur; idque verbi diuini, ſcilicet, authoritate probatur. 49.
Animaduerſio Inquiſitorum fidei in Iudæorum blaſphemias & flagitioſam viuendi conſuetudinem. 468
Animaduertendum eſt in eos, qui curam valetudinis fidei Chriſtianæ hoſtibus, vtpote Iudæis, confidunt. 340
Animæ in purgatorio detentæ fidelium precibus iuuantur, ſcilicet. 333
Animantia ratione carentia, congreſſus illos, quibus hodie delectantur homines, nulla conſanguinitatis habita conſideratione, etiam in gradibus omni iure prohibitis, abhorrent. 446
Annata introducta fuit ad ſubuentionem Papę & Cardinalium indigentium. 212
Annatæ. 193
Annatæ eccleſiæ Romanæ ad res piè & ſanctè gerendas in publicum Chriſtiani orbis commodum maximi præſidii loco habentur. 196
Annatæ introductæ fuerunt, vt itinera, commeatuſque ad terræ ſanctæ litora tutiores & liberiores eſſent, quàm fuiſſent. 196
Annatæ non debentur Cameræ Apoſtolicæ, nec exiguntur de beneficiorum penſionibus annuum valorem XXIV. ducatorum non excedentibus. 197
Annatæ ſolui debent ſingulis XV. annis Cam. Apoſtolicæ de beneficiis & monaſteriis vnius de cætero nō vacantibus. 200
Annatas non ſoluentes ſtatutis temporibus Pii II. ſanctione excommunicati & beneficiis priuati. 196
Annexa ſpiritualibus, vt ſunt matrimonii contractus, ſepultura, aliaque ſimilia, ſine ſimonia à catholicis vendi poſſunt. 617.
Anni à pleriſque ad libitum definiuntur. 33
Annus datur ad proſequendum & finiendum appellationem. pōt tamen iudex terminū reſtringere reſpectu proſecutionis,

quia hoc cōcernit ius partis, licet proſecutio debeat fieri coram ſuperiore. 246
Annus ſecundum iuris placita C C C L X V. dictum eſt. 33
Ἄνθρωπος ἀνθρώπου λύκος. 649
Antidicomaritæ ab Apollinari & Ducetita hæreticis orti, delirarunt mirum in modum, aſſerentes virginem Mariam poſt Chriſtum natum rem habuiſſe cum Ioſepho, nec remanſiſſe perpetuo virginem. 3
Antiquum fuit hæreticis παροινίας καὶ παρεξηγήσεις, deliras & prauas interpretationes in ſacram ſcripturam euomere. 543.
Apoſtaſia irregularitatis eſt, non autem fidei ipſius. 321
Apoſtaſia religionis, cauſarum, ob quas liberi à parentibus exhæredari poſſunt, vna eſt. 463
Apoſtatæ egreſſi è clauſtris, in quibus vitæ inſtitutum ſolenni voto profeſſi ſunt, veluti deſertores promiſſi iuramenti, dicuntur, eorumque bona adſcribuntur fiſco Cameræ Apoſtolicæ. 321
Apparatus verborum, quo hæretici vtuntur, inſignis, capit peritiores. 542
Appellatio à decretis ordinariorum ante ſententiam diffinitiuam, & vbi agitur de morum & diſciplinæ eccleſiaſticę reparatione, prohibetur. 247
Appellatio à fructuum liquidatione vnica conceditur. 247
Appellatio à ſententia in contumaces lata non valet. 223
Appellatio ab exceſſu taxæ ſemel tantum conceditur. 247
Appellatio admittitur ſemper niſi ſpecialiter ſit iure prohibita. 246.
Appellatio cum ciuili tum Pontificia lege nō niſi ad ſuperiorem deuoluitur. 238
Appellatio, qua à minore ad maiorem appellatur, rata habenda eſt. ibid.
Appellatio quæ fit à Concilio ad Papam licita eſt, & non contrà. ibid.
Appellatio quæ fit à Pontifice ſummo ad Concilium, ridicula eſt, ſcilicet. 244
Appellationes à Pontificia ſententia ad Concilia irritæ ſemper fuerunt. 238
Appellationes & prouocationes à ſummo Pontifice ad Concilium

lium futurum inanes,ſchiſmaticæ & erroneæ ſunt. 237
Archiepiſcopi teſtari,ſeu teſtamenta,facere non poſſunt. 275
Argumenta,cur reſeruationes Pontificiæ vel odioſæ vel fauorabiles cenſeantur,apud quos inueniantur. 122
Arma Saracenis deferenda non ſunt. 478
Arma Saracenis in caſibus quibuſdã per Chriſtianos licitè poſſunt deferri. ibid.
Arriani rebaptizabant Latinos baptizatos in nomine ſanctę trinitatis. 177
Ars medica iuſſu Dei honoranda. 340
Ars typographiæ primum apud Germanos inuenta & exculta eſt,ſummoq; in pretio haberi cœpit an. MCCCCXL. vel, vt alii volunt, MCCCCLII. induſtria Ioannis Guttenbergii,& Petri Schefferi. 535
Aſſerere animam rationalem eſſe mortalem,prophanum eſt, & hominum ventrem pro deo habentium. 511
Aſſertio fidei & religionis Chriſtianæ defenditur aduerſus Græcorum errores de proceſſione ſpiritus ſancti à patre & filio, & de reliquis doctrinæ catholicæ capitibus. 5
Aſſumendus ad eccleſias cathedrales quibus virtutibus præditus eſſe debeat. 327
Aſtrolabium ad alia quàm ad motus ſtellarum colligendos adhibitum. 80
Aucupari Pontificiam dignitatem pollicitationibus & emendicatis ſuffragiis Conciliorum œcumenicorum ratione prohibitum. 603
Auguſtiniani quàm religioſi & pii ſint,ſcilicet. 407
Auguſtinus Iudæorum pertinaciam & obſtinationem miratur. 459.
Authenticum à Dominico Soto aureum appellatum. 609
Authores duelli proſcriptione bonorum multantur. 649
Authores immortalitatem animæ aſſerentes. 512
Authores libellorum famoſorum infames eſſe iuſſi ad triremes damnantur. 549
Authores librorum famoſorum virulentiſſimis iniuriis alienæ famæ clam detrahẽtes,& qui eos publicauerint,dolo ne malo retinuerint,pœnis iure conſtitutis ſubiiciendi. 545
Authores qui de creatione Cardinalium ſcripſere, nominati. 38.
Authores qui pœnas concubinariis irrogandas deſcripſere non vulga-

vulgares aliquot expreſſi. 645
Authores ſiue deſcriptores formæ degradationis. 507
Authoritas comitum Palatinorum in promotione Doctorum & legitimatione hodie reſtricta eſt. 326
Authoritas inſulas Doctoratus conferendi penes quos ſit. 334
Authoritas Petri ſucceſſoris ſemper requiritur, ita vt illa Concilia legitima ſint, quæ illius conſenſu celebrantur, & celebrata confirmantur. 357
Authoritas Pontificis ſummi quanta ſit. 341
Auxiliatores prouocantium à Pontifice ad Concilium non minus quàm prouocantes ipſi excommunicantur &anathematizantur. 244
Axiomata de rebus malis & illicitis. 375

B

BÆthica Hiſpaniæ vlterioris prouincia à Melite Mauro genere & religione Mahumetano magnis Sarracenorum copiis occupata a Ferdinando & Iſabella recipitur. 79
Baldus Iuriſconſultorum clariſſimus. 651
Banniti. 560
Banniti in finibus locorum extra quos relegati ſunt, capi poſſunt. 585
Banniti ob homicidium appellare nequeunt. 564.565
Bannitus ad ciuitatem reuerti non poteſt, niſi per Principem. 579.
Bannitus comparatur alias deportato,alias relegato. ibid.
Baptiſmus liberis Iudęorum non ſcientium per Chriſtianos adhibitus per Dominicum de Soto laudatur quidem, ſed ab aliis cauſſas ob certas quaſdam improbatur. 455
Baptiſmus vnus eſt in peccatorum remiſſionem. 332
Barba clericis non alenda. 284
Baſilides ob idololatriam ex eccleſia eiectus ad Papam appellat. 244
Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. 613
Beneficia Cardinalium familiaribus impetrabilia ſunt. 122
Beneficia cauponanda non ſunt. 613
Beneficia conferri debent ſine pacti cuiuſcunque aut fauoris conditione. ibid.
Beneficia conferri non debent ſanguinis aut alias illicito fauore. 104
Beneficia

Beneficia eccleſiaſtica omnia pro fundamento habent iuſtitiam commutatiuam. 299
Beneficia in confidentiam, hoc eſt, certa ſimoniacæ prauitatis ſpecie collata quibuſdam aut ipſo iure incapacibus, vel nondum adhuc natis vacant, eorumque diſpoſitio ſedi Apoſtolicæ reſeruatur. 102
Beneficia iure hæreditatis vel ſanguinis concedenda non ſunt. 55.
Beneficia meritis non ambitu comparanda ſunt. 147.
Beneficia non ſunt hæreditaria. 104
Beneficia omnia vniri poſſunt. 140
Beneficia pure & ſincere conferri debent, hoc eſt, abſque pacto aliquo, conuentione vel conditione, quibus ſimoniæ vitium inducitur. 617
Beneficia quibus ſolertior animarum cura imminet, parochiales eccleſias appellamus, deducto ab antiquis priſcarum gētium phanis, nomine. 86
Beneficia reſeruantur ſedi Apoſtolicæ omnia, propter crimen hæreſis vacantia. 127
Beneficia ſedi Apoſtolicæ reſeruàta quouis modo vacantia & vacatura, ſemper manent affecta, & ſummi Pontificis diſpoſitioni ſubdita. 119
Beneficia vnita annatas ſoluere tenentur. 203
Beneficiati poſſunt liberè tractare de permutatione fienda, non tamen debent illam concludere, ſed ſupponere ſe diſpenſationi ſuperioris. 152
Beneficii cuiuſcunque impetratio, quæ ſuppoſitam dolo malo in examine prodit perſonam, & conditione quapiam paciſcitur quæſtus aut priuati lucri gratia, eſt falſa, eſt & irrita. 89
Beneficiis curatis & parochialib. præſidere tenētur quibus credita eſt animarum cura, aut priuilegia collata in gratiam paſtoralis reſidētiæ amittūt, & pœnis canonicis ſubiiciūtur. 305
Beneficiorum aut dignitatum tam regularium quam ſecularium adminiſtrationem neglecta expeditione literarum Apoſtolicarùm, aut illis non expeditis ſuſcipere, fraudis eſt reſtitutioni fructuum obnoxiæ. 80
Beneficium ceſſionis bonorum beneficium eſt miſerabile. 259
Beneficium ceſſionis bonorum à lege Iulia ortum eſt. 253
Beneficiùm curatum obtineri non pōt ſine diſpenſatione à minore

nore vigintiquinque annorum. 33
Beneficium dignius minus digno vniri nequit. 140
Beneficium dilationis irritum eſt in emphyteuſi & aliis compluribus. 260
Beneficium hæretici beneficio vacans per habitum impetrare poteſt. 128
Beneficium literis non expeditis nec recipi nec licitè regi poteſt. 82
Beneficium ſequeſtratur, ſimulatque ſuper eo interdicto retinendæ poſſeſſionis litigatur, ideo, ne partes litigantes variis litium anfractibus inuoluantur. 231
Blaſphemi. 554
Blaſphemia conſuetudine ita recepta eſt, vt quamuis ſcelus maximum ſit, maneat tamen impunitum. 557
Blaſphemia eſt cum quadam probroſa irreligioſitate conuitioſorum iaculata in alium maledictio. aut, eſt diuini vel humani nominis diminutio iurando vel exprobrando facta. 556
Blaſphemia quomodo peccatum irremiſſibile dicatur. 560
Blaſphemia ſcelus horrendum & irremiſſibile eſt, ſi in ſpiritum Dei commiſſum ſit. 560
Blaſphemia vnde dicta ſit. 556
Bona clericorum immobilia manent apud eccleſiam vndè ea ſunt adepti. 269
Bona clericorum omnia per negotiationem illicitam acquiſita tempore obitus ipſorum inconſumpta manentia ad S. R. E. pertinent. 322
Bona cultui diuino dicata nullius diſpoſitioni, quod ad eorum dominium, ſubiecta ſunt. 317
Bona damnatorum ad mortem vel quaſi, perueniunt hodie ad liberos & parentes vſque ad tertium gradum, excepto crimine læſæ maieſtatis. 485
Bona eccleſiæ dilapidari non debent, quippe quæ pauperum ſint. 275
Bona eccleſiaſtica ſine indulto Apoſtolico vltimæ volũtatis arbitrio non relinquuntur. 276
Bona hæreticorum a die commiſſi criminis publicãtur, & publicata eſſe dicuntur ipſo iure, & dominium eorum tranſit in fiſcum. 485
Bona hæreticorum fiſco adſcribuntur, & exhæredantur eorum liberi. 484

Bona hæreticorum fiſco cedunt hæredibus ipſorum omnibus excluſis. 486
Bona hæreticorum vtrum ad hæredes ipſorum an verò ad fiſcũ potius perueniant. 484. 485
Bona Prælatorum ſine facultate teſtandi decedentium ad reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ fiſcum pertinent. 310
Bona regularium extra clauſtra degentium nomine ſpoliorum continentur, & fiſco Cameræ Apoſtolicæ adiudicantur veræ veluti & propriæ hæredi. 318
Bona Romanæ eccleſiæ, & Cameræ Apoſtolicæ alienata, in illius damnum, aut ſine paris valoris recompenſa vel neceſſitate, ſeu euidenti vtilitate, pro non alienatis habenda & reſtituenda. 66
Bonifacius nonus vt ærario Apoſtolico conſuleret, annatam ſoluendam ſtatuit ab his qui beneficia à ſummo Pontifice impetrarent. 198
Bonorum eccleſiaſticorum alienatio, inconſultò ſummo Pontifice, & neceſſitate non vrgente, nulla eſt. 56
Bonorum immobilium Gallicanæ eccleſiæ alienatio permittitur in ſubſidium belli ad extirpandas hæreſes. 70
Bonum ſolum tenendum eſt ex omnibus probatis. 532
Bulla Sixti IIII. Etſi dominici gregis, &c. 616

C

CÆci cæcos ducunt. 604
Cædes Deo quam maximè inuiſa eſt. 569
Calendæ Octobris perpetuo ſolennes feſti Roſarii beatæ virginis ob deuictam claſſem Selimi Turcarum Imperatoris in ſinu Corinthiaco apud Naupactum. 369
Cambia ſpeciei ſecundæ, tertiæ, quartæ & reliquarum per quid fiant. 262
Cambium eſt commutatio rerum ad res, ſiue pecuniæ ad pecuniam. ibid.
Cambium illicitum prohibitum, & licitum declaratum. 260
Cambium ſpeciei primæ fit officium. 262
Cameli matres ſuas non ineunt. 446
Camera Apoſtolica beneficiorum prouentus ſigillatim nouit vt iuxta eorum quantitatem taxetur annata. 207
Canones Conciliorum interpretantur & confirmantur Pontificis maximi declaratione. 352
Cano-

Canones Conciliorum quatuor primorum ſunt tanquam fideliſſima veritatis oracula. 67
Canonici forum ordinariorum ſubterfugientes priuilegio exemptionis abutuntur. 164
Capellania an eccleſiæ parochiali vniri queat. 140
Capitula conſtitutionis contra Patarenos edita per eundem Fredericum illuſtrem virum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Hieruſalem & Siciliæ Regem. 490
Captiuitas Ægyptiaca quam ſub Pharaone Iudæi poſt mortem Ioſephi pertulerunt, & peregrinatio. 459
Cardinales doctrina & morum ſplendore conſpicui eſſe debent, quod ſint veluti conſiliarii prudentiſſimi eius, cui vices ſuas in terris credidit Chriſtus, vt de rebus arduis, cum opus fuerit, exactè conſultent. 46. & 47
Cardinales, qui ſedi Apoſtolicæ, & communi omnium Chriſti fidelium Patri aſſident, præclaris virtutibus, & integris moribus illuſtres eſſe debent. 44
Cardinalis creatio non prius rata & valida habetur, quàm Cardinalatus inſignia acceſſerint. 36
Caſus à contumacia excuſantes. 230
Caſus, in quibus cognatio ſpiritualis contingit, viginti a Philippo Franco colliguntur. 451
Caſus in quibus ceſſio bonorum non concedatur decem ſunt. 253. 254.
Caſus, in quibus medici Iudaici a Chriſtianis adhiberi poſſint. 468.
Caſus tres ſunt propter quos bona eccleſiaſtica alienare licitum eſt. 70
Catecheſis & fidei inſtructionis ſedula cura adhibeatur ab Epiſcopis in Iudæorum cõuerſionem, vbi huius diſperſæ gentis Synagogæ colliguntur. 472
Cauponatio beneficiorum prohibetur. 613
Cauſſa cur ſimoniacus dicatur hæreticus. 26
Cauſſa legis finalis è proœmio illius coniici conſueuit. 654
Cauſſa ius patronatus concedendi legitima quæ ſit. 217
Cauſſæ apoſtatarum ad deciſionem Apoſtolicã euocantur. 425
Cauſſæ beneficiorum in confidentiam collatorum, ſedi Apoſtolicæ diſcutiendæ reſeruantur. 104
Cauſſæ clericorum ſiue eccleſiaſticorum in foro iuriſdictionis ordinariæ decidi debent. 157

Cauſſæ

Cauſſæ erronum & apoſtatarum monachorum ad ſedem Apoſtolicam euocantur. 425
Cedens bonis in carcerem non detruditur, aut, ſi detruſus ſit, dimittitur. 253
Celebratio Miſſarum. 358
Celebratio ſacramenti euchariſtiæ. ibid.
Celebratio trina ſacrificii Miſſæ ab eccleſia permiſſa cur ſit. 360.
Cenſus à penſione emphyteutica aliiſque ſimilibus differt. 265.
Cenſus iuris canonici placitis eſt penſio quæ de prouentibus eccleſiæ perſoluitur. 266
Cenſus eſt rei immobilis fructiferæ in pecunia numerata contractus, nec ſuper fructibus cenſus augeri vel creari poteſt, cuius pretium ſemel conſtitutum immobile permanet. 262
Cenſus vox ſignificationes varias habet. 265
Certamen taurorum a Plinio deſcriptum. 655
Ceſſio bonorum. 250
Ceſſio bonorum non niſi ob pauperiem conceditur. 251
Ceſſio bonorum quibus concedatur. 259
Ceſſio bonorum refugium miſerabile in caſibus omnibus non conceditur. 253
Chriſma gratis dandum eſt. 617
Chriſti paſſio eſt veluti labrum ex quo omnia bona effluunt, indulgentiarum quoque & gratiarum dona conſiſtunt, quamobrem gratis expediantur, nec pretio mercentur. 389
Chriſtiani a Turcarum ſeruitute liberati. 372
Chriſtiani cum Iudæis conuerſari non debent. 467
Chriſtiani cum Iudæis conuiuari non debent. ibid.
Chriſtiani cum Turcis pugnantes eos domant. 372
Chriſtiani temporibus Iulii II. diſcriminibus variis preſſi fuerunt. 573
Chriſtophorus Columbus Ligur a rege Luſitano tanquam rei fabuloſæ & impoſſibilis perſuaſor eiicitur. 80
Chriſtophorus Columbus Ligur ad Ferdinandum Caſtellæ regem proficiſcitur, ab eoque tria in Hiſpaniam nauigia petit. ibid.
Chriſtophorus Columbus Ligur & eius ad inſulas nouas peregrinatio naualis. ibid.
Chri-

Chriſtophorus Columbus Ligur, experimentum ſuæ peritiæ ttans noui orbis terminos proponit in occidentali plaga, nondum peruia. 80
Chriſtophorus Columbus Ligur miro ſtudio regiones nouas peragrandi ardet. 79
Chriſtophorus Columbus Ligur Regem Luſitanum mentis ſuę certiorem reddit. 80
Chriſtus crucifixus pro nobis, pàſſus, mortuus, ſepultus, reſurrexit die tertia ſecundum ſcripturas. 332
Chriſtus Deus de Deo, vt lumen de lumine. ibid.
Chriſtus genitus non factus. ibid.
Chriſtus, in cœlum ſublatus altiſſimum, ſedet ad patris dexteram, vſque dum reuertatur ad iudicium viuorum & mortuorum. ibid.
Chriſtus incarnatus eſt de ſpiritu ſancto. ibid.
Chriſtus natus ex Maria virgine. ibid.
Chriſtus negotiatores è templo eiicit. 324
Chriſtus oritur tanquam Lucifer in cordibus noſtris. 360
Chriſtus paſtor ſanguine proprio gregem perditum redemit. 306.
Chriſtus patri cōnſubſtantialis. 332
Chriſtus pro nobis homo factus, crucifixus eſt ſub Pontio Pilato. ibid.
Chriſtus propter nos homines & ſalutem noſtram de cœlis deſcendit. ibid.
Chriſtus ſecundum oracula Prophetarum è Iudæis ortus eſt. 460.
Circumſtantiæ certæ obſeruandæ ſunt, vt teſti inhabili fides adhibeatur. 508
Ciuitates patrocinium & fauorem ferentes homicidis interdicto ſupponuntur eccleſiaſtico. 573
Ciuitates vel famoſiſſimæ lenonum colluuie pleniſſimæ ſunt. 641.
Clauſula in literis ſuper vnione beneficiorum ſcriptis exprimi quæ ſoleat. 141
Clauſuræ obſtringuntur moniales tacite vel expreſſe religionē profeſſæ, & earum receptiones ad ordinem clauſuræ obligatione violata, irritæ ſunt & inanes. 429
Clemens Petri diſcipulus, comes, ac ſucceſſor, clericos priuilegio clericali exauthorat, ſi viliſſima artificia macellatoris & tabernarii

tabernarii exercuerunt. 324
Clerici a ſcientia legum, artis Phyſicæ & militiæ arcentur. ibi.
Clerici forum laicale declinare debent. 161
Clerici in re etiam officioſiſſima, vt eſt pupillorum tutela, cogi non poſſunt. 324
Clerici incantationibus & ſortilegiis dediti perpetuo infames erũt, tum ab officiis depoſiti in monaſteria includendi ſunt. 631
Clerici incontinentes qua pœna afficiendi. 287
Clerici locata opera Vicarii ad beneficiorum exercendam curam abeſſe poſſunt ſtudiorum cauſa. 298
Clerici modeſto habitu incedentes, omnem luxus ornatum fugient ſub pœna amiſſionis beneficiorum quæ poſſident. 283
Clerici nephandi criminis contra naturam rei, degradati, & clericali priuilegio exauthorati, ſeculari iudicis dictioni, pœnas eaſdem, quæ in laicos iure ſtatutæ ſunt, recepturi tradentur. 288
Clerici non poſſunt grauibus impoſitionibus in libertatis eccleſiaſticæ detrimentum & inconſulto ſummo Pontifice torqueri. 401
Clerici non prius admittantur ad regimina eccleſiarum & dignitatum, nec beneficiorum prouentibus gaudeãt, quin prius reſidentiæ iuramentum cum cautione præſtiterint. 298
Clerici non reſidentes in eccleſia vel præbenda. 290
Clerici non ſolum interna vitæ munditia verumetiam exterius decenti habitus ornatu & modeſtia vitæ integritatem & grauitatem probent. 284
Clerici omnes liberè teſtãtur, & in vltima voluntate diſtribuũt bona, quæ ex reditibus eccleſiarum adepti ſunt, atque in eiſdem inteſtati decedentes ſucceſſores habent parentes, fratres, cæteroſque cognatos. 278
Clerici pro ratione obſtinationis in concubinatu perſeuerandi puniuntur. 287
Clerici quorum caſuum intuitu de bonis mobilibus aliquid dare poſſint. 269
Clerici ſeculares de bonis eccleſiaſticis eccleſiæque intuitu acquiſitis teſtari prohibentur. 278
Clerici ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis Miſſæ ſacrificium non celebrant veſpertino tempore.
Clerici tenentur bona immobilia eccleſiis, à quibus profecta

fuerunt,

fuerunt,relinquere. 469
Clericorum bona omnia per negotiationem illicitam quæſita quæ tempote obitus eorum remanent inconſumpta, pertinent ad S.R. eccleſiam:conſecuta quoque quacunque via ſacris canonibus prohibita. 322
Clericus a laicis iudicari non debet. 164
Clericus ab Epiſcopo ordinandus certo penſionis beneficiiue titulo donatus eſſe debet, ne victus difficultate indigna neceſſitate prematur ad turpia. 52
Clericus habitu laicali incedens,priuatur priuilegio. 162
Clericus in quibus cauſis coram iudice laico conueniatur. ibi.
Clericus maleficus iure canonico à clericatu deponitur. 627
Clericus non poteſt conueniri ſub iudice ſeculari.161. Et ſi citetur,comparere non tenetur. ibid.
Clericus officia exercens mechanica arbitrio iudicis punitur. 324.
Clericus omittens officium dicere fructus perceptos eccleſiæ reſtituere tenetur. 152
Clericus ſuam profeſſionem & in habitu, & in veſtitu, & in inceſſu probet, & ideo nec in veſtibus, nec in calceamentis decorem quærat. 285
Coadiutor qua conditione detur prælato. 102
Coadiutoriæ tolluntur,prohibeturque ne his expeditiones Cameræ Apoſtolicæ ſuffragentur. 113
Cœtus ſacti die dominico frequentandi ſunt. 369
Cognati præferuntur fiſco, quando hæres bona defuncti capere non poteſt propter delictum. 485
Cognatio canonica quotuplex ſit. 449
Cognatio etiam per fornicationem transfertur. 454
Cognatio legalis apud canoniſtas quæ ſit. 449
Collatio beneficii facta alicui tanquam clerico,qui clericus nō erat,habitum tamen clericalem geſtabat,&pro clerico ſe gerebat,cum nullum haberet ordinem,non valet. 135
Collationes beneficiorum fiduciariæ iure abrogatæ ſunt. 104
Collationes eccleſiarum parochialium citra formam,à Concilio Tridentino præſcriptam, factæ nullius effectus iuriſue ſunt. 83
Collatores beneficiorum beneficia cōferent idoneis ſine ſimonia vlla. 614
Coloniæ Doctorum ignauorum & imperitorum innumetę cur
ex

ex Academiis & vniuerſitatibus ſæpius exiliant. 328
Coma clericorum qualis eſſe debeat. 49
Comes palatinus inter auguſtiores Comitum appellationes eſt. 327
Comites ærarii. ibid.
Comites archiatrorum. ibid.
Comites commerciorum. ibid.
Comites domorum Principis. 326
Comites excubitorum. 327
Comites fœderatorum. ibid.
Comites horreorum. ibid.
Comites militum. ibid.
Comites palatini. 325
Comites palatini quid muneris nunc præcipuè habeant. 327
Comites per prouincias conſtituti. ibid.
Comites rerum priuatarum. 326
Comites ſacri conſiſtorii. 327
Comites ſacri palatii. 326.327
Comites ſacri patrimonii. 326
Comites ſacri ſtabuli à Gallis Conneſtabiles vocati. 327
Comitia cum Turci repellendi tum religionis conſtituendæ cauſa Ratisbonæ habita. 64
Commendæ perpetuæ. [illegible]
Communio luci cum tenebris nulla eſt. 497
Communio piorum cum impiis interdicta. ibid.
Communitates etiam pœnis eorum qui latrones recipiunt, tenentur; ſiquidem & ipſi tales recipiant. 585
Commutationis rerum ad res, ſiue pecuniæ ad pecunias (quam Cambium mercatorum vulgus vocat) illicitæ prohibitio, & licitæ ſeu conceſſæ declaratio. 260
Conceſſiones beneficiorum electiuorũ iuris patronatus hactenus factæ à primo anno Pontificatus Innocen. VIII. qui Romæ coronatus fuit prid. Idus Septem. MCCCCLXXXIV. reuocantur. 213
Conceſſiones ſurreptitiæ ſunt, quæ ſingulis, quæ Principẽ à gratia cõcedẽda auertere poſſent, nõ apertis impetratæ ſunt. 596
Concilia eccleſiæ præter ſynodos priuatas decem. 351
Concilia non, niſi magnis impendiis cum rerum tum temporis, coguntur. 244
Concilia quorſum inſtituta. 351

Concilia vnde dicantur œcumenica. 352
Concilii Tridentini decretum, de cognoſcendis cauſis coram ordinariis locorum, Apoſtolicis reſcriptis non obeſt. 20
Concilium Baſilienſe, ſeſſio. XXIV. ad intercludendas vias ſimoniæ, & fraudulentæ electionis ſummi Pontificis, vt ſede vacante ſtatim à decimo die Cardinales inuocata Spiritus S. gratia conclaue ingrediantur, iuramentoque præſtito, nihil fauoris, ambitus, precii aut præmii ex electione aut vocis datione expectarent, ſtatuit. 26
Concilium Carthaginenſe quartum Epiſcopis eccleſiæ facultatem conceſſit legendi libros hæreticorum. 532
Concilium Lugdunenſe primum celebratum an. MCCXLV. contra Fredericum. 478
Concilium Tridentinum de non ordinandis aut promouendis ad beneficia eccleſiaſtica poſt Clementem confirmatum. 55
Concilium Tridentinum ſancit, ſine profeſſione fidei neminē eccleſiæ, aut beneficii regimini admitti debere. 12
Concilium Tridentinum ſeſſionis XXV. cap. XIV. clericis cōcubinariis beneficiorum priuationem & excommunicationem indixit. 645
Concordata reſeruationum edidit Nicolaus V. in gratiam Germanorum anno MCCCCXLVII. die XIV. Cal. April. cū Friderico Imperatore aliiſq; eccleſiaſticis & ſecularibus loci Principibus. 133
Concubina voluptatis cauſa adſciſcitur. 288
Concubinæ aliæ fuerunt libertæ, aliæ ingenuæ, aliæ ſeruæ. ibi.
Concubinarii priuantur officiis, & inhabiles ad officia & beneficia declarantur. 285
Concubinatus clericis interdictus. 287. 645
Concubinatus in veteri lege propagationis gratia conceſſus fuit. 288
Concubinatus laicis interdictus eſt. ibid.
Concubinatus ſecundum DD. quoſdam iure ciuili prohibitus non eſt. 646
Condemnatus ob homicidium edicto regio appellandi poteſtatem non habet. 565
Confeſſi crimen, aut probatiſſimis indiciis quæſtione torquendi, è carcere non relaxantur fiſco inſcio, etſi præſtita fuerit cautio. 218
Confeſſi in cauſis criminalibus appellare non poſſunt. 221

Confeſſio

Confeſſio iudicialiter vel extraiudicialiter emiſſa probat cum deliberatione in præiudicium confitentis. 220
Hęc tamen exceptiones habet aliquot. ibid.
Confidentiarum caſus, coniecturæ, & præſumptiones legitimæ, ad in talium abuſum reos pronuntiandam ſententiam. 110.
Confirmatio ſine ſacrilegio reiterari nequit. 332
Coniugati penſiones accipientes ſuper beneficiis cõſcientiam grauiſſimo vulnere ſauciant. 135
Coniugium honorabile eſt. 288
Conſanguinitas. 447
Conſanguinitas impedit matrimonium. 449
Conſcii electionis ſimoniacæ ad inſtar reorum læſæ maieſtatis tenentur. 28
Conſenſus electi petitionẽ confirmationis præcedere debet. 93
Cõſenſus, qui præſtari debet in beneficiorum reſignationibus, quo pacto notetur & computetur in libris Cameræ Apoſtolicæ. 148
Conſenſus reſignationum beneficiorum, iuxta tenorem ſupplicationum ſignatarum vel ſignandarum, à notariis recipiendus eſt. 150
Conſilium legumlatorum veterum ad reſpublicas conſeruandas quodnam fuerit. 587
Conſulens maleficos excommunicandus eſt. 627
Conſtantinus Imperator, cum querelam quorundam clericorum ad ſe delatã intellexiſſet, exclamauit: Vos à nemine iudicari poteſtis, quia ad Dei ſolius iudicium reſeruamini. 161
Conſtitutio Friderici de ſucceſſione hæreticorum. 485
Conſtitutio in ſicarios, bannitos, latrones, & homicidas æquiſſima, & priorum Pontificum decreta confirmans. 586
Conſtitutio Pii ſecundi in appellantes à ſedis Apoſtolicæ ſententiis ad Concilium futurum. 239
Conſtitutiones eccleſiaſticæ non negligendæ catholicis. 332
Conſtitutiones editæ contra Principes ſeculares iuriſdictionis eccleſiaſticæ libertatem impedientes, confirmantur & innouantur. 170
Conſuetudo aut ſtatutum inducens præſcriptionem contra eccleſiam breuiore tempore quàm quadraginta annorum, nullum & inane cenſendum, & penitus abolendum, grauiq; læſæ conſcientiæ pondere grauati authores irretiuntur. 188

Conſuetudo eccleſiæ Latinæ in azymis conſecrandis probabilior eſt conſuetudine Græcorum, & cur. 365
Conſuetudo hominum Chriſtianorum legum eccleſiaſticarum interpres optima eſt. 367
Conſuetudo inducens minorem præſcriptionem quadraginta annorum contra eccleſiam infirmatur & irrita habetur. 177
Conſuetudo turpia, cruenta & ferocia ſpectandi pro●●ſiores ad licentiam ſumendam facit ſpectatores. 654
Conſuetudo, vt, quæ dignitate & peritia præſtare non poſſunt homines, aliter præſtent, turpi auaritia inuecta eſt. 328
Contractus matrimonii cognatione, conſanguinitate & affinitate impeditur. 449
Contrahens ſcienter matrimonium in gradu conſanguinitatis vel affinitatis prohibito, vel cum moniali, excommunicatur ipſo iure, & publicari debet & vitari. 445
Contumaces intra annum ad defenſionem admittuntur decreto Pii quinti. 223
Contumacia in criminalibus accuſanda. 226
Contumacia per quæ impedimenta excuſetur. 579
Contumacia purgari & excuſari poteſt legitimo impedimento. ibid.
Contumacia quibus caſibus excuſetur. 230
Contumax damnatus non auditur, niſi contumaciæ ſolutis expenſis. 226. Idque obſeruatur tam in ciuilibus quàm criminalibus cauſis. ibid.
Contumax is dicitur, qui tribus edictis, aut vno peremptorio, tribus literis vel tribus denunciationibus euocatus, iudicio ſe ſiſtere & præſentiam ſui facere contemnit. 223
Contumax quisnam ſit. 226
Conuerſatio cum hæreticis periculoſa eſt. 538
Conuerſus ab errore cum iis cum quibus ante errauit conuerſari amplius non debet, ne tanquam canis ad vomitum reuertatur. 464
Copula coniugalis olim iure ſeueriore ad gradum conſanguinitatis ſeptimum vſque prohibita fuit. 441
Core cum coniuratis ſuis Abirone & Dathane hiatu terræ abſorptus. 604
Corpus Chriſti vnà cum anima, imo, cum diuinitate etiam ipſa in ſacramento euchariſtiæ verè, ſubſtantialiter, realiterque

que adeſſe credunt catholici. 333
Creatio Cardinalis non prius rata & valida habetur, donec Cardinalatus inſignia acceſſerint. 36
Creatio hominis ſecunda. 369
Credentes hæreticis ſunt hæretici, receptatores & fautores hæreticorum. 507
Credibilia ratione naturali probari poſſunt. 3
Crimen ambitus aula Principis indignum eſt. 28
Crimen blaſphemiæ quibus pœnis expiandum. 557
Crimen homicidii pœna mortis expiatur, antiqua Chriſti lege. 579.
Crimen nullum aliud Deo magis diſplicet quàm idololatria. 520.
Crimen ſimoniæ curia Romana indignum eſt. 28
Crimina atrociora grauioraque non à quibuſuis ſacerdotibus, ſed à ſummis tantummodo Pontificibus condonantur. 399.
Crimina tanto grauiora ſunt, quanto diutius animam infœlicem detinent alligatam. 441
Cuiuſcunque facultatis Doctores & profeſſores promoti ſiue promouendi; tam electi quàm eligendi ad officiorum exercitia non ſe ingerant, niſi prius ſolenne fidei profeſſionis iuramentum emiſerint forma hic præſcripta. 329
Cultus religionis veræ pietate ſimulata tegi non vult. 526
Cura beneficii ſæpe committitur alicui qui ex beneficio præter nomen & labores nihil demetit. 104
Cura præcipua remiſſorum notatiorum & iudicum negligentium corrigendorum olim comiti Palatino incumbebat. 327
Cura reſpublicas ab hominibus malis purgandi incumbit magiſtratui locum Dei tenenti. 587

D

Damnum à latronibus illatum à loci, vbi illatum ſit, incolis præſtandum. 586
Dathan terræ hiatu perit. 604
Dauid ob ſanguinem, licet iuſtè fuſum, templum Deo exædificare vetatur. 569
De ambitu. 597
De beneficiorum collatione & impetratione. 81

De bonis eccleſiæ alienandis, vel non. 56
De Cardinalibus. 36
De comitibus Palatinis. 325
De Conciliis. 341
De concubinariis & fornicatoribus. 642
De duello & duellum permittentibus. 646
De falſis & falſum exponentibus. 588
De his qui infidelibus aduerſus Chriſtianos auxiliantur. 476
De indulgentiis. 389
De lenonibus. 640
De magiſtris & Doctoribus. 328
De maleficis & incantatoribus. 621
De monetarum tonſoribus. 637
De matrimoniis & ſponſalibus. 439
De penſionibus. 134
De reſcriptis & mandatis Apoſtolicis. 13
De ſimoniacis. 612
De ſpoliis clericorum. 510
De teſtibus. 635
De ſumma trinitate & fide Catholica. 1
De taurorum & aliorum animalium agitatione & pugna. 651
Debitores alternatiuas vel dilationes obtinentes teneri ferre birretum viride. 256
Decimæ. 400
Deciſiones poſteriores in cauſis annatarum, quibus delatæ. 212
Declaratio circa impedimenta cognationis ſpiritualis. 452
Declarationes Concilii Trident. circa impedimenta cognationis ſpiritualis & affinitatis ex fornicatione, quo ad matrimonia poſt confirmationem Concilii contracta & de cætero contrahenda. 450
Decoctores fraudulenti & doloſi luxu & impudentia rem alienam dilapidantes, pro furibus & latronibus impune graſſantibus haberi debent, & ideo pœna vltimi ſupplicii plectentur. 256
Decoctores ſupplicio vltimo afficiendi. 259
Decreta Concilii non prius rata & firma habentur quin eis acceſſerit Pontificis maximi confirmatio, cuius eſt ea & indicere & declarare, tum ſancte interpretari. Idque vnico Concilii Tridétini exemplo ex antiquo eccleſiaſticæ iuriſdictionis ritu probare licet. 353

Decreta Conciliorum non niſi Pontificis auctoritate firma ſunt. 352
Decreta contra ſimoniam conſtituta ſunt multa. 614
Decretum Cæſareum Pontificio adſtipulatur. 282
Decretum Concilii Tridentini adſtipulatur Lateranenſi, iubēs ne quis imprimat aut imprimi faciat libros quoſcunque abſque licentia & examine ordinarii. 535
Decretum Concilii Tridentini de cauſſis cognoſcendis coram ordinariis locorum Apoſtolicis reſcriptis non obeſt. 20
Decretum in turpi mutandum. 376
Decretum Gratiani ex Origene deſumptum. 88
Decretum ſacræ Tridentinæ Synodi cauet ne dignitates eccleſiaſticæ committantur iis, quorum vitæ integritas, & rerum anteactarum commendatio futuræ frugis ſpem non dederit. 302
Defenſio condemnatorum in contumaciam, infra ſemeſtre exigi debet. 222
Deliramentum Iudæorum de expectatione Meſſiæ refert Lyranus in cap.12. Danielis. 476
Deo & hominibus exoſi viri ſanguinum, aduerſus quorum audaciam & ferociorem petulantiam conſtitutio à Pio II. edita probatur & confirmatur. 567
Depoſitiones ad hæreſin conuincendā dilucidæ requirūtur. 496
Depoſitiones teſtium publicari non debent. 637
Deus eccleſiam ſuo ſanguine acquiſiuit. 302
Deus eſt æmulator. 497
Deus homicidia execratur. 569
Deus homini propter maliciam eius nimiam gratiam ſuā ſubtrahit. 560
Deus odit ambitum. 603. 604
Deus vltor eſt eorum quæ non recte fiunt. 327
Deus vnus, pater omnipotens, factor cœli & terræ, creditur à catholicis. 331
Dies cœpta in fauorabilibus habetur pro perfecta. 33
Dies ethnicorum à diuo Irenæo piè ſanctéque reprehenſi. 654
Dies feſti ab Apoſtolis inſtituti. 366
Dies feſti cur vacatione ab operibus carnalibus tranſigendi ſint. 367
Dies octauus cur pro ſabbato Iudæorum à Chriſtianis introductus ſit. 369

Dies dominicus Chriſtianorum eſt ſabbatum. 368
Dies dominicus præfertur ſabbato fide reſurrectionis. 369
Differentia gemmarum & lapillorum. 322
Differentia inter eſſentiam, indiuiduum, ſuppoſitum & perſonam quæ ſit apud Philoſophos. 3.4
Differentiæ concubinarum certæ fuerunt. 288
Dignior in electionibus nõ is eſt, qui doctior eſt, ſed qui ad munus exequendum aptior eſt. 88
Digniores electioni minus dignorum reclamare poſſunt in eccleſiis parochialibus licita appellatione. 87
Dignitas aggrauat peccatum. 193
Dignitas Doctoratus vendi non poteſt. 328
Dignitates eccleſiaſticæ ſuffragiis humanis impetrari non debent. 603
Dignus eligi poteſt, non obſtante, quod alius quis dignior haberi poſſit. 89
Dilapidationes bonorum eccleſiæ omnibus ſanctionibus prohibentur. 68
Diœceſani quoſdam in literis diuinis benè eruditos, aliquot vicibus annuatim deputent in locis vbi Iudæi aut alii infideles degunt ad prædicandum & explanandum taliter catholicæ fidei veritatem, vt ipſi infideles, qui audiunt, ſuos valeant errores recognoſcere. 476
Diplomate, quod legitur Romæ die cœnæ Domini, ſingulis annis excommunicantur, qui executionem literarum Apoſtolicarum, aut aliarum expeditionum impediunt, & ad gratias impetrandas accedentes, prohibentur. Ac etiam appellantes ad laicam poteſtatem à grauamine vel futura literarum earundem executione. 20
Diſciplinæ regularis inſtitutum ſemel profeſſus extra ſolenne votum religionis tribus ſubſtantialibus votis conſilii Euangelici debet obligari, vt perpetuo liberius Deo famuletur. 383.
Diſcrimen inter eccleſiam Romanam & Græcam maximum eſt. 365
Diſpenſatio eſt determinatio ſuperioris qua declarat legem communem non eſſe in aliquo particulari caſu ſeruandam. 387.
Diſpenſatio ex falſa cauſa procedens in omni iure irrita eſt. ibidem.

Diſpenſatio indulgentiarum ſummo Pontifici, Epiſcopis & aliis iuriſdictionem commiſſam vel ordinariam habentibus, differenter tamen concredita eſt. 391
Diſpenſatio intuitu neceſſitatis & boni publici facilis. 440
Diſpenſatio matrimonii qualiter obtineri queat. 446
Diſpenſatio non eſt pura declaratio, ſed quædam iuris relaxatio. 387
Diſpenſationes. 386
Diſpenſationes de non reſidendo innumeras mercenariorum colonias aduexerunt. 305
Diſpenſationes egreſſus è clauſtro in caſibus tribus conceſſæ ſunt. 436
Diſpenſationes omnes de non reſidendo tanquam iniuſtæ extinguuntur. 305
Diſpoſitio beneficiorum perſonis prohibitis propter genus aut hæreſim, & à fide defectionem irrita eſt, & ad Pontificiam reſeruationem refertur. 129
Diſpoſitio legis ceſſat ratione & fine legis ceſſante. 654
Diſpoſitio legis Iudaicos medicos ad curandas Chriſtianorum ægritudines non vocandos relaxatur aliquando. 468
Diſputatio de proceſſione Spiritus ſancti è 4. Conciliorum primorum canonibus definita eſt. 7
Diſſidia inter Cæſarem & alios temporibus Iulii II. exorta. 573
Diſtinctio graduum affinitatis accurata. 449
Diuini cultus & templorum Deo dicatorum religio oēm decorē expoſtulat, vt hinc arceantur colloquia, confabulationes, deâbulationes, ioci, & ea omnia quæ vel ſcādalo ſunt, vel deuotionis impedimento, nam domum Dōmini decet ſanctitudo. 360
Doctoratus, laurea magiſtralis à comite Palatino quæ olim cōferebatur in quauis facultate candidatis, Concilii Tridentini decreto nullius nunc eſt authoritatis & iuris. 325
Doctrina quæ habet quod ſubſtantia animæ rationalis ſeu intellectiuæ verè & purè & per ſe humani corporis non ſit forma, hæretica eſt. 511
Dogmata legitima ab adulterinis diſcernenda ſunt. 344
Doli eorum qui alternatiuas & dilationes in fraudem creditorum petunt pœnis coercendi. 254
Doli varii per quos poſſeſſorib. legitimis iniuria fit, expreſſi. 229
Dominicus de Soto. 153

Dominus

Dominus catholicorum vnus Ieſus Chriſtus filius Dei vnigenitus. 331
Domus Epiſcoporum commune hoſpitium omnium eſſe debet. 48
Domus religioſæ. 402
Donatiſtæ in ſola Aphrica orthodoxam eccleſiam eſſe iactabant. 177
Druides diuinis rebus intererant, interpretabantur ſacra publica, a bello abeſſe conſueuerant, neque tributa vna cum reliquis pendebant, militię vacationem, omniumque rerum habebant immunitatem. 401
Druides Gallorum. ibid.
Dubia quædam circa diſcuſſiones & deciſiones cauſſarum fidei & hæreſes. 501
Duella iure pontificio & ciuili, contrà quàm ſenſit Baldus, penitus interdicta ſunt. 646.651
Duella olim licita fuerunt duabus de cauſſis. 649
Duellum à Renato Chopino Andegauenſi copioſe deſcriptum eſt. 651
Duo clericis copulatiue ſunt obſeruanda, tōſura & habitus. 162
Duo ſunt quæ è diametro refragantur piis locis, monaſticis potiſſimum, tumultus & cruor. 404

E

Eccleſia fauorabilior eſt quàm perſona. 140
Eccleſia Græca coniugium permittit ſacerdotibus. 365
Eccleſia in afflictis & maxime turbatis Chriſtianæ reipublicæ rebus præſentiſſimum remedium ex Conciliorum œcumenicorum indictione experta eſt. 351
Eccleſia non claudit gremium redeuntibus ad ipſam. 496
Eccleſia parochialis vniri nequit capellaniæ. 140
Eccleſia Romana aliarum eccleſiarum omnium caput & regula eſt. 186
Eccleſia Romana clericis coniugio interdicit. 365
Eccleſia Romana Conſtantinopolitanæ poſtpoſita. 177
Eccleſia Romana ſola ſancta, catholica & aliarum mater eſt omnium. 333
Eccleſia ſola iudicat de ſcripturæ ſacræ intellectu. 332
Eccleſia trinam ſacri Miſſæ ſacrificii celebrationem permiſit in die ſolenni natiuitatis Chriſti ob triplicis eius natiuitatis my-

tis myſterium. 360
Eccleſia veritatis & fidei columna eſt. 30
Eccleſia vna eſt ſancta & catholica. 332
Eccleſiæ cathedrales valorem beneficiorum annuum prodere debent, ne ius annatarum defraudetur. 208
Edicta publico loco affiguntur vnde rectè legi poſſunt, literæ ad reum mittuntur, denuntiationes fiunt per officia & executores. 223
Edictum matrimonii cum cognatis eorum, cum quibus matrimonium contractum quidem, ſed ob mortem vel cauſam aliam interuenientem initum non fuerit, ad quartum vſque gradum non contrahendi, hodie ſublatum eſt. 443
Effectus ceſſat cauſſa eius ceſſante. 338
Efficacia fidei parentum tanta olim fuit, vt beneficio eius liberi ipſorum ſaluarentur. 455
Electi ante confirmationem adminiſtrare ſacra neq; per ſe neq; per alios debent; idque neque in totum neq; in partem. 94
Electio dignioris, vtilioris & magis idonei in beneficiorum collationibus ſemper eſſet facienda. 88
Electio pōtificis maximi ſimoniaca nundinatione inducta, nulla eſt, nulliuſque poteſtatis, adeo vt ſic electus exauthoretur ab omnibus dignitatibus & officiis cum ſuis ſequacibus, & complicibus Cardinalibus. 24
Electio pontificis ſummi quanta cum integritate peragi conſueuerit. 30.31
Electionum & poſtulationum quanto animi moderamine curari debeat, vt publicis eccleſiæ officiis digni miniſtri inſtituantur & promoueantur, ætatis, morum, doctrinæ & vitæ candoris præuio examine. 31
Electus ad regularium dignitates, electionis authoritate non gaudet, niſi per pontificiam confirmationem. 34
Electus ſimoniacè ius poteſtatis amittit. 28
Epiſcopatus ab Epiſcopo non deſeritur, niſi maximæ neceſſitatis impulſu ſuadente. 310
Epiſcopi extra eccleſias ſuas exire prohibiti. 296
Epiſcopi in ſubditos ſuos tantummodo poteſtatem habent. 391
Epiſcopi ſecundum praxin in conditionalibus & pœnalibus diſpenſare poſſunt. 392
Epiſcopi ſinguli in ſuis diœceſibus plus poteſtatis habent ſecūdum Pontificem quam ſacerdotes reliqui. 399

Epiſcopi vltra dies tres dominicos ab eccleſiis ſuis abeſſe non debent. 296
Epiſcopus clericum ordinare non debet, niſi titulo certo penſionis aut beneficii donatus ſit. 52
Epiſcopus cum illegitimo in caſu neceſſitatis diſpenſare poteſt perinde vt Papa. 55
Epiſcopus eccleſiam benedicere non debet niſi certo dotatam. 52.
Epiſcopus Epheſinus Spiritum ſanctum nequaquã à Filio procedere pertinaciter aſſeruit. 6
Epiſcopus filiis ante ſacros ordines ſuſceptis legitimo thoro nõ eccleſiæ cui præfuit bona relinquere poteſt. 276. Sed hoc non debet intelligi de filiis illegitimis. nã licet æquitas canonica ſtatuat, filios inceſtuoſos, vel ſpurios debere alimentari à patre; tamen tales filii quaſi non cenſeantur filii nomine digni non ſuccedunt patribus, nec ex teſtamento. ibid.
Epiſcopus gentilium libros non leget, hæreticorum autem pro neceſſitate & tempore. 532
Epiſcopus in eccleſia non reſidens, ſed per diuerſa loca vagatus redire recuſans, in monaſterium detrudendus eſt. 292
Epiſcopus in epiſcopatu ſuo non reſidens excommunicandus eſt. 296
Epiſcopus laicum ſibi clericum prohibetur aſſumere. 164
Epiſcopus, niſi hoſpites omnes recipiat, inhumanus eſt. 49
Epiſcopus ſæpe fit, qui recte fieri nequit Epiſcopus. 106
Epiſtola ſynodica per Nicephorum Patriarcham Conſtantinopolitanum ad Leonem III. miſſa. 344
Equi matres ſuas non ineunt. 446
Equites Gallorum. 401
Error in fide eſt contra credibilia, quæ ratione naturali probari poſſunt. 3
Eſſentia abſolutè cuiuſcunque rei naturam quæ in principiorum naturalium exiſtit coniunctione ſignificat, ſiue res ipſa exiſtat ſiue non. 4
Eſſentiæ ſiue ſubſtantiæ tres de diuinitate recte prædicari non poſſunt. ibid.
Etſi in criminalibus leuis ſuſpicio leuiſſimi ſit ponderis, illi tamen in crimine hæreſis ſtatur. 489
Etſi nulla ſit concordia inter ſchiſmaticos & hæreticos, conueniunt tamen, vt inquit Athanaſius oratione 2. contra Arrianos,

nos, inſtar Herodis & Pilati in blaſphemias aduerſus Chriſtum. ibid.
Euangelium prædicandum Iudæis, & conuerſi infideles rudimentis fidei debent initiari. 456
Euchariſtiæ ſacramentum, pœnitentiæ & bonorum operũ merita, ſuffragia eccleſiaſtica, ſedis Romanæ primarum, & Apoſtolicam ſucceſſionem profitetur orthodoxa religio. 7
Exceptio à cunctis tributis in gratiã regularis paupertatis. 407
Excommunicantur arma & præſidia quæcunque ferentes Saracenis & infidelibus in Chriſtianæ reipublicæ perniciem & detrimentum, eorumque fiſco adſcribuntur bona. 476
Excommunicantur nonnulli hæretici, vt ſunt Cathari, Patareni, pauperes de Lugduno, Paſſagini, Ioſepini, Arnaldiſtæ, Speroniſtæ, omneſque ſingulari opinione in eccleſiam catholicam pertinaces. 486
Excõmunicantur annatam ſtatuto tempore non ſoluentes. 204
Excommunicati & ſocii criminis iure in teſtimonium admittuntur contra hæreticos. 507
Excommunicationis & priuationis beneficiorum pœnis innodantur non ſoluentes debitis temporibus annatas. 193
Excommunicatus quatenus hæreticus eſt, vtrum teſtari poſſit. 520.
Excuſatio paſtoris non admittitur ſi lupus oues comederit. 322
Executio reſcripti aut mandati Apoſtolici ſemper dependet à Papa. 18
Exemptiones fori & decimarum cur præſulibus à Pontifice cõceſſæ ſint. 298
Exemptionis priuilegio abutuntur canonici ordinariorum forum ſubterfugientes, & impunitatem ſcelerum ſimulantes, quamobrem eorum cauſæ iuriſdictioni eccleſiaſticæ diſcutiendæ ſunt tradendæ. 164
Exemptio clerici à foro iuriſdictionis ſecularis, vt antiqua, ſic vbique recepta eſt. 161
Expeditio literarum in Camera Apoſtolica gratis fit iis quos commendat familiaritas inter patres purpuratos, aut qui iiſdem famulati ſunt. 596
Expeditiones Cameræ Apoſtolicæ coadiutoriis ſuffragari prohibentur. 113
Exorciſmus ſancti Cypriani excuſus Auguſtæ Taurinorum. 627
Experientia indiget tempore. 33

F

Faciens peierare & ſuam & peierantis animam occidit. 376
Facultas aſſentatoria regreſſuum & acceſſuum, quæ bona Chriſti teſtantis non facit eccleſiæ, reuocatur. 98
Facultas cenſus Cameræ Apoſtolicæ alienãdi pro præſidio belli aduerſus Turcæ furores ſuſcipiendi conceſſa eſt. 59
Facultas egrediendi è clauſura tempore neceſſitatis à monialibus poſtulata eis non denegatur. 433
Facultas Inquiſitorum hæreticæ prauitatis confirmatur. 630
Facultas teſtandi cuique libera eſſe debet. 269
Facultas ſequeſtra decernendi fructuum beneficiariorum lite pendente iudicibus conceſſa. 227
Facultates conceſſæ, quacunque cauſa & colore legendi libros hæreticorum, reuocantur. 538
Facultatis conceſſæ Græcis Latino more, & Latinis Græco ritu miſſas & alia diuina officia peragendi, reuocatio. 363
Falſificantes literas Apoſtolicas excommunicantur. 596.597
Familiæ Cardinalium quo magis perſonis illuſtribus ſubſunt, eo cultu illuſtriore modeſtiæ enitеſcere debent. 47
Faſtigia honorum quo altiora ſunt, eo humilius petenda ſunt. 597.
Fauor veritatis quantus ſit apud catholicos. 501
Ferdinandus quintus Hiſpaniarum Rex, Ioannis Arragonum Regis filius, procerum conſenſu vxorem duxit Iſabellam, vt fœdere coniugii duo ditiſſima regna, Arragoniæ & Caſtellæ vnirentur. 79
Feriens gladio, gladio feriendus eſt. 579
Feſta ſanctorum & ſolennes memoriæ ſub die eorum obitus celebrantur. 366
Fideiuſſiones de non offendendo poſt pacatas & vtcunque ſopitas lites frequentiſſimæ ſunt in Italia. 382
Fideiuſſiones pacis & treugæ ſtipulandæ ſunt ideo, ne cauſis nouis rumpatur conuentio. 376
Fideî & religionis Chriſtianæ aſſertio tenetur aduerſus Græcorum errores, de proceſſione Spiritus ſancti à Patre & Filio, & de reliquis doctrinæ catholicæ capitibus. 5
Fidei profeſſionem præſcriptam & iuxta iuramẽti formam traditam retinere debent medici, nec vltra diem integrum viſitare tenentur infirmos ſpiritualia remedia confeſſionis renuentes ſalutis admonitos. 335

Fides bona in præſcriptionibus iuxta ius vtrunque, tam ciuile quàm canonicum ſcilicet, requiritur. 188
Fides catholica conceptionem Chriſti de ſpiritu ſancto in vtero Mariæ virginis profitetur. 1
Fides catholica diuinitatem Chriſti non negat. ibid.
Fides catholica perſonarum trinitaté in vnitate ſubſtantiæ non inficiatur. ibid.
Fides in promiſſis malis reſcindenda. 375.376
Fides parentum olim tam efficax erat, vt liberos ſaluaret. 455
Filii hæreticorum excluduntur penitus à quocunque beneficio eccleſiaſtico, officio & dignitate. 500
Filii hæreticorum exhæredantur. 484
Filii hæreticorum inhabiles ſunt ad officia & beneficia eccleſiaſtica, cuiuſcunque ordinis & qualitatis. 500
Filii hæreticorum inhabiles ſunt ad officia, ob paterni flagitii luem, quam contraxiſſe videntur. 498
Filii hæreticorum ſucceſſione priuandi nõ ſunt, niſi lata ſit ſententia contra patres in vita. 500
Filii iræ quinam ſint. 288
Filii presbyterorum beneficiis, quibus olim patres præfuere, quacunque diſpenſationis gratia intercedente, non inſtituendi ſunt. 53
Filius Dei vnigenitus eſt Ieſus Chriſtus. 331
Filius emancipatus vtrum de patris delicto teneatur. 489
Filius in quibus teneatur de patris delicto. 500
Fiſcus ſuccedit hæreticis. 486
Fiſcus ſuccedit teſtari non valenti. ibid.
Flamines Romani. 401
Fines exilii quatenus extendantur. 564
Flagellum hæreticorum Pauli Grillandi. 626
Flagitia XII. horrenda à ſacrilegis & incantatoribus committi ſolent. 630
Fœdera cum hæreticis inita damnantur & prohibentur. 496
Fœdera malè inita cum impiis peſſimè cedunt. 497
Fœmina & vir fornicando caro vna fiunt. 454
Fores pœnitentiæ ſine Deo non patent. 560
Forma contrahendi cenſum. 262
Forma degradationis. 507
Forma fidei catholicæ, in quam omnes ad honorũ gradus, qualeſcunque ſint, promouendi iurare tenentur. 13

Formula fidei catholicorum. 1. & 333
Forma profeſſionis fidei catholicorum. 331
Forſan dictiuncula eſt dubitationis indicatiua. 312
Forum competens catholicorum. 157
Fredericus II. à fide catholica deficit. 484
Fredericus II. a Pontifice Innocentio IIII. diris deuouetur, & excommunicatus regno exuitur. ibid.
Fredericus II. dum in obedientia Romanæ ſedis remaneret, leges aduerſus hæreticam prauitatem emiſit. 484
Fredericus II. fidei catholicæ acerrimus defenſor, & hæreticorum inimiciſſimus, quos lupos rapaces, angelos peſſimos, filios prauitatum, fraudis auctores, ad animas ſimplices deſtinatos, ſerpentes ſub mellis dulcedine virus euomentes, appellabat, erat. ibid.
Fredericus II. pertinax & obſtinatus miſerè perit in Apulia. ibidem.
Fredericus II. ſucceſſorum Petri maſtix appellatus. ibid.
Fructus beneficii, tempore mortis ad ſucceſſores, non hæredes, tranſeunt. 155
Fructus beneficii, vltimi potiſſimum anni, poſſeſſore defuncto pro rata temporis inter eccleſiam & clerici ſucceſſores diuidi debent. 156
Fructus beneficiorum reſeruatorum ſeu affectorum, à die vacationis vſque ad diem prouiſionis, Apoſtolicæ Cameræ adſcribuntur. 123
Furatur res quæ iacens poſt naufragium in ripis aut portubus locorum maritimorum diripitur, repulſo omni conſuetudinis prætextu, niſi reſtituatur. 280

G

Gelaſius docet turpe eſſe negotiis ſecularibus clericum vacare, & ad earum rerum contẽptum hortatur eum exẽplo Chriſti qui negotiatores de templo expulit. 324
Gelaſius Pontifex ſapiens ſimul & prudens. 345
Gemmæ à pretioſis ſaparantur. 322
Gemmæ pellucidæ ſunt materiæ. ibi.
Geſta ſuperioris non debent arbitrio inferioris examinari. 18
Ghemaroth Thalmud. 529
Gradus affinitatis accurate ſecundum catholicos diſtincti. 449
Gradus conſanguinitatis qualitates remotiores & propinquiores

res

-res ſunt exponendæ in diſpenſationibus 447
Gradus propinquiores in diſpenſationibus matrimonialibus pro coniunctis in gradibus diuerſis exprimendi ſunt. 387
Græci de fermentato ſacrificabant. 177
Græci eccleſiam Conſtantinopolitanam Romanæ præferebāt. ibidem.
Græci Latinorum templa claudebant. ibid.
Græci Latinos vocabant azymitas. ibid.
Græci ordinariorum iuriſdictioni ſubeſſe debent qui per varias Chriſtianæ ditionis ciuitates morantur, ne licentiores iamdudum recoctis & excuſſis hæreſibus ſuos inficiant. 174
Græci proceſſionem Spiritus ſancti in Concilio Florentino negarunt. 7
Græci vt ſimoniaci donum Dei vendebant. 177
Græcia multis iampridem temporibus variis erroribus inſaniuit. ibid.
Gratia a Principe conceſſa alicui viribus non ſubſiſtit, ſi cauſa in precibus expreſſa falſa fuerit. 596
Gratia fit a Papa pronuuciato verbo FIAT. 82
Gratiæ. 386

H

HAbens militias duas ab imperatore improbatur. 95
Habitus clericis obſeruandus. 162
Habitus clericū, quantūuis grauiter peccarit, tuetur. ibi.
Hæreſis crimen tale eſt, vt ipſo iure hæreticus dicatur beneficio priuatus. 128
Hæréſis eſt idololatria. 520
Hæreſis fouetur ab iis qui nimis curioſi non ſapiunt ad ſobrietatem, ſed propriæ innituntur opinioni. ibid.
Hæreſis lectione librorum hęreticorum fouetur non aliter quā ignis oleo. 545
Hæretici ægerrimè ferunt fidei regulam ab apoſtolica ſede ipſis præſcriptam eſſe. 344
Hæretici conuicti & metu mortis hæreſin abiurātes, pœna perpetui carceris damnandi. 484
Hæretici de pertinacia & rebellione conuicti bello oppugnandi ſunt. 72
Hæretici & illorum fautores non tātum efficiuntur indigni ad obtinenda beneficia, ſed obtentis ipſo iure a die criminis cōmiſſi abdicantur. 130

Hæretici & ſchiſmatici diſcordant. 489
Hæretici non armis ſed rationibus vincendi ſunt. 72
Hæretici non poſſent tantam ſimplicium venari multitudinē, niſi toxicatas dapes dulci melle prælinirent. 542
Hæretici non ſolum Pontificibus ſed & Imperatoribus Romanorum ipſiſmet exoſi ſunt. 539
Hæretici quo ſupplicio hodie puniantur. 521
Hæretici teſtari, id eſt, teſtamenta facere non poſſunt. 486
Hæreticorum, ſchiſmaticorum, eorumque fautorum pœna. 512.
Hæreticum eſt à dæmonibus reſponſa expectare. 622
Hæreticum eſt aſſerere animam rationalem eſſe mortalem. 509
Hæreticus beneficii poſſeſſor dici non poteſt. 128
Hæreticus ex regula de poſſeſſione triennali defendi nequit. ibidem.
Hebræorum & Iudæorum filii inuitis parentibus Chriſtiani & orthodoxi non faciendi aut baptizandi ſunt. cum nemini ad credendum vis inferri debeat. 455
Hebræorum vtrumque Thalmud multis portentis, commentis, & blaſphemiis in Chriſtum & fidem Chriſtianam refertū damnatur. 526
Heliogabalus libidinum miniſtris, mimis, ganeonibus, euiratis, emaſculatiſque ſuis aulicis honorum publicorum dignitates, poteſtates & officia vendidit. 611
Henricus Luſitaniæ regis filius, religionis propagandæ ſtudio flagrauit. 80
Hilarion nuſquam non locorum inclaruit. 604
Homicida cum omnibuſne occiſi conſanguineis, an cum quibuſdam illorum tranſigere teneatur. 566
Homicida cum occiſi amicis non reconciliatus occidendus eſt. ibidem.
Homicidæ. 560
Homicidæ non ſunt hoſpitandi. 573
Homicidia Deo ſunt maxime exoſa. 569
Homicidii notorii rei quibus pœnis ſubiiciantur. 565
Homicidii reos & exules ob quodcunque capitale ſcelus bannitos recipientes & tuentes, pœnis canonicis & à iure ſtatutis plectendi ſunt. 569
Homicidis non dandus eſt ſaluus conductus repetēdi patriam; etiamſi

etiamſi iniuriis & damnis partium ſatisfecerint. 562
Homicidium crimem eſt verè deteſtabile & execrandum. 561
Homicidium iure canonico inter omnium grauiſſima & atrociſſima numeratur. 562
Homines ab honoribus excluſi res nouas moliuntur. 604
Homines animam rationalem mortalem eſſe dicentes, vẽtrem pro deo habent. 511
Homines maximè vultu internoſcuntur & diſtinguuntur. 4
Homo homini lupus eſt. 649
Honeſtas publica matrimonium contrahendũ impedit, & iam contractum dirimit. 442
Honeſtas publica, quæ è ſponſalibus contrahitur, eſt perpetua. 443.
Honeſtas publica ſponſalia ſequentia, non præcedentia, dirimere poteſt. 442
Hoſtes ſunt in animarum excidium coniuratiſſimi, quotquot ſimplicibus librorum hæreticorum lectionem permittunt. 545.
Hoſtiliter offendens Cardinalem per ſe vel alium, fit reus læſæ maieſtatis. & puniendus eſt. 41
Hoſtis publicus eccleſiæ ſanctionibus inſidiatur. 30

I

IActa in mare ob naufragium pro derelictis non habentur, ideoque occupantis non fiunt. 282
Iactura leuis nauim fluctuantem & procellis cedentem defendit. ibid.
Idonei & omni exceptione maiores ad beneficia ſunt præſentandi. 217
Ieſus Chriſtus filius Dei, ex ipſo natus ante ſecula. 331
Ignorantia diſcriminis inter perſonam & eſſentiam malè ſentire fecit primos iſtos hæreticos, qui in ſacram trinitatem digladiati fuerunt. 3
Iis qui maioribus eccleſiis præſunt paſtoralis reſidẽtia ſummopere commendari debet & præcipi, animaduerſione ſanctionum iuris & Concilii Tridentini authoritate. 299
Ille, cui de iure competit ius eligendi, priuatur eodem eligens indignum. 217
Ille cui ius præſentandi competit ex gratia, iure illo magis priuatu

uatur indignum præſentans quam alias is, cui conuenit de iure. 217
Ille cuius ad legationis functionem induſtria eſt electa, non poteſt alteri committere vices ſuas, niſi hoc expreſſe habeat in mandatis. 73
Imagines ſanctorum ſemper retinendæ & deuotione debita colendæ ſunt. 333
Immortalitas animæ præclarè a multis Doctoribus demonſtrata. 512
Imparia ſunt paria facienda. 639
Impedimentum iuſtum à contumacia excuſans quodnam ſit. 579.
Imperatores ipſi præcellentis primatus auctoritatem in Petro & ſucceſſoribus eius venerari ſunt. 8
Imperitia Notarii in perniciem partium cedens non caret accuſatione. 379
Impetrantes beneficium ceſſionis ſiue diſcuſſionis bonorũ, aut dilationem quinquennalem, cauſam intra tres menſes expedire tenentur. 250
Impetratio beneficii canonica, & quæ ab omni obreptione & ſurreptione aliena eſt, exprimit qualitatem vacationis, vt ſi vacat per obitum vel per reſignationem. 119
Impetrationes beneficiorum cum pacto certo factæ ſunt nundinationes verè ſimoniacæ. 90
Impetrationes beneficiorum quales eſſe debeant. ibid.
Impetrationes beneficiorum vacantium vera rei totius narratione expediri debent, ne inualidæ ac irritæ habeantur. 115
Impii & parricidæ ſunt, qui ſexu eo, quem dedit Deus, non contenti etiam ſuum ipſorum prophanant. 290
Imponentes decimas, & onera alia, perſonis eccleſiaſticis abſq; Papæ licentia, excommunicandi ſunt. 400
In domos Cardinalium vi & impetu irrumpentes, & in eis aliquid ſurripientes, pœnis à Pontificio iure decretis plectendi ſunt. 38
Inæqualitas ad æqualitatem reducenda eſt. 639
Incantatores pœnis iure ſancitis iuriſdictione inquiſitorũ plectendi ſunt. 624
Incendii, infirmitatis, lepræ, vel epidemiæ neceſſitate monialib. egrediendi à clauſura non denegatur poſtulata facultas. 433
Incubi. 631

Indefinita in ſtatutis municipalibus quam habeant ſignificationem. 566
Indicia permutationis beneficiorum fraudulentæ. 152
Indigentes accipientes mutuum ſi aliquid ſoluunt vltra ſortem, non id ſoluunt ratione mutui, ſed gratia conſeruandi montē & ſoluendi ſtipendia officialibus. 411
Indignus promotione promotus ſi ſit, beneficio priuatur. 86
Indiuiduum eandem denotat eſſentiam, ſed ab aliis diſtinctam, quæ ſanè diſtinctio per ipſam fit exiſtentiam. 4
Indulgentia delatoribus blaſphemorum promiſſa. 560
Indulgentia eſt ſatisfactionis iniunctæ aut iniungendæ moderata remiſſio, cum abolitione pœnæ temporariæ in futuro ſeculo reſtantis, ex toto vel ex parte. 396
Indulgentiæ a Chriſto in eccleſia relictæ ſunt ſecundum catholicos. 333
Indulgentiæ cruciatæ quo tempore & ob quam cauſam publicatæ fuerint. 396
Indulgentiæ per quæſtores ob quæſtum & bona extorquēdi verius, quàm impetrandi deſiderium prædicatæ, reuocantur & prohibentur. 397
Indulgentiæ populo Chriſtiano ſalutares ſunt. 333
Indulgentiæ vnde & quàm precioſæ ſint. 391
Infames ſunt, & ad triremes damnandi ſunt, qui ſcripta in alterius contumeliam componunt. 540
Infantes ſortilegorū & incantatorum deuorationi obnoxii. 630
Inferior ſuperiori ſuo legem imponere non poteſt. 18
Infeudationum & alienationum bonorum eccleſiæ perſuaſores & mediatores excommunicandi ſunt. 68
Infideles conuerſi rudimentis fidei ſunt initiandi. 456
Infideles non habent hæredes, nec de bonis poſſunt diſponere vel teſtari. 485
Ingredi intra ſepta monaſterii nemini licet cuiuſcunque ſexus, conditionis aut ætatis fuerit, ſine licentia epiſcopi aut ſuperioris in ſcriptis obtenta; qua nec vti conceditur, niſi vrgentibus neceſſitatibus. 414
Ingreſſus in monaſteria ſine epiſcopi auctoritate illicitus eſt cuilibet. ibid.
Innocentius octauus ordinationem Pii II. confirmauit. 203
Inquiſitor poteſt inquirere de omnibus ſpeciebus hæreſis. 507
Inquiſitores poſſunt legere libros hæreticorū, vt facilius de eo-

rum erroribus & prauis doctrinis iudicent. 545
Inquiſitores prauitatis hæreticæ libros hæreticorum legēdi poteſtatem ſoli habent. 529
Inquiſitores prauitatis hæreticę poſſunt etiam inquirere in ſortilegos & incantatores. 627
Inquiſitores procedere poſſunt cum teſtibus excommunicatis, ſociis & participibus criminis, & aliis defectus habentibus. 508.
Inquiſitoribus exceptis, omnibus prohibetur librorum hæreticorum lectio. 529
Inquiſitorum fidei eſt,in Iudæorum blaſphemias & flagitioſam viuendi conſuetudinem animaduertere. 468
Inſidiæ detractorum occultorum infeſtiores ſunt, quàm occultorum. 548
Inſidiati Borrhomao Cardinali, eo diuinitus incolumi conſeruato,puniuntur. 43
Inſignes morum & doctrinę ſplendore ad beneficia prouehi debent ita,vt prius examinentur,quàm promoueantur. 95
Inſignia Doctoratus ſæpenumero pecuniarum , non prudentiæ & eruditionis meritis comparantur. 328
Inſulæ orbis noui. 74
Inſtitutio & promotio ad Doctoratus inſignia,in fauorem paupertatis gratis fieri debet. 328
Interdicere locũ aliquem,nihil aliud eſt , quàm homines à certis ſacramentis ibi ſuſcipiendis, & à ſepultura; eccleſiaſticos atque clericos à publica diuinorum celebratione ibidem, ac ſacramentorum collatione prohibere. 234
Interdictum locale eſt, quod in loca quædam certa, prouincias aut ciuitates mittitur. 236
Interdictum perſonale certas concernit perſonas. 229
Interdictum quotuplex ſit ſecundum Canoniſtas. ibid.
Intereſt reipublicæ vt delicta puniantur. 222
Interpretatio in dubiis fit contra fiſcum. 485
Interpretationes & cõmentaria in canones Concilii prohibentur,eiuſque ſoli Pontifici declaratio reſeruatur, 357
Intruſus in beneficium vacans in curia condemnatur in fructibus à die intruſionis. ſecus ſi per Papam fuiſſet prouiſus; tunc enim non condemnaretur,niſi à die motæ litis. 124
Inuaſores bonorum eccleſiæ. 177
Inuentum Theſſalorum de tauris necandis. 655

Inuigilantes illicitis & præpoſteris electionibus omnibus dignitatibus exauthorati infames & excommunicati ſunt habendi. 604
Ioannes Bentiuolus Bononia expulſus. 243
Ioannes Bentiuolus contra Pontificem appellat ad Concilium, ſed moritur prius quàm inſtitutum perſequatur. ibid.
Ioannes de Bachenſtein decretorum Doctor. 196
Ioannes Eckius in enchiridio locorum communium cõtra Lutheranos, annatas ita probat, vt iure diuino firmatas & ſtatutas aſſeueret, quia loco decimæ decimarum ſoluantur. ibid.
Ioannes Gremper Conſtant. deputatur cum Inquiſitoribus aduerſus ſortilegii & maleficii reos. 631
Ioannes Guttenbergius typographiæ inuentorum vnus. 535
Ioannes Huſſius Conſtantiæ exuſtus eſt. 538
Ioannes Huſſius per libros Ioannis Vviclefii deceptus eſt. 528
Ioannes Vviclefius Angliæ monſtrum. 538
Ira nihil aliud eſt quàm homicidium conceptum. 649
Iratus nemini vult parcere. ibid.
Itinera a larronibus tuta ſunt præſtanda. 586
Iudæi ad fidem orthodoxam conuertendi ſunt. 476
Iudæi apoſtatarum & hæreticorum in contumeliam Chriſtianę religionis fautores ſunt. 472
Iudæi beneficiis à Deo pluribus quàm populus alius vllus, affecti ſunt. 460
Iudæi Chriſtianorum communione gaudere non debent. 472
Iudæi culpa propria ſerui ſunt. ibid.
Iudæi expoſiti ſunt omni ſeductioni & errori, eo quod claritatē veritatis non receperunt, vt ſalui fierent. 476
Iudæi fidei Chriſtianæ doctrinam ſuſcipientes, ſuſcipiendi; renuentes, compellendi. 460
Iudæi, licet immeriti à Chriſtianis tolerentur, his tamē pro gratia, contumeliam; pro familiaritate, contemptum reddere conſueuerunt. 472
Iudæi non debent ſe immiſcere Chriſtianorum cœtibus. 467
Iudæi nutricibus Chriſtianis infantes ipſorum lactare non permittunt, poſtquam cœnam ſumpſerunt, niſi prius triduo toto lac è mamillis ſuis emulſum in latrinam effuderint. 472
Iudæi ob inueteratum & antiquum in Chriſtianos odium, ad eorum curandas infirmitates non debent accerſiri. 341
Iudæi per omnes gentes cur vſquequaque diuo Hieronymo diſperſi

ſperſi eſſe videantur. 460
Iudæi pertinaces & obſtinati ſunt homines. 459
Iudæi populus ſunt ceruicis duræ,& cordis incircumciſi. 460
Iudæi propenſiores ſunt ad adulterandũ & deprauandum ſcripturas quàm ad veritatem ex his intelligendum. 476
Iudæi ſeruos Chriſtianos ancillaſque Chriſtianas habere non debent. 467
Iudæi ſuum Thalmud maximi faciunt. 529
Iudæi vt fide diſtincti à Chriſtianis, ſic & locorum ſeparatione, ſiue cohabitatione, & veſtitus ratione, cæteriſq; priuilegiis, diſcriminari debent. 464
Iudæorum ad fidem Chriſtianam conuerſorum indulta. quæ amittunt,ſi ad vomitum redierint, imò,vt hæretici relapſi puniuntur. 460
Iudæus populus per mundum totum diſperſus eſt. ibid.
Iudices ſine quoquo ſuffragio fieri debent. 609
Iudicibus decernendi ſequeſtra fructuum beneficiorum lite pẽdente conceditur facultas. 227
Iulius II. Ioannem Bentiuolum Bononia expellit. 243
Iulius II.qui non ſoluerent annatas, eos ſecundum pœnas in eos ordinatas irremiſsè puniri voluit. 204
Iuramenta. 372
Iuramenta impoſſibilis obligationis irrita ſunt, velut & ea quæ fiunt contra bonos mores, & aduerſus eccleſiæ iura, & Conciliorum decreta. 375
Iuramentum impoſſibilium & illicitorum inane eſt & prohibitum. 372
Iuramentum in præiudicium ſuperioris præſtitum irritum eſt. 183.
Iuramentum iniquitatis vinculum eſſe non debet. ibid.
Iuriſdictio ordinariorum, id eſt, epiſcoporum reſidentium, æquatur delegatis a ſede Apoſtolica circa exceſſuum deciſiones. 295
Iuriſdictioni eccleſiaſticæ & eius libertati detrahitur,cum principum placitis ſtatuta feruntur in eorum priuilegia. 173
Ius antiquum obſeruandum eſt,nec ab eo recedendum. 322
Ius cenſus conſtituendi penes illos eſt, qui plenum, merum & directum rei dominium tenent. 266
Ius ciuile non minus in ſpiritus petulãtes & effrenatos animaduertit,quàm Pontificium in hæreticos. 520
Ius

Ius libertatis eccleſiaſticæ pôtiſicis auctoritate defenditur. 169
Ius pontificium ſuis ſacris & metuendis cenſuris animaduertit in hæreticos. 520
Ius non acquiritur electo ante confirmationem. 35
Ius patronatus. 213.&c.
Ius patronatus quomodo acquiratur. 217.218
Ius peculiare alicui conceſſum per diſpoſitionem generalem non extinguitur. 126
Ius ſepulturæ natura & lege religioſum eſt. 50
Ius ſingulare eſt, quod contra tenorem rationis propter aliquã vtilitatẽ auctoritate conſtituentium introductum eſt. 177
Ius tribus modis acquiſitum totidem conſeruatur. 216
Iuſtinianus noluit eum Epiſcopum fieri, qui filios aut nepotes etiam legitimos haberet. 115
Iuuenis ſapere vix poteſt. 33

L

Laici clericis infeſtiores ſunt. 161
Laici, & qui cœlibatum ſacris ordinibus annexum nõ colunt, beneficiorum penſionibus iure frui nequeunt. 135
Laici iudices in priuilegii & ordinis clericalis iniuriam nõ poſſunt ſine culpa ſacrilegii clericos bannire aut relegare. 162
Laici obedire & iuſſa exequi, non imperare debent. 635
Laicus tenens concubinam iure canonico iudicis arbitratu punitur. 646
Laicus vnum, duos, aut paucos recipiens viatores, implet hoſpitalitatis officium. 48
Lapilli naturæ ſunt à gemmarum natura diuerſæ. 322
Laurea Doctoratus & magiſterii, quæ olim à comite Palatino conferebatur candidatis quibuſcunque, ea Concilii Tridentini decreto hodie nullius auctoritatis eſt. 325
Laurentius de Ligniolo. 345
Lectio librorum ab hæreticis ſcriptorum coinquinat inſtar picis. 538
Lectio librorum hæreticorum prohibita eſt. 531
Lectio librorum hæreticorum longe periculoſior eſt quàm cõuerſatio cum ipſis. 538
Lectio librorum hæreticorum omnibus interdicta eſt. 529
Lectio librorum hæreticorum vtilis tantum eſt iis, qui inter lepram & lepram diſtinguere nouerunt. 532

Legati pontificum ſummorum inſignibus Papalibus vtuntur, vt cæteros & dignitate & rebus aliis antecellere eos appareat. 73
Legati pontificum ſummorum præ cæteris illuſtriores dignitate & nominis ſplendore iudicantur. ibid.
Legati reſidere tenentur in locis ad quæ deputantur. 72
Legatus de latere dicitur eſſe maior omnibus in prouincia poſt Romanum Pontificem, & habere iuriſdictionē ſuper omnes prælatos, etiam exemptos & immediate ſubiectos Papæ. 73
Leges Frederici Imperatoris in hæreticę prauitatis reos, eorumque complices & fautores latæ confirmantur, & ſeruari iubentur. 480
Lenæ Iulio Papæ ſunt, quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt, etiamſi alterius nomine hoc vitæ genus exerceant. 641
Leno Senecæ eſt, qui proſtituta habet mancipia. ibid.
Lenocinium à quo fiat. ibid.
Lenones è virginum puerorumque proſtitutione quæſtum facientes, pœna mortis afficiendi. ibid.
Lenones non ſine ingēti corruptela in ciuitatibus etiam famoſiſſimis tolerantur. ibid.
Lenones perpetuo infames ſunt. ibid.
Leo magnus Papa ſynodum Chalcedonenſem confirmauit. 352
Leo nonus per epiſtolam Conſtantinum Imperatorem ſibi cōcilians, miſit tres legatos Conſtantinopolim ad conuincendos XIIII. Græcorum errores. 177
Leo Papa in bulla vnionis excommunicat fratres de obſeruantia qui tranſmigrant ad conuentuales; itemque conuentuales eoſdem receptantes. 423
Lex animaduertit in fautores & ſuaſores homicidiorum, vt ſint qui aliorum malas mentes optimo conſilio euertāt, eorumque ſaluti proſint. 585
Lex beneficia fauore illicito cuiquam conferri prohibens modis variis contemnitur. 104
Lex Iudæis lata. 460
Lex iuxta limites rationis legis reſtringi vel extendi debet. 654
Lex medicis quamplurimum defert. 340
Libelli famoſi. 545
Libelli famoſi ſunt, qui auctore incerto conſcripti famam alterius denigrant. 548
Liber iuris Pontificii de matrimonio & ad coniugia pertinentibus

tibus breuior & compendioſior aliis eſſe ſolet. 454
Liberi hæreticorum bonis paternis non priuantur ideo quod & ipſi hæretici eſſe credantur, ſed quod tales futuri metuantur. 486
Liberi Iudæorum parentibus inuitis baptizari à Chriſtianis nō debent. 455
Liberi vinculo naturali cum parentibus coniuncti incredulitatem ipſorum magno cum apoſtaſiæ periculo imitantur. ibi.
Libertas medicorum quanta ſit. 340
Libido vagandi extra monaſteria eorum qui voto monaſtico adſtricti ſunt, canonibus ſacris exoſa eſt. 423
Libri a Simone & Cleobe peſtilentes conſcripti. 542
Libri catholicis prohibiti. 526
Libri hæretici cum hæreticis ipſis damnantur. 531
Libri hæreticorum contagioſi & peſtilentes ſunt omni hominum generi. 539
Libri hæreticorum doctis æquè ac ignaris noxii & exitiales ſunt. 542
Libri hæreticorum legendi non ſunt, qualiſcunq; tandem cauſa prætexatur. 538
Libri hæreticorum non Pontificibus ſolum, ſed Imperatoribus quoque ipſis exoſi ſunt. 539
Libri hæreticorum peſtilentes & contagioſi ſunt non ſolū ſimplicibus, verumetiam bonis & doctis, nec vlla eſt via qua magis poſſit occurri hæreſibus, ne in populo oriantur, & ne exortæ vltra graſſentur, quam ſi tales libri ex quibus hæreſis venenum facile incautus quis bibere poteſt, prohibeantur. 539.
Libri inter catholicos nulli ſine ordinarii auctoritate & approbatione imprimendi ſunt. 533
Libri multi Priſcillianici titulum canonicorum librorum præ ſe ferentes inuenti fuerunt. 543
Libri Neſtoris aduerſus venerabilem orthodoxorum ſectam & decreta Concilii Epheſini ſcripti, exuſti ſunt. 539
Libri Thalmud hodie recogniti & expurgati Concilii Tridentini decreto tolerantur. 528
Libri Thalmud, vt omni contumeliæ blaſphemiæque pleni, damnati ſunt a Gregorio IX. & Innocentio IIII. 528
Libri typis non excudendi ſunt, niſi eorum editioni ſuffragetur ordinarii auctoritas & approbatio. 533

Librorum

Librorum prohibitorum lectio nc ipſis quidem ſacræ Theologiæ profeſſoribus ad conuincendos errores, neque aliis quibuſcunque, demptis Inquiſitoribus, conceditur. 542
Licentia clauſtra ingrediendi abrogatur. 416
Licentia docendi ſine precio conferri debet. 328
Licentiæ libros hæreticorum legendi & vendendi vllis, præter inquiſitores, aliis hactenus conceſſæ, nunc reuocantur. 535
Licentiæ alienationum per Gregorium IX prohibitæ. 69
Licentiæ hactenus conceſſæ mulieribus ingrediendi monaſteria Carthuſienſium, & aliorum quorumcunque regularium ordinum, etiam mendicantium, reuocantur. 412
Licentiæ omnes hactenus, præterquam inquiſitoribus fidei, libros ſuſpectæ fidei legendi aut venales proponendi cōceſſæ, reuocantur. 535
Licitum eſt hæreticos bello oppugnare, poſtquam de illorum pertinacia & rebellione conſtiterit. 72
Lingua blaſphemis ſub Ludouico rege Gallorum ferro cādenti aduri iuſſa eſt. 556
Lite pendente fructus & diſtributiones beneficiorum eccleſiaſticorum fidei ſequeſtro debent deponi. 230
Literæ dilationis ſiue annalis, ſiue triennalis, ſiue quinquennalis, quibus in caſibus non valeant. 260
Literæ inquiſitorum abſolutoriæ & declaratoriæ in crimine hæreſis non tranſeunt in rem iudicatam. 526
Literæ Ludouici XI. Francorum regis ad Pium II. Papā de ſanctionis pragmaticæ abolitione perſcriptæ. 350.351
Literæ ſurreptitiæ ſunt, quæ per falſam rei narrationem impetratæ ſunt. 593
Literæ ſynodales aliquando erant loco regulæ, quā poſtea pontifex de fide Chriſtianorum præſcripſit. 344
Lites Cardinalium per pontificem ſummum deciduntur. 49
Lites & cauſæ Cardinalium euocantur, & Pontificis deciſioni reſeruantur. 49
Lites religioſorum extra clauſtra vagantium ad deciſionem Apoſtolicam euocantur. 423
Liturgia ſacra celebranda eſt ritu eo, quo vtitur eccleſia, in qua presbyter ſacrificium illud incruentum inſtruit. 365
Loca monaſterio exempto proxima, eique adhærentia, & ipſa exempta cenſentur. 428
Loca pia ab onere milites hoſpitandi exempta ſunt. 402

Locatio ſeu emphyteuſis, conceſſio immobilis rei eccleſiaſticę, interdicitur & prohibetur. 65.66
Locus appellationi non eſt bannitis ob homicidium. Exilii fines quadraginta milliaribus à loco delicti extenduntur. 564.
Locus ſacer qui interdicitur, non ſolum templa verumetiã cœmeteria ſub ſe complectitur. 234
Ludouicus rex Gallorum linguam blaſphemorum ferro candẽti aduri iuſſit. 556
Ludouicus XI. Francorum rex per legatos miſſos ad Pium II liberam eccleſiæ & Pontificis regno obedientiam præſticit, abrogationem pragmaticæ ſanctionis, & magna in Turcas auxilia pollicetur. 350
Luperci Romanorum. 401

M

Magis timetur quod ſæpius cauetur. 637
Mala è teſtium depoſitione per notarios partibus litigãribus patefacta promanantia. 637
Malleus maleficarum, varia exempla peſtilentiſſimi incantatorum cœtus ab hæreticæ prauitatis inquiſitoribus notata refert. 622
Marcellus Francolinus presbyter Romanus. 365
Maritus, qui deprehenſam in adulterio vxorem retinuerit, quæſtumque ex adulterio eius fecerit, lenocinii reus eſt. 641
Martialis ex eccleſia ob idololatriam eiectus prouocat ad Papã. 244.
Martinus Lutherus Ioan. Huſſii ſcriptis effaſcinatus eſt. 538
Mathematicus & conſulens iure ciuili pœna capitis afficitur. 627.
Matrimonia naturæ contraria ſuadenda non ſunt. 446
Matrimonium quibus modis impediatur. 449
Matrimonium vinculum eſt perpetuum. 443
Mediatores alienationis bonorum eccleſiæ excommunicandi. 68.
Medici ante omnia inducent infirmos ad aduocandum medicos animarum, vt, poſtquam de ſpirituali ſalute fuerit prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubriter procedatur. 338
Medici Iudæi ad ægritudines Chriſtianorum curandas conuocari non debent. 468

Medici

Medici Iudæi & infideles ad Chriſtianorum curandos morbos non admittantur. 338
Medici Iudæi in caſibus quibuſdam neceſſariis per Chriſtianos adhiberi poſſunt. 468
Medicus auarus ægrotantibus pernicioſiſſimus eſt. 340
Medicus imperitus mortem ægrotantis cauſatus pœna extraordinaria puniendus eſt. ibid.
Medicus non ſolum ab homicidii pœna immunis per legẽ conſtituitur, ſed & mercedem per eandem conſequitur. 340
Medicus quando reus fiat homicidii. ibid.
Mendacium omne, quod de Deo dicitur, idololatria dicitur. 520.
Menſes Apoſtolicæ ſedi reſeruati, Epiſcoporum alternatiuæ reſidentium, non obſunt. 124
Mentio Comitum in iure ciuili frequens eſt. 326
Metamorphoſis panis & vini in euchariſtia tranſſubſtantiatio vocatur a catholicis. 333
Metropolitanus Epiſcopos ſuffraganeos ob abſentiam punit. 303.
Miniſterium eccleſiaſticum committi non debet niſi perſonæ quæ in loco eccleſiæ reſideat. 98
Miniſterium eccleſiaſticum neutiquam committendũ niſi perſonæ quæ reſidere in loco & curam eccleſiæ per ſeipſam valeat exercere. 303
Modi iuris cum acquirendi tum conſeruandi tres ſunt. 216
Monaſteria annatarum, quindenniorum & reliquorum iurium ſolutioni obligantur, quorum fructuum taxa Cameræ Apoſtolicæ non latet authoritatem. 208
Monaſteria & cœnobia eximuntur ab onere hoſpitandi. 404
Monaſteria milites hoſpitari non tenentur. 402
Moniales a decimarum & ſubſidiorum, aliorumq; onerum impoſitione exemptæ ſunt. 426
Moniales nullo modo ad ſtrepitus fori ita prouocari poſſunt vel debent, vt perſonaliter compareant. 438
Moniales vel tacitè vel expreſsè profeſſæ clauſuræ obſtringuntur. 429.&433
Monialis, cuiuſcunque ſtatus vel conditionis exiſtat, non poteſt nec debet exire monaſterium, niſi in caſibus in iure expreſſis. 438
Monialis grauiter infirma, ita vt contagioſa ſit, etiam abſque conſenſu

conſenſu ſuperioris egredi poteſt monaſterium, cum nimia locorum intercapedine diſiunctus eſt ſuperiori à cœnobio vt periculum ſit in mora. 436
Montes pietatis. 402
Montes pietatis Chriſtiana charitate erecti, & auctoritate Apoſtolica probati & confirmati, & ab vſurario fœnore alieno liciti ſunt. 408
Montes pietatis in pauperum ſubſidium, inopiæque eorum leuandæ cauſa inſtituti ſunt. 411
Montes pietatis licitos non eſſe. ibid.
Montes pietatis per diplomata Pontificum quorundam approbati ſunt. ibid.
Montes pietatis vbinam primum inſtituti ſint. ibid.
Mori cum Chriſto glorioſius eſt, quàm viuere inter illecebras mundi. 436
Mos eccleſiæ Romanæ eſt, ſacerdoti nouiter cõſtituto formam fidei præſcribere. 345
Moſes principatùm oblatum recuſat. 604
Motus ſtellarum colliguntur aſtrolabio. 80
Mulieres tertiariæ clauſuræ obligantur. 433
Multa ſunt, quæ etſi laicis honori, ſacerdotii tamen dignitati dedecori cedunt, vt ſunt legum ſcientiæ, & artes Phyſicæ. 324.
Munera prima in hæreſes inquirendi ordinis Dominicani patribus conceſſa ſunt. 484

N

NAzareni paruulos ante diem octauum baptizari prohibebant, aliaque deſignabant delira. 177
Neceſſitas obſequendi & exequendi, non auctoritas imperandi, laicis incumbit. 635
Neglectus ordinationis Pii II. detrimentum ſummum Cameræ Apoſtolicæ minatus eſt. 203
Negligentia in paſtoribus eligendis vſitata, eaque damnoſa. 604.
Nemo ad credendum compellendus eſt. 455
Nemo ad dignitates & curas eccleſiaſticas admittendus eſt, examine vitæ, morum & eruditionis non antegreſſo. 593
Nemo ad ſacros ordines admittendus eſt ſine titulo beneficii, penſionis aut patrimonii. 50

Nemo aliis imperare poteſt, qui ſibi ipſi imperare nequit. 33
Nemo gregem ſibi commiſſum per alium paſcere poteſt. 296
Nemo poteſt per alium docere aut curare, niſi velit Doctoris & Medici nomen amittere. ibid.
Nemo poteſt reſiſtere neceſſitatis caſibus. 436
Nemo ſine fide vera ſaluari poteſt. 334
Neophyti à Græca voce νεόφυτον, quaſi plantam dicas nouellá, appellantur. 463
Neophyti ſunt nouitii & rudes adhuc in fide Chriſtiana. ibid.
Nepotes ex hæretico deſcendentes ad officia eccleſiaſtica ſunt inhabiles. 500
Nepotes hæreticorum ad officia eccleſiaſtica aliaſque dignitates admittuntur, ſi hæreſin maiorum non ſequantur. ibid.
Nicephorus patriarcha Conſtantinopolitanus. 344
Nicolaitæ nuptias concedebant ſacerdotibus. 177
Nihil dandum promittendumue beneficiorũ prouiſiones nunciantibus. 612
Nomen paſtoris actionem planè perſonalem ſignificat. 296
Nomina cognationum in matrimoniis contrahendis non cõfundenda. 450
Non audiendi ſunt illi, qui ſymptomata morborum, incantationibus & anilibus nugis vetularum arceri putant. 340
Nonnulli hoc tempore reperiuntur, qui paſtoralis reſidentiæ curam ignaui quadam pertinacia negligunt. 302
Norma legitimè elargiendi indulgentias, & tollendi abuſus quæſtuariorum. 399
Notarii in cauſis tam ciuilibus quàm criminalibus teſtium depoſitiones partibus patefacientes pœna falſi puniendi. 637
Notarius depoſitiones teſtium iudice inſcio temereque effutire non debet. ibid.
Notatio vocis CONCILIVM. 351
Notorium quid ſit expoſuit Bud. 566
Numa Pompilius ethnicæ illius religionis pius cultor, pontifices inſtituit, quibus cura eſſet magiſterii Veſtalium. 401
Nullus ad functiones eccleſiaſticas mittendus eſt prius, quam ſe conſtitutiones papales obſeruaturum iurarit. 620
Nullus pontificum Romanorum diligẽtius curauit clauſuram monialium ipſo ſummo pontifice Pio V. 436
Nundinatio ſacrarum indulgentiarum maximum eccleſiæ damnum attulit. 396

Obe-

O

Obedientia pontifici Romano præſtanda eſt. 333
Obedientia pontifici ſimoniacè electo non debetur. 26
Obligatio iuriſiurandi. 372
Obſeruationes eccleſiaſticæ obſeruandæ ſunt. 332
Obſeruationes quaſdam in beneficiorum impetratione diligẽtiſſime examinauit Menochius. 119
Occaſio hæreſeos omnis ſubtrahenda eſt. 545
Occidens, lege Chriſti occidendus eſt. 579
Occupantes bona eccleſiæ prẹter excommunicationis & interdicti pœnas à beneficiis & priuilegiis arcentur. 177
Occupantes bona naufragata, & nautas impedientes excommunicantur; qui verò iis opitulantur condonatione pontificia remunerantur. 179
Occupatores bonotum eccleſiæ. 177
Occupatores bonorum & redituum eccleſiaſticorum ſub pœna excommunicationis reſtituere debent ſingula ablata & detenta. 186
OEcumenicum Græcis quid ſit. 352
Offendens Cardinalem maieſtatis læſæ ſit reus. 43
Offendens hoſtiliter Cardinalem per ſe vel alium ſit reus læſæ maieſtatis, & punitur. 41
Officium inquiſitorum fidei eſt, animaduertere in maleficos, incantatores, & ſuperſtitionum vanarum obſeruatores. 628
Officium iuſtitiæ commutatiuæ ſub aliqua mediocritate contineri debet. 639
Officium legati quodnam ſit. 72
Officium parochi circa baptiſmum adminiſtrandum. 449
Officium parochorum quodnam olim fuerit. 87
Officium paſtoris perſonaliter, nõ conductis vicarii operis exerceri debet. 299
Officium protonotariorum in principio eccleſiæ primitiuæ à beato Clemente ad ſanctorum martyrum geſta perquirenda atque ſcribenda fuit inſtitutum. 169
Omnes arceantur, demptis Inquiſitoribus generalibus, à lectione ſcriptorum hęreticorum, aut malè de fide orthodoxa ſentientium. 538

Omnia & ſingula, quæ de peccato originali, & de iuſtificatione in ſacroſancta Tridentina ſynodo definita & declarata fuerunt, amplectenda. 333
Omnia per Chriſtum facta ſunt. 332
Omnia probanda ſunt. 532
Omnia quæ eccleſia decernit, integra ſunt. 30
Omnia quæ prælatus vel alius beneficiarius regularis acquirit, monaſterio acquirit vel eccleſiæ, cuius beneficiarius eſt. 313
Opera vnius non eſt opera alterius. 98
Opus ſeruile die dominico faciendum non eſt. 369
Ordinarii prouidere tenentur, ne animæ ipſis commiſſæ per vicarios negligantur. 140
Ordinarii ſynodorum prouincialium in concubinarios publicos animaduertere debent, vt omni fornicationis ſpurcitia in laicis clericiſque extincta legis diuinæ authoritas cuſtodiatur. 642
Ordinarius & inquiſitor in ferenda ſententia & condemnatione contra hæreticum interuenire debet, ne irrita & infirma videatur ſententia. 526
Ordinator ordinato petenti de titulo prouidere tenetur. 52
Ordinatus ad ordines ſacros iuſtè petit titulum ab ordinatore. ibidem.
Ordinis mendicantium cœnobia, monaſteria & prædia à collectis, ſubſidiis & hoſpitiis militum eximuntur. 404
Ordo Auguſtinianorum primum inſtitutus fuiſſe perhibetur ab Auguſtino. 407
Ordo ſine ſacrilegio reiterari nequit. 332
Ornamenta virtutum cuiuſque electioni ſuffragabuntur, non opes & facultates. 605
Orthodoxus à fide catholica deficiens apoſtata fit. 463

P

Papa prædia eccleſiaſtica alienare non poteſt. 69
Papa regulariter non conſueuit laicis penſiones aſſignare, ſed eas clericis paſſim reſeruare. 135
Papa ſolus diſpenſat cum illegitimo, vt ad beneficia ſacroſq; ordines promoueri poſſit. 55
Paria ſunt, forum ſortiri & ſtatutis ligari. 173
Parochi Budæo ſunt eiuſdem phani incolæ. 87

Parochia à parocho nō deſeritur, niſi maxima neceſſitate id exigente. 310
Parochia Budæo locus eſt ſacer, ſiue vicinia ſacra. 87
Parochus vnde nam Ciceroni ſit dictus. 86. 87
Parochialium perpetuo vnitarum piis locis portio aſſignanda vicariis non ſit maior centum nec minor viginti quinq; ſcutorum. 136
Parochus quo modo & quibus baptiſmū adminiſtrare debeat. 449.
Parœcus Græcis quiſnam ſit. 87
Pars Germaniæ magna ſomniis Lutheranicis decepta iamdudū inſanit. 538
Paſtor perſonaliter eccleſiæ præeſſe debet, & cur debeat. 98
Paſtores diuinorum pręceptorum memores, factiq; forma gregis in iudicio ac veritate paſcent ac regent. 302
Paſtores negligentes & deſides interdum præmiis excitādi ſunt. 296.
Patres Dominicani ordinis munera prima habent in hæreticos inquirendi. 484
Patres plagæ vtriuſque, hoc eſt, tam orientalis quàm occidentalis primatum Petri venerati ſunt. 8
Paulus eremita hoc clarus eſt, quod vni tantum loco quaſi affixus fuit. 604
Paulus Grillandus Flagelli hæreticorum auctor. 626
Paulus IIII. ſtatuit debitores obtinentes alternatiuas vel dilationes teneri ferre birretum viride. 256
Pauperies notoria facit vt beneficium ceſſionis bonorum concedatur. 251
Paupertas ſpecies voti monaſtici. 385
Pax. 376
Pecunia in gratiam commercii & negociorum publicorum adiuuenta eſt. 639
Pecunia permutationibus inæqualibus medetur. ibid.
Pecunia res etiam tam ſoli quàm mobiles complectitur. 609
Pecunia vnde vocata ſit pecunia per Plinium explicatum eſt. 639.
Pecuniæ nomem latè ad omnes fortunæ copias extenditur. 609
Penſio beneficium non dicitur. 199
Permutatio beneficiorum quibus indiciis cognoſcatur. 152
Penſio dicta eſt à Pendeo, quòd à beneficio dependeat. 134

Penſio, licet beneficium non ſit, quia tamen è fructibus beneficii extrahitur, ideo ſoluendæ annatæ obnoxia eſt. 199
Penſiones beneficiorum ad annatas ſoluendas non tenentur. ibidem.
Penſiones reſeruari non debent in diminutionem monaſteriorum & eccleſiarum regularium. 134
Peregrinantes beneficio pecuniæ ab alimentorum & commeatus oneribus liberantur. qui prior pecuniæ vſus eſt. 639
Peregrinario ab vno coniugum non ſuſcipitur, niſi altero conſentiente. 309
Peritiores apparatu verborum ab hæreticis capiuntur. 542
Permutatio beneficiorum. 141
Permutatio emptionis & venditionis origo eſt. 639
Permutationes beneficiorum fraudulentæ prohibentur. 150
Perſolutio honorarii magiſtris in doctrina laborantibus debetur. 328
Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. 4
Perſona ſolis ſubſtantiis ratione præditis, non quod ſubſtātiam natura ſua ſignificet perſonæ vocabulum, ſed quia cuiuſq; rei propriæ qualitates notæ ſunt & ſigna, quibus illam ab omnibus aliis diſtinguimus, aſſignatur. 4
Perſonæ eccleſiaſticæ cuiuſcunq; gradus in hæreſin prolapſæ, & à fide deuiæ, omni dignitate & officio priuandæ ſunt. 520
Perſonæ eccleſiaſticæ de bonis eccleſiaſticis teſtari prohibentur. 278
Perſonæ & loca quæ ſunt de foro eccleſiaſtico, ſtatutis laicorū non ſubiiciuntur. 173
Perſonæ excommunicātur, loca interdicto ſupponuntur, quorum conſenſu, fauore & conatu literæ & reſcripta Apoſtolica ſine excommunicatione remanent. 19
Perſonæ quæ officiis publicis addicuntur, nihil, vt ea percipiāt, dabunt, neq; ſuffragiorum occaſione ad ea peruenient. 609
Perſonæ qualitatem & conditionem mentientes vt aliquid facilius conſequantur rei, hoc obliquo tramite aſſecutæ, fructu carebunt. 588
Perſonæ, quarū coniugia irrita ſunt, affinitati ſubiiciūtur. 450
Perſonæ vocabulum licet in ſcriptura non exſtet, ab ea tamen non improbatur. 4
Petens ſequeſtrum, ſi nihil iuris habeat, ſequeſtrum etiam non impetrat. 230

phalanges Imperatorum multæ ad magiſtratū muneribus peruenerunt. 611
piis locis qui teſtandi facultatem non habent prælati iure legati vel donationis decimam tantum partem bonorum relinquere poſſunt. 266
Pii ſecundi in appellantes à ſedis Apoſtolicæ ſententiis ad futurum Conciliū conſtitutio confirmatur & interpretatur. 239
Pius V. hæreticæ prauitatis inquiſitor ſtrenuiſſimus. 526
Pius V. virginem nobiliſſimam quandam petentem ob infirmitatem & aduerſam valetudinem exitum è clauſtro exhortatus eſt, vt ne exiret. 436
Plinius pecuniæ notationem expoſuit. 639
pluralitas epiſcopatuum & beneficiorum improbatur. 101
pneumatomachi profeſſionem ſancti ſpiritus è ſymbolo detrahebant. 177
pœna blaſphemi in dignitate publica conſtituti ſiue clerici ſiue cuiuſcunque non clerici. 559
pœna Cardinalem occidentibus impoſita quæ ſit. 40
pœna decoctorum ſupplicium vltimum. 259
pœna eorum prælatorum, qui ab eccleſia patriarchali, primatiali, metropolitana vel cathedrali ſex pluresue mēſes abfuerint. 303
pœna falſi in iure ciuili eſt vltimum ſupplicium. 597
pœna falſi in laicis & clericis quæ ſit. ibid.
pœna in incantatores frugum lege duodecim tabularū lata. 631
pœna lenonum, ſordidum & turpe lucrum ex proſtitutione virginum corradentium. 640
pœna peierare alium facientis. 376
pœna qua ſecundum conſtitutiones regum Hiſpaniæ blaſphemi afficiendi. 560
pœna monetæ tam aureæ & argenteæ quàm æreæ raſæ tonſæue mors eſt. 639
pœna mortis ſtatuitur in lenones, quæſtum è virginum puerorumq; proſtitutione referentes. 641
pœna ſacrilegi. 193
pœna ſanctionis pragmaticæ ſequacium. 350
pœna ſupplicii vltimi olim in lenones conſtitura nunc in arbitrariam mutata eſt. 641
Pœnæ ambitus ab Vdalr. Zaſio & aliis deſcriptæ. 611
Pœnæ blaſphemorū cuiuſcūq; generis, ordinis & qualitatis. 557

Pœnæ capitales in Iudæos ſancitæ. 472
Pœnæ detinentium bona eccleſiæ Romanæ & palatii Apoſtolici. 188
Pœnæ eorum, qui homicidis fauent. 560.569
Pœnæ eorum qui in ætate legitima religionis votum emittentes a profeſſo vitæ inſtituto deficiunt & ad alios ordines vagantur. 416
Pœnæ eorum, qui libellos famoſos inuẽtos non lacerant, à Menochio deſcriptæ ſunt. 548
Pœnæ eorum qui poſt ordinis ſuſcepti inſtitutum & ſolenne votum emiſſum, ſucceſſuque temporis confirmatum relinquũt regularis vitæ religionem. 423
Pœnæ epiſcoporum non reſidentium in diœceſi ouiliſq; curam negligentium. 290
Pœnæ hæreticorum, ſchiſmaticorum, & eorum qui iſtis fauent. 512.
Pœnæ homicidarum & eorum fautorum. 560
Pœnæ in homicidas conſtitutæ confirmantur. 573
Pœnæ in non ſoluentes annatas conſtitutæ irremiſſibiles. 204
Pœnæ iure ciuili in ambitus reos ſancitæ confirmantur & extẽduntur ad recipientes pecunias & mediatores. 609
Pœnæ reorum homicidii notorii. 572.569
Pœnæ reſcriptorum & mandatorum Apoſtolicorum executionem impedientibus propoſitæ. 13
Pœnæ ſancitæ in maleficos tradũtur C. de malef. & math. & ext. de ſortil. tot. tit. 627
Pœnæ ſimoniacorum ab Hoſtienſi deſcriptæ. 615
Pompa & ſuperbia homine Chriſtiano indigna arcenda eſt. 50
Pompa funebris Cardinalium, quo ſumptu perſolui debeat. ibidem.
Pontifex canonum æquitati morem gerens, ætatem præſcribit eorum, qui ad beneficia & regimina eccleſiaſtica regenda eliguntur. 33
Pontifex hominibus omnibus indulgentias conferre poteſt. 391
Pontifex ipſe legi diuinæ & naturali derogare non poteſt. 616
Pontifex ipſe ſimoniacè beneficia vlli conferre nequit. ibi.
Pontifex ipſe ſimoniacus eſt, ſi ſimoniam commiſerit. ibi.
Pontifex ius libertatis eccleſiaſticæ auctoritate ſua defendit. 169
Pontifex nouus eligendus non eſt, quandiu viuit adhuc vetus. 603.

Ponti-

Pontifex priuilegia & indulta ſcandali ſceleriſque fomitem parientia abolet. 416
Pontifex quàm longiſſimè abeſt à fuco omni, ambitu & pactione ſimoniaca. 31
Pontifex Romanus beati Petri ſucceſſor eſt. 333
Pontifex Romanus Chriſti vicarius eſt. ibid.
Pontifex Romanus in epiſcopos omnes animaduertendi poteſtatem habet. 303
Pontifex ſimoniacè electus ſubditorum obedientiam non meretur. 28
Pontifex ſimoniæ labem permittere, nec vitium culpamue ſſiius remittere poteſt. 616
Pontifex ſummus iuriſdictiones aliorũ impedire & turbare velle præſumendus non eſt. 122
Pontifex ſummus litium inter Cardinales exortarum iudex eſt. 49.
Pontifex vltra Heſperidum inſulas ad trecenteſimã ferè & quadrageſimam leucam ducto à ſeptentrionibus ad polum auſtralem circulo totum terrarum orbem bifariam diuiſit. 80
Pontificem gratiam per mendacium apertum conſequi conatis indulgere quicquam voluiſſe, veriſimile non eſt. 589
Pontifices à Numa Pompilio inſtituti, curam magiſterii Veſtalium geſſerunt. 401
Pontifices ii vocati ſunt, qui ſacra procurabant, quos nec re nec verbo violari licuit. ibid.
Põtifices maximi pro ſuprema poteſtate ſibi in eccleſia vniuerſa tradita, cauſas aliquas criminum grauiores ſuo potuerunt peculiari iudicio reſeruare. 399
Pontifices Romani oderunt religioſos illos, quibus nullum vitæ inſtitutum placet. 423
Pontifices Romani ſæpenumero ſoluerunt eos, quos Concilia ligarunt. 238
Pontifici ſimoniacè electo nemo obedire tenetur, illiuſque authoritati detrahere omnibus licet, & noua electione is è põtificio ſolio deturbandus eſt. 26
Populus ædes illius, quem Pontificem fore ſcit, diripit, & conſuetudine inſolenti violentaque ſpoliat. 40
Portiones vicariis perpetuis ita pingues & opimæ aſſignatæ, vt beneficiis vnitis fructus, & emolumenti nihil accedat nõ valent. 139

Poſſeſſor triennalis nec poſſeſſorio nec petitorio poſſeſſione literis Apoſtolicis confirmata moleſtari debet. 94
Poſteri hæreticorum ſuccedere eis non poſſunt vſque ad progeniem ſecundam. 485
Poteſtas Cardinalium in pontifice nouo eligendo quæ ſit. 28
Poteſtas electi quæ ſit. 24
Poteſtas impertiendarum indulgẽtiarum à Chriſto eccleſiæ relicta. 333
Poteſtas iuriſdictionis ordinariæ. 157
Poteſtas laicis in clericos nulla eſt. ibid.
Poteſtas laicis in clericos prorſus interdicta eſt. 164
Poteſtas pontificis non niſi iure diuino limitatur. 391
Præcepta medico quænam obſeruanda. 340
Præficiendi paſtorarus officio plerunq; non examinãtur. 604
Prælati de bonis eccleſiæ teſtari non poſſunt. 275
Prælati & alii monaſteriorum monialium curam habentes in caſibus tantummodo vrgentis neceſſitatis paruo comitatu ea ingredi permittuntur. 436
Prælati & epiſcopi paruo comitatu & ſenili monaſteria ingredi poſſunt in caſibus duntaxat neceſſitatis. 438
Prælati teſtandi facultatem non habentes locis piis iure legati decimam partem bonorum relinquere poſſunt. 266
Præſcriptio cur introducta ſit. 188
Præſcriptio decennalis ſufficit ad rerum dominium acquirendum. ibid.
Præſcriptio etiam centenaria non ſufficit ad dominium rerum eccleſiaſticarum ſine bona fide acquirendum. ibid.
Præſcriptio ſine bona fide non currit. ibid.
Præſtantiores cauſæ miſeriarum huius ætatis execrandæ ſunt blaſphemiæ, pœnis eo ſeuerius vindicãdæ, quo ſegnius in diuini nominis iniuriam tolerantur. 554
Præſules obſeruare debent ne dignitate muneris nimium ſe extollant, neque difficultate eius deſperent. 605
Prætextus exemptionis & priuilegii occaſio ſcandali eſſe nõ debet. 169
Praxis eccleſiæ antiquæ fuit, vt à Conciliis ad pontificem, non contrà, appellaretur. 244
Princeps, quantumcunque præpotens ſit, legibus propriis priuilegio clericorum obeſſe nequit. 161
Principatus ſacerdotii non carne & ſanguine, ſed electione diuina

uina datur. 604
Principes Chriſtiani taxantur, qui clericis priuilegia auferant. 402.
Principes committentes vel permittentes duellum excommunicantur, fiunt infames, & proſcriptione bonorum multantur. 649
Principes etiam ipſi pœnis latrones recipientium ſubiecti ſunt, ſi & illi tales recipiant. 585
Principes Gotthorum ſalatii tardius perſoluti etiã vſuras Doctoribus deberi imperarunt. 328
Principes occupantes bona eccleſiaſtica & eorum libertati detrahentes, excommunicantur. 184
Principes omnes à temporibus primæuis priuilegio clericorum conſenſerunt. 161
Priuatio non ſoluentibus annatas & excommunicatio metuẽda eſt. 196
Priuilegia conceſſa clericis ad edendas vltimæ voluntatis tabulas non niſi maxima vrgente neceſſitate poſſunt probari. 275.
Priuilegia de cãdidatis recipiendis, ita vt certo pacto ingreſſum & debita alia ſoluant, eccleſiis conceſſa annullantur. 620
Priuilegia & facultates conceſſæ epiſcopis in gratiam paſtoralis reſidentiæ. 292
Priuilegia & indulta facilè abolẽtur quæ ſcandali & ſceleris pariunt fomitem. 416
Priuilegia licet ius legis ſoluant, rationis tamẽ & æquitatis naturalis, qua vitiis & flagitiis reſiſtitur, non euertunt. 177
Priuilegia prælatorum ordine numerata. 296
Priuilegium clericorum generale eſt, nec locorum aut regnorum variis ritibus aut iuriſdictionibus mutari aut labefactari poteſt. 161
Priuilegium fori clericorum eſt de iure diuino, vt in pſalmo 21. Nolite tangere chriſtos meos. ibid.
Pro pecuniario debito, vel cuiuſuis æris crediti quantitate, non poteſt iudex ordinaria vel delegata poteſtate locum vel populum interdicere. 230
Pro præſidio belli ſuſcipiendi aduerſus Turcæ furores, cameræ Apoſtolicæ cenſus alienandi facultas conceditur. 59

Probatio hæreſeos dilucida eſſe debet. 496
Procedi ſolet in ſtrigas & ſortilegos, vt hæreticos vehementer ſuſpectos, quia ea perpetrant, quæ manifeſte ſapiunt hæreſim. 632
Prodere latebras impiorum, & ipſum in eis, cui ſeruiunt, diabolum debellare, pietas eſt magna, 545
Profeſſi vitam regularem proprii nihil habent. 313
Profeſſio votorum. 383
Prohibitio copulæ coniugalis vltra gradum conſanguinitatis extendi non debet. 440.441
Prohibitio vnius tollit omnia, per quæ ad vnum illud perueniri potuiſſet. 613
Promiſſio beneficii facta, vt quis eligatur, eſt ſimoniaca. 148
Promiſſio, quæ ſcelere adimpletur, impia eſt. 376
Promouendi ad beneficia & dignitates eccleſiaſticas, cuiuſcunque ordinis & inſtituti, fidei profeſſionem è præſcripta forma cum ſolenni iuramento profiteri debent. 9
Promouens indignum ad beneficium aliquod puniendus eſt. 86.
Proprietas apud clericum poſt mortem eius inuenta, vnà cum ipſo, in ſignum perditionis, extra monaſterium in ſterquilinium defodienda eſt. 385
Proprium incantatorum & ſortilegorum eſt, deuorare infantes, &c. 630.
Propter pecuniarum debitum, ciuitas, prouincia, & loci publici non poſſunt interdicto ſupponi. 232
Πρόσωπον vultus eſt. & quia vultus index eſt hominis, πρόσωπον etiam homo eſt. 4
Prouiſi de beneficiis reſeruatis ſedi Apoſtolicæ, eiuſdem auctoritate inſcia pro malæfidei poſſeſſoribus habentur. 131
Prouiſiones beneficiorum ſine vllo precio denunciandæ ſunt. 613.
Prouocans aliquem ad falſo iurandum quantopere peccet. 376
Prouocantes a Pontifice ad Concilium in bulla cœnæ dominicæ excommunicantur. 244
Prudentia requirit experientiam. 33
Publicæ honeſtatis, quæ ex ſponſalibus contrahitur, impedimenti nullus aut parum frequens eſt vſus. quoniam ſponſalia de futuro quam rariſſime fiunt, longeque maior eſt prohibitio-

hibitionis ratio in matrimonio per verba de præſenti contracto, quàm in ſponſalibus de futuro. 441
Publicatio beneficii in frequentiore populi conuentu, vbi beneficium conſiſtit, fieri debet. 145
Pueri Iudæorum inuitis & reclamantibus parentibus non debent baptizari. 455
Pugna Chriſtianorum cum Turcis celeberrima. 372
Pugnantes in duello, & duellum permittentes, quacunque cauſa etiam iure probata, excommunicantur, eiſque ſepultura in loco ſacro denegatur. 646
Purgatio calcei & ſimilia die dominico facta, nullius momenti putantur. 369
Purgatorium eſſe catholici credunt conſtantiſſimè. 333
Puritas loca Deo conſecrata maxime decet. 55

Q

QVa ætate maturi eſſe debeant, qui præſunt monaſteriis monialium, aut illis ſacramenta adminiſtrant. 438
Quæ animæ iacturam cauſantur, animo iniquo meritò feruntur. 340
Quæ beneficiarii habent, empta ad donandum eccleſiæ alicui diuerſæ à ſua, ea donare poſſunt per teſtamentum vel alio modo. 322
Quæ contra bonos mores fiunt, irrita ſunt & illicita. 375
Quæ in Conciliis decernuntur, pro firmiſſimis habenda ſunt. 357.
Quæ in bona fortunæ fiunt, patienter ferri poſſunt. 340
Quæ in decretis Conciliorum minus clara ſunt, Pōtificis ſolius interpretatione illuſtrantur. 352
Quæ in ſacerdote ordinando requirantur. 88
Quæ requirantur ad hęreſin conuincendam. 496
Quæ ſpiritualibus ſunt annexa antecedenter, abſq; ſimonia vēdi poſſunt, ſi nihil plus capiatur ratione conſecrationis. 617
Quæ ſunt in Conciliis œcumenicis reſoluta & decreta non debent humana opinione impugnari. 545
Quæ viris ętate moribuſque grauibus debentur, pueris ſępenumero conceduntur. 110
Quædam vix æſtimantur, niſi ratione eius quod ſpirituale eſt. 617.

Quæſtio

Quæſtio celeberrima, vtrum fiſcus, an hæredes hæreticorum bona accipiant. 484.485
Quæſtor quis iure canonico, quis item iure ciuili ſit. 396
Qualitas non patrocinatur crimini quo mitius puniatur. 193
Qualitas ordinandorum. 50
Qualitas teſtis omni exceptione maior eſt, quoties agitur de inquiſitione hæreſis. 508
Qualitates gradus cõſanguinitatis remotiores & propinquiores in diſpenſationibus exponendæ ſunt. 447
Quamuis ſimonia ſit, clericos aliquid pro funeribus exigere, poſſunt tamen ſine ſcandalo pro ſuſtentatione paciſci. 617
Quando conſtituatur vicarius perpetuus. 140
Quatenus à iure antiquo recedendum non ſit. 322
Qui à Pontifice ad Concilium prouocant, ſchiſmatis & hæreſis rei habendi ſunt. 244
Qui à voti ſolutione eximi poſſit. 392
Qui aduerſus eccleſiæ Romanæ ritum, Græcorum ſequitur in celebrando Miſſæ ſacrificio conſuetudinem, graui reatu ſeſe obſtringit. 365
Qui apoſtatam præſentat ad beneficium, patronatus iure præſentandi priuatur. 216.217
Qui beneficia à ſummo Pontifice impetrant, annatam ſoluere tenentur. 198
Qui beneficium poſſidet, cui paſtoralis reſidentiæ cura innixa eſt, ab ea tamen per ſeptẽnium poterit ſolui literarum & ſtudiorum fauore. 298
Qui bona cultui diuino dicata occupat, vel occupata tuetur, fur & ſacrilegus eſt. 317
Qui bona Deo dicata occupat & retinet fur & ſacrilegus nõ eſſet, niſi bona iſta iure ad eccleſiam pertinerent. 317
Qui bona mente, non curioſo rerum nouarum ſtudio, librorum hæreticorum lectioni ſe vouet, vt eius opera & argumentis conuellantur inſana eorum delitia, ſimilis eſſe videtur Phineæ, qui non meretricia libidine ſuccẽſus intrauit lupanar, vt ſcortatorem Iſraelitam interficeret. 532
Qui Cardinalem offendit maieſtatis læſæ ſit reus. 43
Qui cum maſculis libidinem nefariam exercent, gladio puniẽdi ſunt. 290
Qui diſciplinæ regularis inſtitutum profeſſus eſt ſemel, perpetuo eidem obligatus manet. 383

Qui

Qui eccleſiæ ſuæ non adeſt, nec prouidè laborat, fructus omnino colligere non debet. 299
Qui emunt dignitates, eas reuendere coguntur. 611
Qui ex Iudaica, Mahumetica vel ethnica lege ad Chriſtianiſmum conuerſus eſt, & baptiſmate ſacro lotus, cum iis, quos antea vel parentes vel familiares habuit, licite conuerſari nequit. 464
Qui exercet munus in electione collatum ante confirmationē, iure ſuo priuatur. 36
Qui facinori manifeſto non obuiat ſocietatis occultæ ſuſpitione non caret. 545
Qui familiaritatis priuilegio vota ſua pro adipiſcendis tramite faciliore beneficiis in curia Romana firmari poſtulant, illis expedit, vt exprimant non tantum quod Cardinalis alicuius familiares fuerint, ſed & nomen Cardinalis ipſius ne reticeant. 589.590
Qui inceſtas nuptias ambiunt, pœnis adulterii puniuntur. 446.
Qui intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerit, ſpe diſpenſationis conſequendæ carere debet. 448
Qui librorum hæreticorum pruritu auidius titillantur, facilè eorum contagione vitioſi & inſani euadunt. 538
Qui libros hæreſis, aut falſi cuiuſcunq; dogmatis legerit, excōmunicatur. 542
Qui malum carmen incantauit, frugeſque incantarit, coercendus eſt. 631
Qui mortem, dum poteſt, non amolitur, is infert eandem. 545.
Qui nomina aut familiaritatem Cardinalium mentiuntur, vt facilius obtineant gratiam, excommunicati eis adeptis non fruentur. 589
Qui non laborabit, non manducabit. 299
Qui paſtoris, non mercenarii officio funguntur, ſolius ſalutis & debiti muneris memores ea exequuntur libere, quæ ſuarū ſunt partium. 296
Qui per alios facit, & negotium aliquod exequitur, per ſeipſum facere videtur. 379

Qui per ſex menſes ab obtento beneficio, vel quamlibet eorum partem, officium non dixit, ſolum tenetur ad reſtitutionem pro rata; elapſo verò ſemeſtri, ſi poſt admonitionem in quindecim diebus bis non orauerit, beneficio priuandus eſt. 153

Qui perſonis interpoſitis beneficiorum prouiſionem venantur aut ſeipſos in canonico examine offerũt, quo alterius ignorantiæ & imperitiæ fucum præbeant, falſumq; tueantur, excommunicandi ſunt. 590

Qui pontificatum ante ſedem vacantem venatus & adeptus eſt, excommunicandus & a dignitatibus omnibus abdicandus eſt. 597

Qui publica officia mercantur pretio, ea ſine grauis & ſauciæ conſcientiæ vulnere retinere non poſſunt. 609

Qui quid è naufragio diripuerunt officio iudicis coercendi ſunt. 280

Qui rei ſunt ambitus, & precio mercantur, quod dignitate præſtare non poſſunt, ad officia admitti non debent. 605

Qui res & arma cuiuſcunque generis in ſubſidium Sarracenorum aut infidelium porrigunt, & ad exteros in detrimentum Chriſtianæ reipublicæ deferunt, Concilii Lateranenſis decreto excommunicati ſunt ipſo iure, & fiunt ſerui capiẽtium, & bonorum omnium amiſſione mulctantur. 478

Qui res ſacras dilapidant, verè ſalutis immemores ſunt. 553

Qui retinent aut poſſident beneficia eccleſiaſtica priuſquam Apoſtolicis literis ius poſſeſſionis probetur, beneficiis illis priuantur, & ad alia obtinenda perpetuo fiunt inhabiles. 91

Qui ſcienter & iniuriæ conſcius eligit minus dignum, electionis iure priuari debet. 89

Qui ſcripta Arrii celauerit, nec igni iniicienda curauerit, mortis ſupplicio afficiendus eſſe cenſetur. 539

Qui ſpe obtinendæ diſpenſationis matrimonium contrahunt in gradibus prohibitis, in poſterum pontificia gratia per huiuſmodi diſpenſationes non gaudebũt, etiamſi ex copula ſequuta ſit proles. 439

Qui tangit picem coinquinatur ab ipſa. 538

Qui teſtari non poſſint. 269

Qui vel perſonas vel nomina mutant, vt facilius aliquid extorqueant potius quam impetrent, videntur profecto rei falſi. 593.

Qui, vt gratis expediantur, beneficii diplomate emendicato

fauore

ſauore illudunt mentem concedentis, veluti impoſtores, excommunicantur ipſo iure. 590
Quicquid à Concilio œcumenico proficiſcitur à ſpiritu ſancto proficiſcitur. 357
Quicquid annatim præſtatur in quantitate vel ſumma, poteſt dici cenſus. 266
Quicquid datur quod Chriſti & eccleſiæ lucrum non ſapiat, ſimoniacum ſit. 620
Quicunque non vocatus impudens ſacerdotii honorem vſurpat, in tenebras extruditur exteriores. 603
Quid agendum vt matrimonii diſpenſatio obtineatur. 446
Quinam facilè decipiantur. 538
Quis damnum à latronibus viatori illatum præſtare teneatur. 586.
Quis faciat lenocinium. 641
Quiſquis per pecuniam ordinatur, ad hoc, vt hæreticus fiat, ordinatur. 26
Quod de iure ab initio non conſiſtit, id temporis tractu non confirmatur. 104
Quod incautè votum eſt, faciendum non eſt. 376
Quod licitum non expedit, illicitum putandum. 69
Quod ſæpius cauetur, magis timetur. 637
Quod ſemel placuit, apud Pontificem lex eſt. 126
Quoties de crimine cognoſci poteſt poſt mortē, eo caſu debent bona peruenire ad fiſcum omnibus aliis exeluſis. 486
Quoties in atrociſſimis delictis repellit lex a ſuccedendo ob vitium parentū, &c. eo caſu excluduntur agnati & cognati. 485
Quoties propter delictū quis impeditur teſtari, eo caſu ipſi ſuccedit fiſcus. 486
Quoties repelluntur à ſuccedēdo filii propter delictum patris, toties vocantur agnati & cognati. 485

R

RAſura monetæ qualiſcunque ſupplicio mortis expianda eſt. 639
Ratio, dogmatum legitimorum ab adulterinis diſcernendorum, in Papatu. 344
Reatus ſufficiens impedimentum parit delinquenti vt beneficio literarum dilatoriarum non vtatur. 260
Receptiones monialium ad ordinē, obligatione clauſuræ violata, irritatæ ſunt. 429

Recitatio horarum canonicarum neglecta, clericum reddit fructuum perceptorum omiſſionis tempore reſtitutioni obnoxium. 153
Recognitio librorũ impuræ & hæreticæ doctrinæ ſuſcepta. 541
Reconciliationes fallaces inter inimicos (quas treugas vocant) atrocioris iniuriæ parentes damnantur. 379
Rector eccleſiæ non debet conductitiis presbyteris eccleſiæ curam committere. 299
Regiones ab ora Mauritaniæ continentes vltra æquatorem extenduntur. 80
Regnum Chriſti finem non habet. 332
Regulares extra clauſtra vagantes. 416
Regulares non poſſunt audire confeſſiones ſecularium, niſi approbatione & indulto ordinariorum. 425
Regulares teſtari non queunt. 275
Regularis a ſuperioribus religionis ſuę teſtimonium habere tenetur prius, quam ad eccleſiam cathedralẽ promoueatur. 327
Rei confeſſi à vinculis carceris non ſunt ſoluendi, niſi executionis ſententiæ paruerint. 220
Rei homicidii notorii quibus pœnis ſubiiciantur. 572
Rei periurii & falſi, qui habeantur. 635
Rei ſunt ſacrilegii, qui res ſacras è templis ſurripiunt, vt eas ad vſus prophanos conuertant. 550
Relapſus dicitur, qui in hæreſin abiuratam vel in aliam iterum labitur. 506
Religio antiqua ſemper & ſolennis fuit feſtorũ dierum in Chriſti eccleſia. 366
Religio Conciliorum œcumenicorum quanta ſit. 351
Reliquiæ ſanctorum. 366
Res Chriſti & pauperum ſæpius ab indignis decoquitur. 104
Res diuino cultui dicatæ eximuntur a nomine & iure ſpoliorum. 317
Res diuino cultui dicatæ non teſtamento, non donatione, vel pacto vllo alio in vſus prophanos reſignari poſſunt. ibid.
Res quæcunque, bonorum mobilium ſiue immobilium, poſt obitum prælatorum, & quarumcunque perſonarum eccleſiaſticarum, extra vrbem Romam decedentium, relictæ, pertinent ad Cameram Apoſtolicam. 321
Reſcriptorum & mandatorum Apoſtolicorum executionẽ impedientes, pœnis quibuſdam certis coercendi ſunt. 13

Reſerua-

Reſcriptum duplex eſt. 15
Reſeruationes Pontificiæ odioſæ ſunt multis. 122
Reſeruationes quando ceperint. ibid.
Reſidentia iure diuino & humano mandata. 296.302
Reſidentia paſtoralis commendatur. 292
Reſignare & conſenſum ad reſignandũ præſtare paria ſunt. 150
Reſignatio beneficii legitima omnem temporis, perſonarũ dolum excludens, certo dierum ſpatio ante obitum firmari debet. 141
Reſignatio beneficii, quam factam mors ſequitur, tanquã fraudulenta & præſumptione fraudis grauata, non ſubſiſtit. 142
Reſignationes beneficiorum reciprocæ fraudulenter factæ improbantur. 55
Reſignationes & iurium conceſſiones intra quod tempus publicari debeant. 142
Reſignationes legitimis de cauſis tantum admittendæ ſunt. 145
Reſponſa à dæmonibus non ſunt expectanda. 622
Reſponſiones reorum publicandæ non ſunt. 637
Reſpublica Chriſtianorum tota eccleſiæ Romanæ ſuppetiis iuuatur. 196
Reſpublica impetu Turcico concutitur. 64
Reſpublica Veneta, ob occupata per tyrannidem bona eccleſię, excommunicata eſt. 243
Reſpublicæ in manu magiſtratus ſunt. 5?7
Reſtitutio fructuum beneficii. 152
Reſurrectio carnis expectatur à Chriſtianis. 332
Reus eſt furti, qui, dum poteſt, furtum non prohibet. 585
Reus homicidii in carcere conſtitutus non audiendus, nec prius ad locum cædis remittendus, quàm hæredum occiſi iuri ſatisfecerit. 574
Reus eſt homicidii, qui homicidium non coercet. 585
Reus eſt incendii, qui ignem non reſtinguit, dum poteſt. ibi.
Ritus in ſacramentorum adminiſtratione à catholicis obſeruari ſoliti, ſunt recipiendi. 332
Rudimenta eccleſiæ primæ Romanæ in quo iacta fuerint. 345

S

Sabbathum Iudæorum nobis Chriſtianis dies eſt dominicus. 368

Sacerdos quilibet iure diuino habet authoritatem abſoluendi, ſed iure eccleſiaſtico ſuſpenditur. [illegible]9

Sacerdotes, à ſubdiacono vſq; epiſcopum, nulli in eccleſia Romana licentiam habent coniugium ſortiendi. 3[illegible]

Sacerdotes ab oneribus popularibus immunes ſunt. 4[illegible]

Sacerdotia reſignanda deponi debent venia ordinarii epiſcopi 148.

Sacramenta legis nouæ à Chriſto inſtituta verè ſeptem creduntur à catholicis. 332

Sacramenta, licet non omnia, ſingulis hominibus ad ſalutẽ neceſſaria ſunt. ibid.

Sacræ ſupellectilis ornamenta non veniunt ſub nomine ſpoliorum, pertinentium ad Cameram Apoſtolicam. 313

Sacrificium Miſſæ in azymis celebrandum eſt. 365

Sacrificium propitiatorium pro viuis & defunctis in Miſſa Deo vere offerri credunt catholici. 333

Sacrilegium crimen eſt maximè deteſtandum. 553

Sacrilegium quid ſit. 552

Sacrilegus puniendus eſt. 193

Sacroſancta generalis ſynodus Tridẽtina explicatam fidei profeſſionem ab omnibus in gradu eccleſiaſtico conſtitutis fieri iubet. 344

Salii Romanorum. 4[illegible]1

Saluus conductus hac ratione conceditur bannitis, vt ipſis tutius venire valentibus ad teſtimonium dicendum, ad Principem vel iudicem incerta veritas eluceſcat, &c. 564

Saluus conductus homicidis non eſt dandus. 562

Sanctificatio exigit, vt ceſſetur ab operibus eccleſiæ præcepto vetitis. 367

Sancti vnà cum Chriſto regnantes inuocandi & venerãdi ſunt 333.

Sanctio pragmatica vbi edita, publicata & probata fuerit. 350

Sanctiones variæ in presbyterorum laſciuiam & libidinẽ a Põtificibus ſummis editæ ſunt. 287

Sanctitas loca Deo conſecrata maximè decet. 51.3[illegible]0

Sanguis ouium à lupis deuoratarum requiretur de manibus paſtorum poſtremi diei tempore. 3[illegible]2

Saraceni vnde reuera ſint appellati. 4[illegible]8

Satanas & ſimplices & doctos homines decipere conatur. 545

Scelera Friderici II. apud D. Antoninum commemorantur. 484

Schiſ-

Schiſmatici & hæretici diſcordant. 489
Scripta Arriana ad ignem condemnantur. 539
Scriptura de barba non alenda allegata. 284
Scripta hæreticorum cum hæreticis ipſis comburenda ſunt. 539
Scriptura ſacra admittitur à catholicis ſecundum intellectum matris eorum quæ eſt eccleſia ſancta Romana. 332
Scriptura ſacra ſecundum interpretationem eccleſiæ Romanæ accipienda eſt. ibip.
Seculares hæredē eligere & inſtituere pro mentis arbitrio queunt, vt eorum bonis propriis, & intuitu perſonæ eius acquiſitis hæres ille gaudeat & tutò fruatur. 275
Seculum præſens in perſonis ad gradus tam ſpirituales quàm mundanos pro muneribus promouēdis corruptiſſimum eſt. 613.
Semina veteris illius & innati amoris hodie nulla ſuperſunt. 649
Semel affectum perpetuo manet affectum. 122
Sententia, hæreticos rationibus non armis vincendos eſſe, de quibus hæreticis per ſanctum Bernhardum intellecta ſit. 72
Sententia ſequeſtri exequutoria eſt. 230
Sententiæ declaratoriæ, in reorum hæreſis fauorem latæ cōtra iuriſdictionem & ſtylum officii inquiſitionis, nunquam trāſeunt in rem iudicatam. 521
Sepultura eccleſiaſtica interdicta quid interdictum contineat. 234.
Sepultura in loco ſacro in duello pugnantibus, & duellū quacunque cauſa etiam iure probata permittentibus, deneganda eſt 646
Sequeſter à depoſitario ſimplici differt. 232
Sequeſtrum concedi non debet, niſi ius petentis appareat. 229
Sequeſtrum quando fiat. 232
Sergius Galba non poſtulantibus aut ambientibus, ſed negligētibus & recuſantibus, ſummos honorum & magiſtratus titulos credidit. 611
Seueriani maledictam dicebant legem Moſis. 177
Seuerus dignitates & magiſtratus vendere ſeſe nolle dicere conſueuit. ibid.
Si forma non fuerit in ſequeſtratione ſeruata, per appellationē ſuccurritur. 230
Seruatò vero ordine formæ præſcriptæ non appellatur. ibid.
Si quis ſanus reſignet, & poſt datam reſignationis ſupplicationē in in-

in infirmitatem incidens conſentiat, niſi vixerit dies viginti, numerandos à die conſenſus huiuſmodi, beneficium vacabit per obitum. 150
Sicarii non ſunt excipiendi hoſpitio. 573
Significatio Notorii quæ ſit. 566
Simonia ambitionis comes eſt. 603
Simonia commiſſa intelligi debet, etſi is, qui beneficium ſimoniacè accepit, eo priuatus ſit. 616
Simonia committitur tam per dantes quàm per accipiẽtes, tam per agentes quàm per conſentientes. 30
Simonia eſt vel mentalis vel realis. 614
Simonia honores immeritos, & quibus clientes ſuos indignos eſſe nouit, precio mercatur, nec eos per oſtium, vt miniſtros; ſed, vt fures & latrones, per nefarios & obliquos calles promouet. 603
Simonia omnis in beneficiis conferendis vitanda. 614. 615
Simonia quomodo contrahatur. 614
Simonia ſcelus execrabile, & decretis tum Pontificũ tum Conciliorum improbatum eſt. ibid.
Simonia ſtatutis Concilii Triden. radicitus euelli iubetur. 617
Simonia venditione ſpiritualibus annexorum nulla committitur. ibid.
Simoniacæ electionis conſcii, proxenetæ & mediatores, ad inſtar reorum maieſtatis pœnis ſubiiciuntur, actiuis & paſſiuis. Cardinalibus verò nouum Pontificem eligendi æquiore tramite conceditur poteſtas. 28
Simoniacus dicitur hæreticus. 26
Simoniacus ex hoc, quod impreciabile licetur, de eccleſiæ ſanctitate malè ſentire videtur. 26
Simoniacus fructus ſuos non facit. ibid.
Simoniacus tam realis quàm mentalis iuris Pontificii æquitate beneficio priuatur. ibid.
Singula, quæ Principem a conceſſione gratiæ auertere poſſent, in eam petendo exprimenda ſunt. 596
Socii & participes criminis, in hæreſi & ſimoniaca prauitate poſſunt ferre teſtimonium. 604
Sodomitæ vnde appellentur. 290
Sol iuſtitiæ verus, tenebris mortis & peccati fuſis & diſcuſſis, veteri humani generis hoſte triumphauit. [illegible]
Sol ob oculum luſcioſum damnandus non eſt. [illegible]

Sophronius Hieroſolymitanus. 344
Sortilegi grandines & auras æſtiuas, famemq; excitare ſolét. 630
Sortilegi iuriſdictione inquiſitorum pœnis iure ſancitis plecti debent. 624
Sortilegium, hæreſim manifeſtam nõ ſapiens, in laicis pœnitẽtia dierum quadraginta expiatur. 635
Sortilegium, quod de iure ciuili maleficium appellatur, manifeſtam hæreſim ſapiens, vt crimen hæreſis punitur. ibid.
Sortiri forum, & ſtatutis ligari, paria ſunt. 173
Spatium ſemeſtre conceſſum Pii IIII. decreto contumacibus ad exprimendas cauſæ defenſiones, ad annum extenditur & prorogatur, ita tamen, vt ſponte cõparentibus duntaxat, non captis, infra annum faueat & patrocinetur. 224
Species cambii ſecundum quoſdam quinque ſunt, ſecundum quoſdam ſeptem. 262
Species mediorum beneficia conſequendi proponuntur. 620
Species ſacramenti vna ſufficit catholicis ad Chriſtum totum participandum. 333
Spectacula ferocia & cruenta quæcunque, in quibus tauri, ſæuioreſque feræ aliæ introducuntur, prohibenda ſunt. 651. 652
Spectacula, in quibus vel gladiatorio certamine, vel ferarũ dentibus multi dilaniarentur, a Pio V. iure cruenta & turpia vocata ſunt. 654
Spectatores duellorum excommunicatione & pecuniaria mulcta plectendi ſunt. 649
Spiritualia iure naturali diuinoque vendi non poſſunt. 616
Spiritus blaſphemiæ ad odium Dei ſpirat. 560
Spiritus Dei ad amorem Dei ſpirat. ibi.
Spiritus ſanctus cum patre filioque ſimul adoratur & glorificatur. 332
Spiritus ſanctus dominus eſt viuificans, ex patre filioque procedens. ibid.
Spiritus ſanctus loquutus eſt per Prophetas. ibid.
Spolia eccleſiaſticorum non ſolum Italiæ, verum etiam aliarum prouinciarum, fuiſſe ac eſſe reſeruata Papæ, quo modo confirmetur. 322
Spolia perſonarum eccleſiaſticarum inteſtato decedentium vtrum Papæ debeantur. 312
Sponſalia conditionalia honeſtatem publicam non inducunt ante conditionis euentum. 442

Sponſalia pura & certa, & ex conſenſu valida, inducunt honeſtatem publicam. ibid.
Spurii ab officiis, quibus patres eorum olim præfuerunt, arcentur. 55
Status democraticus in honore ſummo habitus eſt. 401
Statuta & ordinationes, quæ fiunt in iniuriam executionis reſcriptorum & literarum Apoſtolicarum, nullius ſunt vigoris aut roboris. 15
Statutum ordinarii auctoritati Pontificis maximi detrahit. 18.
Stylus curiæ Romanæ quanti fiat à catholicis. 135
Studium in hæretici condemnatione adhibendum eſt. 496
Studium regionum ignotarum perueſtigandarum mirum. 81
Suaſores alienationis bonorum eccleſiaſticorum excommunicandi ſunt. 68
Subditi eius, qui ſimoniacè electus eſt, ab omni obedientiæ vinculo ſoluti ſunt. 28
Subſidium charitatiuum ad ſubuentionem Papæ & Cardinalium indigentium introductum eſt. 212
Subſtantia panis euchariſtici mutatur in corpus Chriſti. 333
Succeſſor poteſt reuocare malè alienata. 68
Succubi. 631
Suffragia appellationum in cauſis maleficiorum, niſi multę pecuniariæ ſumma depoſita, non admittuntur. 249
Suffragia appellationum propenſiores faciunt ad lites animos, & ad flagitia audenda, cum ſententiæ prorogantur & indeciſæ remanent. 249
Summi Pontificis authoritas ſupra Concilium eſſe multis exemplis & pragmaticæ ſanctionis in Concilio Baſilienſi decretæ abolitione probatur. 341
Suppetiæ Saracenis ferendæ non ſunt. 478
Supplicium hæreticorum quodnam hodie ſit. 521
Suppoſitum non tantum eſſentiam indiuiduam, ſed eandem quoque per ſeſe cohærentem atque conſtantem deſignat. 4.
Suppoſitum ſolis ſubſtantiis, & eiſdem tam animatis quàm inanimatis competit. ibid.
Suſceptio & numerus puellarum monialium ex reditibus monaſterii pendi debet, ne penuria grauetur. 433

Suſpitio leuis,ponderis eſt leuiſſimi in criminalibus. 489
Symbola præter Apoſtolicum quatuor alia ſunt. 12.13
Symbolum Athanaſianum fidei orthodoxę columen à Nazianzeno vocatum eſt. ibid.
Synodi cùm aliæ omnes, tum Tridentina à catholicis approbantur. 333
Synodus Tridentina petit à Pio quarto, vt quæ ſpiritus ſancti auſpiciis ſanxerat obſcurius,auctoritate ſua Apoſtolica confirmet. 352

T

Tabernarii de genere latronum ſunt. 324
Temeratores nuptiarum alienarum gladio puniẽdi ſunt. 290.
Templa cur Græcis σεμνεῖα ſint dicta. 363
Templa deambulationis & geſtus inhoneſti loca non ſunt. ibidem.
Templa inter Græcos quantumuis inter ſe belligerantes tuta fuerunt. 353
Templa Latinorum à Græcis clauſa. 177
Tempus appellationis proſequendæ nõ poteſt de conſenſu partium,etiam expreſſo,prorogari. 246
Tempus celebrando ſacro Miſſæ ſacrificio deſtinatum ex eccleſiæ authoritate ab initio auroræ vſque meridiem circumſcribitur. 360
Tentatio Dei tanquam ſoror germana iungitur blaſphemiæ. 557.
Terra ſacerdotum ſub tyrannide Pharaonis libera, & à miſera totius regni ſorte immunis fuit. 402
Tertia declaratio circa impedimenta cognationis aut affinitatis ex fornicatione. 453
Teſtamenta. 266
Teſtamenta & donationes acquiſitorum ex bonis eccleſiæ in fauorem illegitimorum, etiam legitimatorum, non tamen hoſpitalibus expoſitorum & orphanorum, infirmãtur & annullantur. 270
Teſtes ſingulares regulariter non probant. 111
Teſtimonium ſingulare ad abuſus confidentiarum probandos valere & prodeſſe iubet Pontifex. ibid.

Thalmud à quibus compoſitum ſit. 519
Thalmud duplex certis & temporibus & argumentis diſtinctū. ibidem.
Thalmud Hebræorum vtrunque portentis,commentis,& blaſphemiis in Chriſtum & fidem Chriſtianam multis refertum, damnatur. 526
Thalmud quatenus reiiciatur,& quatenus recipiatur. 528
Thalmud ſignificat doctrinam. 529
Theodoretus Epiſcopus Cypri appellauit à Concilio Epheſino II.ad Leonem Papam. 244
Thorus immaculatus eſſe debet. 288
Tonſores aureæ argēteæq; monetæ pœna ſupplicii vltimi ſunt afficiendi. 637
Tonſura clericis diligenter obſeruanda eſt. 162
Tonſura clericum à peccato, quantumcunque graui, excuſat, ibidem.
Tonſura monetæ ſupplicio mortis punitur. 639
Trinitatem perſonarum in vnitate ſubſtantiæ,Chriſti diuinitatem eiuſque de Spiritu ſancto in vtero virginis Mariæ conceptionem profitetur fides catholica. 1
Tractare de electione Pontificis, Pontifice adhuc viuente,monopolium eſt prohibitum. 613
Traditiones eccleſiaſticas firmiter teneri debere volunt catholici. 332
Treuga. 376
Turci à Chriſtianis deuicti. 372
Turcus occupata Pannonia excidium non ſolum Italiæ verum etiam toti Europæ minatur. 64
Typi legis veteris euacuati ſunt per legem nouam. 367

V

VAcare clericum negotiis ſecularibus turpe eſt. 324
Valeſii hoſpites ſuos caſtratos ad Epiſcopatum promouebant. 177
Veneratio ſanctorum. 366
Veſpaſianus, extincto Iulio Cæſare, ſenatores abortiuos vulgo nuncupatos perperam electos inſtituit. 631
Verba per quæ electus conſentire debeat,qualia ſint. 93
Veritas rei geſtæ in diſpenſationum & aliarum gratiarum impetra-

petratione retecta, pœna falſi damnat impetrantes. 386
Via, ne quis hæreticorum librorum veneno inficiatur, ineūda, lectionis eorum prohibitio eſt. 539
Via, qua ſibi is, qui falſa narrando gratiam impetrauit, conſulere queat, quænam ſit. 596
Via rebuſpublicis conſulendi optima eſt, inde malos arcere. 587.
Vicarius perpetuus quando conſtituatur. 140
Victoria à Turcis per Chriſtianos reportata celeberrima. 372
Vinum in vſu euchariſtiæ mutatur in ſanguinem Chriſti. 333
Vir & fœmina fornicantes caro vna efficiuntur. 454
Viri ſanguinum & Deo & hominibus exoſi ſunt. 567
Vis controuerſiarum in teſtibus & probationibus conſiſtir. 637.
Vis, vt credat, nemini inferenda eſt. 455
Vita ſeculi venturi ſperatur & creditur à fidelibus. 332
Vitia libidinis, crudelitatis & alia, per oculos, tanquam feneſtras, in animos illabuntur. 654
Vitia priſcis ſeculis ignota, hæc ætas parit. 550
Vitium ſimoniæ per quæ inducatur. 617
Vituperatio auctoris incerti legitima non eſt. 548
Vltio mortis Chriſti Iudæos ita perſequitur, vrget, premitque in omni orbe, miſerrimum vbique terrarum perpeſſos exilium, duriſſimamque ſeruitutem, vt nullo tempore, nulloq; loco eos conſiſtere, & à tantis malis vel ad punctum temporis reſpirare ſinat. 476
Vmbræ legis veteris per rem legis nouæ euacuatæ ſunt. 367.
Vnio beneficiorum. 136
Vnio beneficiorum in dubio præſumitur facta contemplatione eccleſiæ. 140
Vnio beneficiorum perpetua eſt, quando exprimitur vt perpetuo duret. ibid.
Vnio temporalis beneficiorum quid ſit. ibid.
Vniones beneficiorum fiunt vel ad tempus vel in perpetuum. ibidem.
Vniones beneficiorum ſine cauſa factæ videntur eſſe ſurreptitiæ. ibidem

niuerſitas

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Vniuerſitas in vnoquoque caſu punitur, quando maleuolentia notoria receptat latrones famoſos. 1[illegible]5
Voluntates vltimæ. 2[illegible]6
Vota. 383
Vota quædam Pontificis ſummi auctoritati reſeruata ſunt. 392
Vſus indulgentiarum populo Chriſtiano ſalutaris eſt. 333
Vſus negotiationis omnis quæſtuariæ & ſordidę interdictus eſt. 324.
Vſus pecuniæ ab Ariſtotele ethicorum quinto monſtratus eſt. 639.
Vſus pecuniæ Ariſtoteli ratione iuſtitiæ commutatiuæ in duobus conſiſtit. ibid.
Vſus pecuniæ in gratiam commercii negociorumque publicorum adinuentus eſt. ibid.
Vſus penſionis in beneficiis monaſteriorum non conceditur. 134.
Vſusfructus à proprietate extrahitur. ibid.
Vt moniales abdicentur & ſepaſētur ab omnibus ſecularis ſpurcitiæ conſpectibus & laſciuiis, interdicitur eis exeundi facultas è ſeptis monaſterii. 436
Vtrum filius emancipatus teneatur de delicto patris. 4[illegible]9
Vulpes ſunt hæretici. 5[illegible]0
Vxor a viro non derelinquitur, niſi ipſa vel conſentiat vel mereatur. 309
Vxor procreandæ ſobolis cauſa adſciſcitur. 288

Z

Zelotes eſt Domini Dei nomen. 497

FINIS.

IMPRESSVM FRANCO-
FVRTI AD MOENVM APVD IO-
hannem Feyrabendum impenſis dominorum
Henrici Tackii & Petri Fiſcheri, ciuium
ibidem.



M. D. XC.